



HX 15SB 9


CHRISTIAN ERNST GRAF ZU STOLBERG.




HARVARDIANA
ET
VE RI
TAS
CHRISTO ECCLESIAE
ACADEMIA IN NOV ANG

# B. BVRCARD GOTTH. STRVVII
ICTI

# IVRISPRVDENTIAE HEROICAE
SEV
# IVRIS
QVO ILLVSTRES VTVNTVR
PRIVATI
## PARS IIII.

OPVS POSTHVMVM
QVOD
EX B. AVTORIS SCHEDIS EDIDIT
SIMVLQVE
VARIAS OBSERVATIONES
ET INTEGRAS DISSERTATIONES
INSERVIT
D. IO. AVG. HELLFELD
CVRIAE PROVINC. IEN. ADVOC.



IENAE
APVD IO. ADAM MELCHIORIS VIDVAM
MDCCXXXXVI.



# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

D. IO. AVG. HELLFELD.



Trado Tibi B. L. quartam *iurisprude* *heroicae Struuianae* partem. Hae bus complectitur capitibus materia *repudiis et diuortiis illustrium* tam *rorum*, quam *Germanorum*, et inde luto illustrium matrimoniali iure ad reliquos mode triam adquirendi potestatem progreditur; doctri que de *adoptionibus illustrium*, *liberorumque na* *lium legitimatione* tractat.

Magna elegantiſſimorum ſelectiſſimorumque exemplorum copia haecce iurisprudentiae illuſtrium capita egregie illuſtrat. Ipſa vero iuris, quae circa illuſtrium diuortia locum habent, principia in ſectione ſecunda capitis tertii ex iure naturae pariter ac diuino poſitiuo Germanorumque conſuetudinibus monſtraui.

Et cum inter ipſos imperii proceres aeque ac ICtos valde diſceptetur, quisnam in illuſtrium matrimonii cauſis iudex ſit competens, non ingratum fore putaui, ſi, abſoluta diuortiorum materia, capite quarto de *iudice cauſarum, quae inter illuſtres agitantur, matrimonialium* mea proponerem cogitata. Sunt quidem haud exigua circa hancce materiam IO. IAC. LVDOVICI et HENRICI LINCKII merita, quorum hic in diſſertatione de *immediatorum imperii proteſtantium foro in cauſis matrimonialibus*, ille vero in diſputatione de *iudice in cauſis principum proteſtantium matrimonialibus* eruditione haud vulgari iudicem cauſarum ſiſtit matrimonialium. Aſt vterque non generatim de foro illuſtrium tractat matrimoniali, ſed ſolum, quisnam proteſtantium immediatorum ſit iudex competens, monſtrat, nos vero non proteſtantium ſolum, ſed quoque catholicorum imo Germanorum aeque ac exterorum iudicem conſiderauimus matrimonialem, forſan et varia ab aliis non ſatis curate obſeruata noſtra exhibebit commentatio.

Quae-

Quaenam adoptionis illuſtrium ſint iura ipſe B. STRVVIVS et exemplis et principiis legum ſolidis monſtrauit, inde vt de iuribus adoptionum in ſectione aliquid adderem ſingulari, neceſſe haud eſt viſum, maxime cum inter illuſtres Germaniae rarus hodie ſit adoptionum vſus. Vix enim apud Germanos per adoptionem illuſtris dignitas et in illuſtrium bona ſucceſſio communicatur.

Conſtat inter omnes, quod nobilitas in Germania aliter non adquiratur, quam vel nobili ſanguine naturaliter et legitime propagato, vel indulgentia imperatoris (a) hinc adoptio inter modos conſequendi nobilitatem referri poteſt minime. Adoptantur vero vel ii, qui ſunt de adoptantis familia, vel extranei in locum adſumuntur liberorum. Illi adoptantis quidem nobilitate gloriantur, aſt eum non per adoptionem ſed a natiuitate tenent. Extranei, qui adoptantur, ſunt vel aequalis cum adoptante nobilitatis aut non. Priori caſu nobilitatem non tam per adoptionem accipiunt, quam ante adoptionem iam habuerunt. Poſteriori vero, cum patre adoptiuo ſint nobilitate inferiores, eius dignitatem per adoptionem conſequi nequeunt, dum in nobilium virorum poſitum haud ſit arbitrio, alios priuata auctoritate in nobilitatis adſciſcere com-

 mu-

(a) CRAMER *de iuribus et praerogatiuis nobil. auitae* p. 221.

munionem, omnisque nobilitas pro se et ex suo sanguine prognatis sit concessa. Potest tamen imperator, tanquam fons omnis nobilitatis, adoptato patris nobilitatem ex indulgentia per codicillos concedere (b), quae tamen dignitatis diplomata, quatenus agnatis aliisque sunt praeiudicio, haud valent (c).

Quod ad successionem liberorum attinet adoptiuorum, illustrium bona sunt vel allodia vel feuda. A feudorum successione, nisi sint mere hereditaria, liberi excluduntur adoptiui, quippe qui ex adquirentis sanguine haud descendentes nec domino directo vasalli obtrudi possunt inuito, nec ius succedendi ex prima quaesitum inuestitura agnatis potest auferri. Consentientibus tamen et domino et agnatis omnibusque, quorum interest, ad feudorum successionem admittuntur adoptiui. Allodia illustrium sunt vel adquisita vel auita. Quoad Allodia auita, illustres iura Germaniae antiqua retinuere ideoque illa adquirentis quaesita creduntur familiae, seu,

(b) Idque vel generatim, dum imperator quendam nobilitans per modum priuilegii ius adoptandi et per adoptionem nobilitandi concedit, vel speciatim, dum ad preces patris adoptiui nobilitatur filius. Sic MDCCVI. Iosephus imp. Reinhardum de Hompesch ad comitis dignitatem euexit cum priuilegio adoptandi. PFEFFINGER *Vitriario illustr.* p. 791.

(c) Capit. nov. Art. XXII. §. III.

ſeu, prout ICti loqui amant, fideicommiſſorum participant naturam, omnibusque ab adquirente descendentibus ius in huiusmodi allodia ſuccedendi eſt quaeſitum, quod iis inuitis per adoptionem nec adimi, nec iis adoptiuus in ſucceſſione poteſt praeponi. Inde fit regula: *in auitis illuſtrium allodiis, quamdiu ab adquirente deſcendentes adſunt, his diſſentientibus, liberis adoptiuis nullum ius ſuccedendi concedi poteſt, nullis vero ab adquirente deſcendentibus amplius exiſtentibus, aut iis in ſucceſſionem conſentientibus, adoptiui filii in allodiis ſuccedunt auitis.* Alia vero ratio eſt allodiorum adquiſitorum, de his enim cum adquirenti liberrima competat diſponendi alienandiue facultas, adoptiuis quoque ius dare poteſt ſuccedendi.

Quae circa legitimationem liberorum naturalium illuſtribus natorum obtineant, B. STRVVIVS curate ſolideue docuit, hinc, quae a me addi potuiſſent, non fuerunt.

Accipe igitur B. L. quartam hancce partem ea benignitate, qua anteriores ſuscepiſti, et quintam, quae patriam illuſtrium poteſtatem pupillorumque illuſtrium tutelam tractabit, ſimul cum indice in omnes quinque partes locupletiſſimo, proximis expecta nundinis. Vale ac faue. Scribebam Ienae Kal. Maii CIↃ IↃ CC XXXXVI.

SE-

munionem, omnisque nobilitas pro se et ex suo sanguine prognatis sit concessa. Potest tamen imperator, tanquam fons omnis nobilitatis, adoptato patris nobilitatem ex indulgentia per codicillos concedere (b), quae tamen dignitatis diplomata, quatenus agnatis aliisque sunt praeiudicio, haud valent (c).

Quod ad successionem liberorum attinet adoptiuorum, illustrium bona sunt vel allodia vel feuda. A feudorum successione, nisi sint mere hereditaria, liberi excluduntur adoptiui, quippe qui ex adquirentis sanguine haud descendentes nec domino directo vasalli obtrudi possunt inuito, nec ius succedendi ex prima quaesitum inuestitura agnatis potest auferri. Consentientibus tamen et domino et agnatis omnibusque, quorum interest, ad feudorum successionem admittuntur adoptiui. Allodia illustrium sunt vel adquisita vel auita. Quoad Allodia auita, illustres iura Germaniae antiqua retinuere ideoque illa adquirentis quaesita creduntur familiae, seu,

(b) Idque vel generatim, dum imperator quendam nobilitans per modum priuilegii ius adoptandi et per adoptionem nobilitandi concedit, vel speciatim, dum ad preces patris adoptiui nobilitatur filius. Sic MDCCVI. Iosephus imp. Reinhardum de Hompesch ad comitis dignitatem euexit cum priuilegio adoptandi. PFEFFINGER *Vitriario illustr.* p. 791.

(c) Capit. nov. Art. XXII, §. III.

ſeu, prout ICti loqui amant, fideicommiſſorum participant naturam, omnibusque ab adquirente descendentibus ius in huiusmodi allodia ſuccedendi eſt quaeſitum, quod iis inuitis per adoptionem nec adimi, nec iis adoptiuus in ſucceſſione poteſt praeponi. Inde fit regula: *in auitis illuſtrium allodiis, quamdiu ab adquirente descendentes adſunt, his diſſentientibus, liberis adoptiuis nullum ius ſuccedendi concedi poteſt, nullis vero ab adquirente deſcendentibus amplius exiſtentibus, aut iis in ſucceſſionem conſentientibus, adoptiui filii in allodiis ſuccedunt auitis.* Alia vero ratio eſt allodiorum adquiſitorum, de his enim cum adquirenti liberrima competat diſponendi alienandiue facultas, adoptiuis quoque ius dare poteſt ſuccedendi.

Quae circa legitimationem liberorum naturalium illuſtribus natorum obtineant, B. STRVVIVS curate ſolideue docuit, hinc, quae a me addi potuiſſent, non fuerunt.

Accipe igitur B. L. quartam hancce partem ea benignitate, qua anteriores ſuscepiſti, et quintam, quae patriam illuſtrium poteſtatem pupillorumque illuſtrium tutelam tractabit, ſimul cum indice in omnes quinque partes locupletiſſimo, proximis expecta nundinis. Vale ac faue. Scribebam Ienae Kal. Maii CIↃ IↃ CC XXXXVI.

SE-

# SERIES CAPITVM.







# CAPVT I.

## DE

# REPVDIIS ILLVSTRIVM.

§. XX.

*Alia sponsalia Idem Carolus contraxit cum Renata Ludouici XII. G. R. filia, ast ea rursus sunt soluta.*

§. XXI.

*Postea sibi desponsauit Ludouicam Francisci I. filiam. Ast itidem nuptiae non sunt secutae.*

§. XXII.

*Quinta vice sibi sponsam legit Henrici VIII. A. R. filiam Mariam septennem, quae tamen nunquam fuit ducta.*

§. XXIII.

*Examinantur quinque haecce Caroli repudia.*

§. XXIV.

*Friderici I. imp. filius Henricus Sueuiae dux sponsatam Waldemari Daniae R. filiam domum remisit.*

§. XXV.

*Caroli V. soror Catharina Io. Friderico postea Electori Saxoniae desponsata, ast non nupta fuit.*

§. XXVI.

*Fridericus grauis Thur. Landgr. sponsae Iudithae Io. Boh. R. filiae repudium dedit.*

§. XXVII.

*Balthasaris Landgr. Thur. filio Friderico Margaretha, Hermanni Hassiae Landgr. filia desponsata, nunquam vero nupta.*

§. XXVIII.

*Fridericus Placidus pro filio suo sponsalia contraxit cum Anna Sabaudica, quae tamen in effectum nunquam deducta.*

§. XXIX.

*Barbarae, Alberti Achillis Brandenb. filiae sponsalia cum Vladislao Bohemiae R. sunt dissoluta.*

§. XXX.

*Otto de Suinuorde repudium.*

§. XXXI.

*Repudium Alfonsi II. R. Castiliae cum Mathilde Eman. imp. filia factum.*

§. XXXII.

*Repudium Ioannis I. Regis Castellae et Legionis.*

§. XXXIII.

*Philippus Maria II. D. Med. repudiauit Annam Sabaudicam.*

§. XXXIV.

*Repudium Henrici Namurci comitis.*

§. XXXV.

*Ludouicus XV. hod. Rex Mariam Annam Victoriam Infantem Hisp. sibi desponsatam parentibus remisit aliasque iniit nuptias.*

§. XXXVI.

*Petrus II. Russorum Mon. Mariae Alexandrownae Mentzikosiae repudium misit.*

§. XXXVII.

*Radiges Varnor. R. repudiata sponsa nouercam ducit.*

§. I.

## §. I.



Imperantes legibus diuinis atque ecclesiae, quatenus istae cum diuinis conueniunt, aeque sunt subiecti, ac subditi. (a) Maxime hoc locum habet in caussis matrimonialibus, dum principes matrimonium ineuntes, illud secundum diuina instituta pia mente inire, tanquam communionem arctissimam diuinis auspiciis colere, idemque vinculum, nisi caussae adfuerint sat graues, ad finem vitae vsque conseruare debeant. Ideo nec gradibus iure diuino prohibitis matrimonium contrahere, nec simultaneo matrimonio vti, nec coniugium semel initum ipsis dissoluere licebit.

## §. II.

Licet enim recentiori tempore non desint, qui societatem coniugalem pro contractu mere ciuili venditent, eundemque ideo facile dissolui posse, velint, (b) his tamen accedimus minime. Confundunt enim isti contractum humanum cum ciuili. Humanus enim est contractus inter homines initus, ordinationi tamen et legibus diuinis, non aeque ciuilibus, nisi quatenus istis sunt subordinatae, subiectus, vt ideo, prout contractus ciuiles mutuo dissensu nequeant dissolui. Docent hoc nos leges diuinae (c), Naturae et Gentium.

## §. III.

Nostri nunc instituti non est, haec examinare vberius, saltim repudia atque diuortia illustrium, et quid circa eadem

 sit

(a) Docuit illud GEORGIVS *de* PONICKAV *de Conditione priuata Statuum imperii.*

(b) Adsertores vide *in Bibliotheca Iuris cap. XIII. §. XLV.*

(c) Docet hoc prima institutio diuina Gen. I. v. 28. Ps. CXXVIII, v. 3. Prouerb. II. v. 17. dicitur, quod adultera obliuiscatur *den Bund ihres GOttes.* Maleachi II. v. 14.

ſit iuris, indagabimus. Notiſſima eſt inter repudium atque diuortium differentia. Hoc equidem ſolis conuenit coniugatis. Repudium vero de his non ſolum, ſed potiſſimum de ſponſatis dicitur. Docet hanc differentiam PAVLVS Iureconſultus, dum ita loquitur: (d) *Inter diuortium et repudium hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non recte autem ſponſa diuortiſſe dicitur: quod diuortium ex eo dictum eſt, quod in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt.* Sic etiam MODESTINVS (e) *diuortium inter virum et vxorem fieri dicitur: repudium vero ſponſae remitti videtur: quod et in vxoris perſonam haud abſurde cadit.* (f) Quare etiam Ius Canonicum (g) ad diuortium carnali requirit copula firmatas nuptias. Iure Romano antiquo equidem, dum in contrahentium arbitrio omnia collocarent Romani, ſponſalia facile diſſolui atque repudium ſponſae dari poterat, hac addita ratione, CONDITIONE TVA NON VTOR. (h). Inde per leges Chriſtianorum Impp.

(d) *L. 191. π. de V. S.* Idem dicitur *l. 2. π. de Diuortiis.*

(e) *L. 101. §. 1. de V. S.*

(f) Repudiari enim dicitur, quod iam delatum eſt, ſecundum *l. 1. §. 7. de Succeſſorio Edicto*, quod aeque de coniuge, de ſponſa dici poterit. Hinc *l. 38. π. ſoluto matrimonio* repudium de ſponſalibus dicitur: *Maeuia deinde repudium ſponſalibus miſit l. 29. π. de Manum. Teſtam. vxor praegnans* dicitur *repudiari* vt *l. 12. π. de Ritu Nupt.* vxor repudiata. Sic etiam SENECA *de Beneficiis l. 3. c. XVI.* voce *Repudii* vtitur de maritatis, ſcribens: *nunquid iam vlla repudio erubeſcit, poſtquam illuſtres quaedam ac nobiles faeminae non conſulum numero, ſed maritorum annos ſuos computant, et exeunt matrimonii cauſa, nubunt repudii? Tamdiu iſtud timebatur, quamdiu rarum erat: quia vero nulla ſine Diuortio acta ſunt, quod ſaepe audiebant, facere didicerunt.*

(g) *C. 29. c. 27. quaeſt. 2.*

(h) *L. 2. §. 2. l. 4. π. de Diuortiis l. 2. C. de repudiis:* Adde FRANC. HOTTOMANNVM *de Sponſalibus c. VII. p. 383.*

Impp. potissimum Constantini M. (i) haec repudii perfidia aliquantisper fuit limitata. Postea ad instantiam Viglae, D. Io. Thrucensis per Alexium Comnenum fuit decretum, ne dissolui possent sponsalia, quae sacra benedictione sint munita. (k) Inde inualuit differentia inter sponsalia per verba de praesenti et de futuro. (l) Haec mutuo dissensu facilius dissoluantur. Illa vero non nisi ob causas graues matrimonii vinculum atque essentiam vitiantes.

## §. IV.

Eiusmodi repudiorum inter illustres haud pauca reperimus exempla: Ex Romana Historia Iulius Caesar Cossutiam ex equestri familia, sed admodum diuitem sibi praetextato desponsatam dimisit (m) et Calpurniam, L. Pisonis filiam, successuri sibi in consulatu duxit vxorem, suamque Iuliam Cn. Pompeio collocauit, repudiato priore sponso, Seruilio Caepione. (n) Octauianus Caesar sponsam habuerat adolescens P. Seruilii Isaurici filiam, sed reconciliatus post primam discordiam, Antonio et postulantibus vtriusque militibus, vt et necessitudine aliqua iungerentur, priuignam eius Claudiam, quae ante iamdum P. Clodio, atque eo defuncto, Curioni nupta fuerat, Fuluiae, ex P. Clodio filiam, duxit vxorem, vix dum nubilem. At simultate cum socru exorta, dimisit intactam adhuc atque virginem. (o) Claudius imp. Aemiliam Lepidam, Augusti proneptem, eo quod parentes eius Augustum offenderant,



(i) L. 6. C. Theod. *de sponsalibus.*
(k) BOEHMER. *iur. eccles. IV. 1. 152.*
(l) *L. C. §. 157.*
(m) SVETONIVS *Caesare c. I.*
(n) SVETONIVS *Caesare c. XXI.*
(o) SVETON. *vita Augusti c. LXII.* DIO CASSIVS *l. XLVI.* exeunte.

rant, virginem adhuc repudiauit. (p) M. Antonius Philosophus ſponſalia, quae cum L. Ceconii Commodi filia XV. aetatis anno de voluntate Adriani contraxerat, disſoluit, et Fauſtinam conſobrinam in eius locum recepit. (q)

§. V.

In Germanicorum imp. Hiſtoria exemplum adducitur Ottonis III. imp. cui Helena, vxor graeca, deſponſata quidem dicitur: aſt graeca calliditate ſubtracta, et poſtmodum Wlodomiro, Ruſſorum Monarchae, nuptui collocata, qui ipſius hortatu, fidem Chriſtianam fuerit amplexus. (r) Verum, dum Wlodomirus, ducta Anna, Graecorum Principe, iamdum Chriſtianus factus fuiſſe dicatur; (s) Dum Otto vix nouennis eſſet, et potius a. CMLXXXXV. Ioannes Placentinus (t) et Bernwardus Würtzburgenſis Epiſcopus, legati ad petendam ſponſam in Graeciam fuiſſent miſſi, Bernwardus vero in Achaia fuiſſet defunctus, (u) nec ſponſalia fuiſſe contracta, crederem. Mittebatur equidem anno CMLXXXXVIII. eiusdem

(p) SVETON. *Claudio c. XXVI.*

(q) SVETON. *Claudio c. XXVI.*

(r) DITMARVS *l. VII. p. 417. a Graecia ducens vxorem, Helenam nomine, tertio Ottoni deſponſatam, ſed ei fraudulenta calliditate ſubtractam. Chriſtianitatis ſanctae fidem eius hortatu ſuſcepit.*

(s) Ad. OLEARIVS *Itinerario Moſcov. et Perſico c. XXI. p. 278.*

(t) ANNAL. HILDESHEIMENSES *ad a. 995. Ioannes Placentinus et Bernwardus Würtzburgenſis Epiſcopi, Conſtantinopolim ex latere regis, vt ſponſam illi inde peterent, directi ſunt.* Idem dicit ANNALISTA SAXO ad a. CMLXXXXV.

(u) DITM. *l. IV. p. 354. eo tempore Bernwardus Sanctae Würtzburgenſis Eccleſiae Epiſcopus iuſſu caeſaris in Graeciam miſſus, in Achaia moritur.* ANNALISTA SAXO ad annum CMLXXXXVI. IDEM annum CMLXXXXVII. *Ioannes Placentinus Epiſcopus a Conſtantinopoli remeans Romam intromiſſus.*

dem causa Arnolphus Mediolanensis Episcopus Constantinopolim, (x) nihil tamen de eiusdem expeditione testantur Historici.

## §. VI.

Ottoni IV. imp. desponsata erat a. MCXCIX. Maria Henrici IV. Brabantiae ducis filia, (y) Innocentio III. Papa etiam ob consanguinitatem, licet remotam nimis, dispensante, (z) quam tamen cum nondum esset nubilis, domum non duxit, potius, cum ipsi matrimonium cum Beatrice, Philippi imp. filia proponeretur, postea repudiauit, maxime dum ipse pater renuisse videatur, prout ex Innocentii III. epistola (a) ad ipsum Ottonem directa patet, dum ita scribit: *cum inter te ac dilectam in Christo filiam natam ducis Brabantiae sponsalia fuerant, approbante Legato nostro contracta, nostrae voluntatis existit, vt quod initiatum est legitime, nisi per alium steterit, compleatur. Cum ergo puella ipsa aetati nubili sit vicina, monemus serenitatem tuam et exhortamur attentius, quatenus vsque ad nubilem eius aetatem expectes, et si pater eius eam tibi tradere noluerit requisitus,* ex

(x) ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS *l. I. gest. Mediol. c. XI. p. 730. Decreuerat imperator maternae gentis sociari coniugio. Huius causa consilii - - Arnulphus venerabilis Archiep. regia iussione praemonitus, mare transiens, Constantinopolim proficiscitur.* TRISTANVS CALCHVS *hist. patr. l. VI. p. 187.* ad ann. CMLXXXXVI. *eodem tempore et Mediolani defuncto Landulpho Carcano sufficitur Arnulphus ex gente, vt quibusdam placet, de Arsago, quem Otto vxorem ducturus, ex eadem natione, ex qua Theophaniam matrem sortitus erat, Constantinopolim paciscendarum nuptiarum gratia misit.*

(y) CONR. VRSPERGENSIS *p. 321. inter haec desponsauit Otto filiam Ducis Brabantiae, sed eam postea repudiauit.* FRANC. de ROSIERES *Stemm. Loth. Tom. IV. p. 261.*

(z) Patet hoc ex eius *Epist. XXIII. et LXVI.*

(a) *Epist. XXVIII.*

*ex tunc libere cui volueris in Domino tamen nubas.* Qua ratione vero dictus Papa circa matrimonium cum Beatrice se gesserit, patet ex alia epistola: (b) *si vero tibi videris expedire, ad consummationem matrimonii iam tractati, secure procedas; super quo nos matri puellae, Patriarchae Aquilegensi, et Henrico de Calandrino, nec non et Henrico de Massech, nostras litteras destinamus. Super altero vero coniugio, si tibi et imperio expedire cognoueris, tuum nobis non differas beneplacitum intimare, de plenitudine gratiae nostrae securus, quod ad omnia quae tibi nouerimus profutura, diligens studium impendentes et operam efficacem.*

## §. VII.

Ad recentiora tempora si progrediamur, vix illustrius reperitur exemplum, quam Margarethae, Maximiliani I. filiae. Haec enim infelix Princeps post Tractatus Atrebatenses inter Ludouicum XI. Francorum regem et Flandrorum legatos d. XXIII. Decembris MCCCCLXXXII. conclusos, Carolo Delphino adhuc bimula fuit desponsata, concessis in dotem Artesiae et Burgundiae comitatu, vna cum Matisconensi, Albisiodorensi, Carolatensi, Sabinensi, Bariensi ad Suequanam et Boloniensi Terris. (c) Haec etiam sponsalia non solum per legatos Gallicos, (d) sed

(b) *Epistol. CLIII.*

(c) Extat Recessus in *Recueil des Traittés de paix T. I. p. 704.*

(d) Sic enim in dictis Tractatibus loco citato: *mondit Seigneur de Beauieu, ou autre Prince commis de par le Roi aiant pouvoir especiel à ce, en la presence des Princes et Seigneurs, qui auront conduit et amené icelle Demoiselle, promettra par serment solennel sur le fût de la vraie croix et Saints Evangiles de Dieu, pour le Roi, tant en son nom, que comme Pere, et soi faissant fort de mondit Seigneur le Daufin, que madite Demoiselle venue en age requis de droit, mondit seigneur le Daufin la prendra à femme et epouse legitime, et procedera au surplus au parfait et consomma-*

tion

sed etiam per Ludouicum XI. Gallorum regem, iamdum decumbentem, coram Flandrensium, Brabantinorum et Hannoniorum legatis (e) non nisi aegre iuramento fuerunt confirmata. (f) Dum autem suis saltim auspiciis hanc pacem procurassent Flandrensium et Brabantinorum legati, Maximilianum contemnentes, et Belgii regimen sibi vindicantes, (g) hic eandem non nisi inuitus acceptabat. (h) Mittebat enim suos legatos Ludouicus Gan-

*tion de Mariage de lui, et d' elle selon l' ordonnance de Sainte Eglise. Item pareil serment et promesse fera mondit Seigneur de Beaulieu ou autre Prince Commis aiant pouvoir sufisant à ce, de mondit Sieur le Daufin, autorisé et dispensé par le Roi de son ieune âge, pour et au nom d' icelui Seigneur.* PONTVS HEITERVS *Rer. Austr. lib. II. c. I.*

(e) ROB. GAGNVINVS *lib. X. c. XXXIII.*

(f) PHIL. de COMINES *lib. VI. c. IX. le Roi estoit ia fort bas, et à grand' peine se vouloit il laisser voir: et fit grande difficulté de jurer les traitez faits en cette matiere: mais c' estoit pour n' estre point veu: toutes fois il les jura, ils luy estoient avantageux: car il avoit plusieurs fois voulu le mariage.* FVGGER. *lib. V. cap. XXX. n. 7.*

(g) NAVCLERVS Vol. III. Gen. L. ad a. MXCI. *Margaritam annum nondum egisse quartum, cum ad Carolum matrimonii causa deduceretur; pactum illud de nuptiis Maximilianum semper improbasse, tum quod a Flaminiis se inconsulto et reclamante factum, tum quoque, quod maior aequo dos adsignata esset. Accessit his odium implacabile Maximiliani in Carolum. Vnde non mirandum, si ipsa, his cognitis nondum adulta, remissa est, cum impuberis ante pubertatem inanis sit assensus; et dum pubescant, licitum esse illis sponsalium poeniteri, secundum canones.*

(h) PONTVS HEVTERVS *Rer. Austr. lib. II. cap. II. ad iniquissimas has pacis leges, magna Philippi Austriaci cum detrimento factas, inuitus compellitur Maximilianus; arrogantia et violentia* Flan-

Gandauum, coram quibus Maximilianus, Philippo ac Margaretha praesentibus, in aede D. Iohannis, conceptis verbis iurat, matrimonium se ratum habere, ac pacis leges suo ac liberorum nomine, quibus tutor esset, accipere, et ad illorum aetatem rebus maturam bona fide integreque seruaturum. (i) Ipsa postmodum Margaretha per legatos in Galliam ducta, ibidem magnifice suscepta, et festiua cum solennitate Carolo desponsata. (k)

## §. VIII.

Verum, licet haec sponsalia Iuramentis iteratis fuerint confirmata, attamen, dum inter Infantes sint contracta, Carolo sextum, Margaretha secundum agente annum (l), apud quos consensus deficeret, illud in Pace Atrebatensi adiectum fuit, si Delphinus adultior factus, ad matrimonii consummationem procedere noluerit, Margaretha ab omni vinculo matrimoniali libera, Gallorum sumptibus patri fratrique vna cum prouinciis dotalibus

*Flandrorum praecipue Gandensium, qui mortua Duce Maria, Maximilianum contemnentes, filium eius Philippum, ac filiam Margaretham Gandaui detinebant, pro arbitrio enutriebant, nomineque Ordinum Belgicorum tutelam vsurpabant, deque subditorum bonis vitaque pro lubitu disponebant, mille quaerentes occasiones, vt Maximiliano in Germaniam retrouerso, ipsi pueros Principes eorumque ditiones pro animi libidine gubernarent.*

(i) GERH. a ROO *Lib. IX. p. 395.* FVGGER. *c. l.*

(k) GAGNVINVS c. l. ROO c. l. *Parisiis vero magna cum laetitiae significatione excepta, Ambasium accersitur, quoniam Ludouicus Principes consanguineos, caeteramque nobilitatem conuenire iusserat: ibi coram omnibus matrimonium a rege confirmatum et sponsalia solito ritu celebrata, isque dies publice festus fuit.*

(l) TRITHEMIVS *Annal. Hirsaug. ad* a. MCCCCXCI. *Erat autem Margaritha duorum annorum et Carolus agebat sextum, quando sponsalia inter eos fuerunt celebrata.*

bus sit restituenda (m). Ex quo adparet, sponsalia haec equidem fuisse legitima, verum conditionata, si puberes facti illa velint rati habere. Licet facile pateret, Gallos potius prouinciis dotalibus inhiasse, quam personae.

## §. IX.

Mortuo inter haec, anno MCCCCLXXXIII. Ludouico XI. Margaretha ista Reginae Galliae nomine appellabatur (n). Postquam autem anno MCCCCLXXXVIII. Franciscus II. vltimus dux Britanniae minoris defunctus fuisset, relictis filiabus duabus, Isabella et Anna, Gallorum nouus Rex Carolus VIII. minori Britanniae inhiabat, se tutorem venditabat (o), licet ex vltimi Ducis Testa-

 men-

(m) Sic enim in Tabulis pacis n. 83. apud du MONT. *Corps Diplom. Tom. III. P. II. p. 106. que s' il avenoit, que Dieu ne veuille, que ma dicte Demoiselle venüe en âge, mondit Seigneur le Daufin ne voulut proceder au parfait ou consummation du dit mariage, ou que ledit mariage rompit par le Roi, mondit Seigneur le Daufin, ou autre de leur part, durant la minorennité de la dite Demoiselle, ou apres, en ce cas madite Demoiselle sera au depens du Roi ou mondit Seigneur le Daufin, rendüe, remise, et restituée à mon dit Sieur le Duc son pere, au à Monsieur le Duc Philippe son frere, franchement et livrément dechargée de tous liens de mariage, et de toutes autres obligations en l' une des bonnes villes des païs de Brabant, Flandres, Hainaut en lieu seur, estans lors de l' obeissante d' iceux Ducs, et audit cas, le Roi pour lui, mondit Seigneur le Daufin, et leurs Successeurs en la Couronne, se soumettront, et promettront des maintenant pour lors, de luy départir de la detention et occupations des païs et Comte d' Artois et de Bourgogne, Charolois, Mâconnois, Auxerrois, et Seigneuries de Salins, Barsura, Seine, et de Noiers.*

(n) PHIL. de COMINES *lib. VII. c. III. et luy rendoit - on sa fille, qui plusieurs années avoit esté Reyne de France.*

(o) ARGENTRE *Hist. de Bretagne, lib. XII. cap. XLIX.*

mento Marechallus de Rieux tutor fuisset constitutus (p), atque ne Rege inconsulto nuberent, imperabat (q). Dum vero Ducissae Gallorum postulatis nollent adnuere, armata manu Rex Britanniam incendebat, plerasque Vrbes occupabat (r), vt de exterorum auxiliis sibi prospicere cogerentur ducissae. Concluso etiam cum Henrico VII. Anglorum Rege foedere, ab eodem auxilia mittebantur (s); inde a Ferdinando Catholico Rege Hispanorum (t). Mortua autem altera Sorore Isabella (u), Maximilianus, Romanorum Rex anno MCCCCXC. mittebat Comitem Nassouium, Arausionensium principem, qui iam anno MCDLXXXVI. de hoc matrimonio egerat (x), et Wolffgangum Polhemum in Britanniam, eo res etiam fuit deducta, vt Anna Maximiliano anno MCDXC. per Procuratorem copularetur (y). Ista etiam tanquam nupta in omnibus tractabatur

(p) ARGENTRE *libr. XII. c. XLVIII.*

(q) ROB. GAGNVINVS *lib. XI. p. 283. superstites erant Francisco filiae duae, quibus vna appellatione Anna nomen erat. In has donec fidei iura secundum feudi leges persoluissent, neve rege inconsulto nuberent, bellum indicitur.* Licet ARGENTRE alteram sororem vocet Isabellam.

(r) ARGENTRE *cap. XLIX. L.* LOBINEAV *Hist. de Bretagne lib. XXI. p. 791.*

(s) ARGENTRE *cap. LI.*

(t) ARGENTRE *cap. LII.*

(u) ARGENTRE *cap. LVI.*

(x) ARGENTRE *lib. XII. c. XXXV. XLI.*

(y) ARGENTRE *cap. LVI.* LOBINEAV *lib. XXI. n. 114. La mesme année le Roi des Romains epousa par procureur la Duchesse Anne, qui depuis ce tems-la prit avec le Titre de Duchesse de Bretagne celui de Reine des Romains, des mesme que l' on donnoit à Maximilien celui de Duc de Bretagne, mais nous n' avons point encore trouvé quel jour cette ceremonie fut faite. Les procureurs nommez par Maximilien pour épouser Anne de Bretagne, furent le Comte*

tur, atque in thalamum collocabatur: postquam autem decubuisset, ingrediebatur Maximiliani legatus cum litteris, procurationis, et astantibus multis tam viris, quam faeminis primariis, tibiam suam ad genu vsque nudatam, inter lintea nuptialia inseruit, vt caeremonia illa consummationi et cognitioni actuali aequipollere putaretur (z). Communi etiam adplausu adclamatum fuit Maximiliano et Annae Dei Gratia, Regi et Reginae Romanorum, Duci et Ducissae Britanniae, eodemque titulo in Edictis fuerunt vsi (a).

## §. X.

Dum igitur hoc matrimonium plurimum displiceret Carolo VIII. ex consilio potissimum Ducis Aurelianensis (b), qui Annam ambierat, verum a Britanniae Proceribus fuerat reiectus (c), vt Britanniae Ducatu tanto facilius



*Comte de Nassau, Wolfgang Seigneur de Polhaim, Chevalier, Conseiller, Chambellan et Marechal de l' hostel du Roi des Romains, Jacques de Gondebaut, Secretaire des Ordonnances et des guerres, du meme Prince, et de Loupian l'vn de ses Maistres d' hostel. Leur lettres de procurations sont datées d' Inspruck de le 20. de Mars de l' an. MCDLXXXIX.*

(z) BACO de VERVLAMIO *p. 140.* PONTVS HEVTERVS *Rer. Austr. lib. IV. c. IV.* POLYDORVS VERGILIVS *Hist. Angl. lib. XXVI. p. 737.* LOBINEAV *lib. XXI. n. 114.*

(a) ARGENTRE *c. l. depuis toutes les depositès, lettres de Chancelerie et autres Protocolles, se trouvent depuis l' an mille quatre cens nonante iusques en l' an suyvant en nos Regiftres, commencant soubs les mots:* Maximilian et Anne par la grace de Dieu Roy et Reyne des Romains, Duc et Duchesse de Bretaigne. *Les cris et proclamations estoient de ceste façon, et delu en avant on appelloit la Duchesse du nom de Reyne* LOBINEAV *c. l.*

(b) ARGENTRE *c. LVIII.*

(c) LOBINEAV *lib. XX. n. 32.*

cilius potiretur (d), dictam Annam per varias artes et rationes tandem eo adegit (e), vt Maximiliano renuntiaret (f). Postquam igitur Maximiliano vxorem legitimam astu praeripuisset, Carolus VIII. remittebat ipsi filiam Margaretham (g), praetexens, sponsalia impuberum destitui consensu (h), seque ad matrimonium consummandum non

(d) PHIL. COMMINAEVS *liv. VII. c. III. le Roy laissa la fille du Roy des Romains, soeur dudit Archiduc* (laquelle estoit bien jeune) *et prit pour femme la fille du Duc François de Bretagne, pour avoir la Duché de Bretagne paisible.*

(e) Pergit ARGENTRE p. 787. scribens: *il failloit bien des Theologiens et informations de consciences de l' Escriture Saincte et des exemples pour l' induyre; avant qu' elle y voulust aucunement entendre.* Inde remonstrationes *par Madame de Laval* factas, exponit et p. 789. tabulas matrimoniales exhibet.

(f) PONTVS HEVTERVS c. I. P. DANIEL *Hist. de France* T. II. p. 1528.

(g) TRITHEMIVS ad a. 1491. *anno praenotato, Carolus Rex Gallorum VIII. Margaritham Regis Germanorum Maximiliani filiam sibi a Patre Ludouico XI. ante IX. annos, vt supra diximus, cum magna solennitate desponsatam, remisit ad Patrem in Flandriam, opere demonstrans, se vacuum fide, avaritia plenum.*

(h) BACO DE VERVLAMIO p. 541. *Carolus interim (postquam Theologos suos consuluisset, atque ab iis edoctus fuisset, istiusmodi fictitiam consummationem potius inuentum quoddam aulicum esse quam apud Ecclesiam receptum) magis solide rem aggressus est, et secretis et callidis Instrumentis, (tam Matronis scilicet quam consiliariis, primo conscientiae et honoris scrupulum amovere conatus est. Qua in re duplex erat labor (cum Anna). Neque enim solum Maximilianus cum Britanna, sed etiam Carolus ipse cum filia Maximiliani contraxerat: ita, vt nuptiae ex vtraque parte claudicarent, et ex neutra parte dubitatione carerent. Verum, quatenus ad contractum cum Rege Carolo, exceptio erat iusta et liquida, eo quod filia Maximiliani infra annos consensus esset, ideoque lege non teneretur.*

non fuisse obligatum. Matrimonium vero cum Anna per procuratorem contractum inuentum potius aulicum esse et ludricum, quam apud Ecclesiam receptum (i). Immo contractum Maximiliani cum Anna matrimonium esse illegitimum, dum sine ipsius Regis, cuius pupilla et vasalla erat Anna, consensu factum (k). Dispensauerat etiam Papa, dum ante contractum matrimonii, ex eo saltim capite, quod quarto consanguinitatis gradu essent iuncti (l), dum matrimonio iamdum consummato, d. XV. De-

(i) Licet iam longe ante ista tempora matrimonia per Procuratorem fuerint contracta, prout superiori capite fuit demonstratum. P. II. Cap. V.

(k) Pergit BACO DE VERVLAMIO: *sed quoad contractum Maximiliani ipsius, duriores sustinebat partes Carolus, cum nihil adducere posset, nisi quod contractus ille, sine consensu Domini capitalis, Caroli scilicet, cuius pupilla et Vasalla erat, atque ipsa erga eum parentis loco initus esset; ideoque ob defectum huius consensus prorsus irritus. Qui defectus (dixerunt) licet matrimonium ipsum post cohabitationem et actualem consummationem, dirimere non posset, tamen ad contractum inualidandum sufficiebat. Nam quoad consummationem illam ludicram, risui eam excipiebant, argumento esse; quod Maximilianus Viduus esset, et procus admodum tepidus; qui sponsi partes per Deputatum praestare contentus fuerat, neque laborem itineris parui adire sustineret, ut omnia extra controuersiam statuerentur.*

(l) GOBINEAV lib. XXII. n. 29. *Mais quand on voit, que moins de quinze jours aprés le depart du Roi, la Duchesse le va trouver à Langeais, et qu'elle se marie avec lui, avec les dispenses necessaires, du Sainct Siege (ou telles que l'on crût qu' elles suffisoient) il est difficile de s'empescher de croire qu' il n' y eust de l'illusion dans le traité de Reims, du moins de la part de ceux qui gouvernoient le Roi et la Duchesse. Cette dispense, obtenüe de Rome avant le mariage, est une preuve convaincante, que ceux qui conduisoient cette intrigue avoient pris leurs mesures de loin, sans en parler à la Duchesse (comme il est à croire) puis qu' elle n'estoit par*

Decembris MCDLXXXXI. (m) hac tamen adiecta clausula, dummodo Anna nupta non fuisset. (n). Ideoque etiam hoc

*par le caractere à temoigner vn attachement si constant que celui qu'elle temoignoit pour Maximilien si celle eust en dessein d'epouser vn autre Prince. Il est vrai, qu'il y eut quelque defectuosité dans les dispenses, qui precederent le mariage, et que l'on y avoit peut-etre seulement exposé que le Roi estoit parent de la Duchesse au quatriéme degré, sans exposer qu'il avoit deia épousé Marguerite d'Austriche fille de Maximilien, parente au mesme degré de la Duchesse.*

(m) LOBINEAU l. c. *Quoiqu'il en soit le mariage estoit deja consommé lorsque le Pape accorda au Roi et à la Duchesse de nouvelles dispenses le X. Decembre, par les quelles il leur donna l'absolution de l'excommunication, qu'il pretendoit qu'ils avoient encourüe, et leur imposa pour penitence d'emploier mille ecus d'or à marier de pauvres filles.*

(n) Extant litterae Papales apud LOBINEAU *Preuves* p. 1547. in quibus: *ex praemissis, et certis aliis nobis expositis causis, vos ab excommunicationis sententia, quam propter praemissa incurrisse dinoscimini, et vt impedimento, quod ex consanguinitate et sponsalibus praedictis prouenit, non obstante, in huiusmodi sic per vos contracto matrimonio, dummodo tu dilecta in Christo filia Anna propter hoc rapta non fueris, remanere libere et licite valeatis, authoritate Apostolica, praesentium tenore dispensamus.* Hanc vero ob clausulam dicta Anna coram Johanne Brete, Canonico Ecclesiae Turonensis, Roberti Archiepiscopi Turonensis Vicario Generali in spiritualibus et temporalibus se declarauit, prout in ipsius attestato habetur: *ceterum, quia in dispensatione per dictas litteras apostolicas clausula in iisdem inserta dinoscebatur, et dinoscitur, videlicet:* dummodo dicta illustrissima D. Anna propter hoc rapta non fuerit, *ea propter ad verificandam et purificandam dictam clausulam dicta illustrissima D. Anna in puerperio exorta illustrissimi Principis et D. Karoli noui Delphini Viennensis eorum tunc temporis vnigeniti, constituta, propria voce dilucidauit sponte et libere se, nullatenusque coactam aut seductam, sed cum decore et honore magnificis illustrissimisque Reginis debitis iacens, proprio Iura-*

hoc factum Galli defendere conantur, licet etiam inter eosdem non desint, qui factum Caroli VIII. pro raptu habeant, & contractum Maximiliani cum Anna pro legitimo. (o) Per pacem tamen, Syluanecti in Insula Franciae con-

*Iuramento corporaliter praestito, attestata fuit, se propter praedictum matrimonium, vt praemittitur, et vt in dictis litteris apostolicis continetur, contrahendum nullatenus raptam fuisse, verum ciuitatem Redonensem in Ducatu Britanniae sitam, ipsumque Ducatum libere et sponte exiisse, animo intentioneque et proposito libere dictum matrimonium contrahendi, ad dictum Serenissimum D. nostrum Regem accessisse.*

(o) PHIL. *de* COMINES lib. VII. c. III. pro legitimo habet, de Anna scribens: *la quelle estoit conduite soubs la main du Prince d' Orenge, son Oncle, qui en avoit fait le mariage avec le Roi des Romains, et espousé par procureur en l' Eglise publiquement.* Pergit: *il sembloit à tous que grande question en devoit sourdre et que le Roy des Romains estoit fort injurié, et qu' on luy ostoit celle qu' il tenoit pour sa Femme.* PONTVS HEVTERVS *Rer. Austr.* lib. IV. cap. IV. *Carolus Francorum Rex, occupato Britonum Ducatu, Renesiam in qua Dux Anna erat, longa obsidione vexatam, in potestatem redigit, Rom. Regis militibus trium mensium stipendio ad deditionem coemptis, Vrbemque ei cum Duce Anna tradentibus: quam post paucos dies in Vxorem ducit, remissa Rom. Regi Filia Margaretha intacta, vxoreque legitima ei vi erepta.* P. DANIEL Tom. II. p. 1533. *on luy enlevoit une Princesse tres accomplie.* IO. MARIANA *Hist. Hisp.* lib. XXVI. c. IV. dicit *interceptam sponsam Britannicam, repudiatamque Margaretam filiam.* IO. TRITHEMIVS ad a. 1491. *Britanniae rapuit haeredem, et vxorem duxit contra Ius et aequitatem, Maximiliano prius legitime desponsatam, non sine scandalo plurimorum.* Eadem dicunt NAVCLERVS p. 1109. LEHMANN *Chron. Spir.* lib. VII. cap. CXXI. CVSPINIANVS *Hist. Impp.* pag. 487. Idem confirmat Henricus VII. Rex Anglorum in literis suis ad Imperii Principes d. 8. Februarii 1492. apud DATTIVM lib.

conclusam, omnia componebantur. Maximilianus aeque atque Anna sponsalibus renunciabat, (p) et Artesiae loca restituebantur. (q) De hac compositione et quod vtraque matrimonia Caroli cum Anna et Ioannis cum Margaretha fuerint infelicia, docet Philippus Cominaeus, ita scribens: *Mais quelque chose, qu'il en soit, toutes les Dames ont eu quelque malheur en leurs enfans. La nostre a eu trois fils de rang, et en quatre annees: l'un a vescu pres de trois ans et puis mourut: et les deux autres aussi sont decedez: Mad. Marguerite d'Austriche a eté marié au Prince de Castille, fils seul des Roi et Reyne de Castille et de plusieurs autres Royaumes, le quel Prince mourut, au premier an, qu'il fut marié: qui fut l'an 1497. La dite Dame demeura grosse, la quelle accoucha d'un fils, tout incontinent apres la mort de son mary, qui a mis en grand douleur les Roy et Reyne de Castille et tout leur Royaume.* Margaretha ista postmodum Iohanni, Ferdinan-

lib. III. *Rer. German.* cap. II. §. XIII. Eadem a Iacobo WIMPHELINGIO in literis ad Robertum Gaguinum videmus improbari, quod tamen hic defendere conatus atque excusare, quorum litterae amoeboeae reperiuntur in IO. LINTVRII *Append.* ad Werneri Rolewincki fasciculum temporum, AEGIDIVS ALEXIVS LOBINEAV vero p. 817. dicit. *elle sortit de Bretagne si peu accompagnée qu'il n'y a aucun suiet de soupçonner que l'on ait vsé de violence, pour la conduire à Langeais. Elle y fut conduite par le Seigneur de Pontbrient, par le Chancelier, de Montauban, et par le grand Maitre de Coetquen seulement, sans qu'il soit parlé d'aucun Prince Seigneur, ou Capitain François.* Inde PETRVS BAYLE *Reponse aux Questions d'un Provincial* Tom. II. cap. CXXV. raptum esse denegat, licet capite insequenti facile concedat, Annam Gallorum artibus fuisse inductam, vt Maximiliano renunciaret. Immo, facile concedo, violentum modum adhibitum non fuisse, artes tamen modosque iniurios.

(p) Extat renunciationis diploma in LVNIGII *Codice Diplom. Germ.* Tom. I. p. 470.

(q) De B. Neapol. lib. I. p. 125. *Memoires* Lib. VII. cap. III.

nandi catholici filio anno 1497. nupta, atque isto eodem adhuc anno defuncto, Philiberto Sabaudiae Duci iuncta, quo anno 1504. defuncto, per verba de futuro Henrico VII. Anglorum Regi fuit desponsata, atque hoc defuncto (r) Belgii Praefecturam gessit, anno 1530. denata. (s)

## §. XI.

Examinandum igitur erit, an istud repudium fuerit legitimum. Bina hic veniunt consideranda, repudium Margarethae et seductae Annae. Prius si consideremus, facile concedimus, illud repudium ratione Iuris fuisse legitimum, licet ratione modi et finis nequeat defendi. Sponsalia ista inter impuberes erant contracta, quae nec Iure naturae erant valida. Dicuntur enim Sponsalia à spondendo, (t) quod omnino liberam voluntatem requirit atque deliberatam, cuius tamen impuberes adhuc sunt

 ex-

(r) BACO DE VERVLAMIO *Histor. Henrici* VII. p. 377. Matrimonium hoc tandem conclusum est sub conditionibus in Regis fauorem amplissimis, sed firmatum tantum per verba de futuro.

(s) Vid. SAM. GVICHENON *Hist. de Savoye* Tom. I. p. 604. Dum ista altera vice desponsata, Vlissingae apud Selandos mari se committeret, et in Hispaniam duceretur, atque exorta magna tempestate, omnes se ad mortem praepararent, ista miram testabatur animi constantiam, sibique ipsi hoc faciebat Epitaphium: *Cy gist Margot qu'a deux maris et encor est pucelle.* De eiusdem fatis agit AMELOT *de la* HOVSSAYE *Observations sur les Traitez de Princes* f. IX.

(t) VLPIANVS l. 2. π. *de sponsalibus: Sponsalia autem dicta sunt a spondendo: nam moris fuit veteribus stipulari, et spondere sibi Vxores futuras. Quare* FLORENTINVS lib. 3. *Vnde et sponsi sponsaeque appellatio nata est.* PAVLVS l. 7. π. de *V. S.* Quare etiam VARRO *et* VERRIVS lib. V. *de lingua latina* spondere à sponte deducunt, eo quod sponte sua promittit, qui spondet. Sequitur GELLIVS Lib. IV. cap. IV.

expertes. (u) Iure antiquo Romano equidem pro validis habebantur, requirebatur tamen, vt non minores ſint ſeptem annis. (x) Per legem Auguſti (y) vero non niſi decennis puella poterat desponſari, nec conſummatio matrimonii vltra biennium poſt ſponſalia differri, alias puella ſine vlteriore erat obligatione, vt alteri in matrimonium posſit collocari, quod etiam Conſtantinus M. lege pu-

(u) L. 9. π. de *adquirenda haereditate*. L. 60. de R. V. Ideo Iudicio carere dicuntur L. 12. §. 2. π. de *Iudiciis*, et quod nullum eorum animi ſit iudicium §. 1. l. *quib. non eſt permiſſum facere Teſtamentum*. Alias nihil prorſus ſcire intelliguntur l. vlt. π. *de Iuris et facti ignorantia* et l. 1. C. *de falſa moneta*, dicitur, quod aetas pupillorum quid videat, ignoret et l. 12. π. *ad L. Corneliam de Sicariis* innocentia conſilii.

(x) L. 14. π. *de ſponſalibus* Nouella Leonis CIX.

(y) Audiamus DIONEM CASSIVM lib. LIV. p. 532. ſcribentem: *ὡς δ᾽ οὖν βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι, τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύειν ἰσχύειν μεθ᾽ ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόντων γαμήσει τις. τουτέστι δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι, τόν γέ τι ἀπ᾽ αὐτῆς ἀπολαύσοντα, δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη καθάπερ εἶπον νομίζεται. Quidam de infantibus pactiones nuptiales faciebant, et fructum ipſi ex bonis deſponſorum percipiebant; res ipſa non repraeſentabatur: id vt corrigeret*, edixit, ne *qua pactio nuptialis rata eſſet, vbi vltra biennium eſſent nuptiae differendae: id eſt, vt omnino ea decem annos nata eſſet, quam deſpondere aliquis, et fructum bonorum eius percipere vellet, puellis enim vti diximus, duodecimus annus perfectus maturitatis ad nuptias terminus eſt.* De eodem teſtatur SVETONIVS Auguſto cap. XXXIV. *cumque etiam immaturitate ſponſarum et matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi ſentiret, tempus ſponſas habendi coarctavit.* Ideoque hac lege imaginariis ſponſalibus occurritur. Licet etiam CAIVS ICtus lib. XVII. ad L. Iuliam et Pappiam doceat, ob iuſtas cauſas vltra biennium trahi poſſe ſponsalia l. 17. π. *de Sponſalibus*: Dominus a LVDEWIG de *aetate legitima* c. I. §. XXVII.

publica confirmauit. (z) Leo vero Imp. constituit, ne ante annum septimum fierent sponsalia. (a) Licet autem decennes desponsari potuerint, matrimonii tamen consummatio ante fieri non poterat, quam masculi puberes essent (b), foeminae viri potentes, maturae, tempestivae (c), qui apud viros erat annus decimus quartus, apud foeminas, annus duodecimus. (d)



(z) L. 4. C. Theod. *de sponsalibus: patri aut matri puellae, aut Tutori vel Curatori, aut cuilibet eius Affini non liceat, cum prius militi puellam desponderit, eandem alii in matrimonium tradere. Quod si intra biennium vt perfidiae reus in insulam relegetur. Quod si pactis nuptiis transcurso biennio, qui puellam desponderit, in culpam sponsi potius quam puellae referatur, nec quicquam noceat ei, qui post biennium marito alteri tradiderit.*

(a) Nou. CIX.

(b) GELLIVS lib. V. cap. XIX.

(c) GELLIVS lib. XII. cap. VIII. SYMMACHVS lib. VI. cap. III. Adde IACOBVM OISELIVM ad Caii *Institutiones* lib. I. Tit. VI. pag. 58.

(d) MACROBIVS *Saturn.* lib. VII. cap. VII. *nam et secundum Iura publica duodecimus annus in foemina et quartus decimus in puero definit pubertatis aetatem.* Rationem Idem reddit in Somnio Scipionis lib. I. c. VI. scribens: *post annos autem bis septem ipsa aetatis necessitate pubescit, tunc enim moueri incipit vis generationis in masculis, et purgatio foeminarum, ideo et puerile quasi virile iam robur absoluitur, de qua tamen foemina, propter votorum festinationem, maturius biennio legibus liberatur.* Quare etiam TERTVLLIANVS de virginibus velandis sub fin. ex lege naturae intra sua aetatibus reddant. *Nam foeminas ideo à XII. annis: masculum vero a duobus amplius ad negotia mittant. Pubertatem in annis, non in sponsalibus aut nuptiis decernentes.* Hac ratione vtentes Romani in Legibus pr. l. *quib. mod. tut. fin.* l. 4. π. de *ritu Nuptiarum* l. 24. C. de *nuptiis.* Adde vberius hac de re differentem Dominum a LVDEWIG *de aetate legitima. Puberum* cap. I. §. XXI. seqq. et IACOBVM OISELIVM *ad Caii In-*

## §. XII.

Pergimus ad Ius Canonicum, quod, licet aetatem Iure Ciuili pubertati statutam aeque sequatur, (e) in eo tamen adhuc est indulgentius, vt non aeque annum completum postulet, sed a facultate generandi, pubertatem ad nuptias habilem definiat. (f) An vero impuberum sponsalia sint legitima, et prouecta aetate per matrimonium consummanda, Pontificum decreta sibi ipsis sunt contraria. IVO quidem CARNOTENSIS sponsalia ante septimum aetatis annum habet pro illegitimis. (g) Hormisdas Papa definiuit, quod pater filium nondum adultum, cuius voluntas discerni nequit, matrimonio possit tradere, et postquam filius ad perfectiorem venerit aetatem, omnino hoc debeat adimplere, (h) quasi iudicium impuberis impleuerit patris auctoritas. Nicolaus Papa vero impuberes, nisi ex vrgentissima necessitate, vtpote pro bono pacis, prohibet coniungi. (i) Alexander III. Papa distinguit inter sponsalia eius, qui perfectae aetatis quan-

*Institutiones* Lib. I. Tit. VI. pag. 58. et 59. Exinde etiam explicanda est l. 9. π. *de sponsalibus*, vbi quaestio proponitur, si quis ante duodecimum puellae annum nuptias properauerit: an durent et deciditur, illas durare, si sponsalia antecesserint. Adde SCHILTERVM Exerc. XXXII. ad π. §. 4. 5. 6.

(e) Prout patet ex c. 3. et 14. x. de *despons. Impuberum.*

(f) C. 6. *Tuae* c. 14. x. *de despons. Impub.* Licet Dd. Iuris Canonici etiam filium ab obligatione liberent, si iustam causam habuerit reclamandi. PIRRHING ad lib. II. Tit. II. §. XIX.

(g) IVO ep. XCIX. *quapropter a primordio aetatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab vtraque persona intelligit, id est, si non sint minores quam septem annis.*

(h) C. I. x. h. t. GONTZALETZ TELLETZ etiam ad h. t. postquam varias sententias addit haec verba: *omnino debet adimplere, intelligenda esse, non existente iusta causa.*

(i) Cap. 2. h. t.

quandam puellam in cunabulis desponsauit, et si puella septimum aetatis annum adimplesset, ea habet pro legitimis, illa vero, quae in cunabulis fiunt, pro nullis declarat. (k) Idem vero Papa ad Episcopi Bathoriensis instantiam, decreuit, *illos, qui intra* annos matrimoniis haud aptos, sponsalia contrahant, siue vterque, siue alter reclamet, antequam ad annos matrimoniis aptos peruenerint, et separari postulent, non esse audiendos. Quod si vero is, qui minoris est aetatis, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire, iudicio Ecclesiae poterunt ab inuicem separari. Mulier autem, quae postquam annos nubiles attigerit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupserit, cum in eum semel consenserit, amplius non possit dissentire, nisi ipse, cui nupserit, postquam ad legitimam aetatem peruenerit, in eam suum negauerit praestare consensum, (l) atque tunc claudicare dicitur contractus. Dum ante annos nubiles coniugalem consensum non habeant, idque usque ad legitimam aetatem expectare teneantur, atque tunc matrimonium aut confirmandum, aut isti, si simul esse noluerint, separandi, nisi carnalis commixtio ante interuenerit, quae interdum pubertatis tempus solet anticipare: (m) Idem tamen Papa ad Genuensis Archiepiscopi instantiam respondit: quod si ita fuerint aetati proximi, quod potuerint copula carnali coniungi, minoris aetatis intuitu separari non debeant, nec si vnus in alium visus fuerit consensisse, cum in eis aetatem suppleuisse malitia videatur.

(y) Verbis: *Et pour ce que de present pour le bas âge de madite Dame Louise, et autres Dames dessus nommées dont est fait mention, led. mariage ne se peut faire et accomplir, à cette cause pour la seureté d'icelui, et afin que les parties soient plus inclins d'icelui parfaire en tems et lieu, et le mettre à execution, seront données seuretez, d'vn côté et d'autre telles et semblables par effet, quelles furent dernierement convenües et accordées entre les commis et deputez des dits Seigneurs Rois, et par eux ratifiées au traité de mariage, qui des lors fut accordé se devoir faire entre icelui Roi Catholique et madite Dame Renée; les quelles obligations et seure-tez*

si Carolus non expectata Ludouicae vel reliquarum aetate perfecta, alias matrimonio se copulauerit, Galliae Regi omne Ius suum in Regnum Neapolitanum cederet. Et si dicta Ludouica vel reliquae matrimonium consummare nollent, simili ratione Rex Galliae Ius suum in dictum Regnum cederet. (z) Ex quo satis patet, nec ista sponsalia



*tez demeureront en leur force et vertu quant à ce present traité, en la forme et maniere que si elles y etoient mot à mot de present inserées.*

(z) Verbis: *Et, outre à été expressement capitulé, convenu et accordé entre les Ambassadeurs desdits Seigneurs Rois, que s'icelui Roi Catholique prenoit parti ailleurs, et se marioit sans attendre l'âge parfait de madite Dame Louise, ou des autres, en la forme que dessus, ou elle etant d'age, ne vouloit faire et accomplir le dit mariage, ainsi que dessus est dit, ou autrement, directement ou indirectement trouvoit moien, ou fut cause par lui ou par autre, que ledit mariage ne vinst à effet ou execution, es dits cas, et vn chacun d'eux donnera, cedera, et transportera des-à present comme pour lors tout le droit qu'il pretend avoir audit roiaume de Naples, deçà le Far, audit Roi T. C. où a ses successeurs Rois, et relâchera et qüittera lesdits sermens, que les Capitaines, Vassaux et Suiets du roiaume, pourroient avoir envers lui, et consentira qu'ils reçoivent et mettent ledit Roi tres-Chretien audit roiaume de Naples; le quel y renoncera à son profit, et en cette même forme le fera le dit Seigneur Infant de Castille, son frere, en cas que ledit Roi Catholique decederoit et iroit de vie à trepas, et que en ensuivant le contenu audit traité, seroit subrogé au lieu de sondit frere, d'avoir et prendre pour femme et épouse madite Dame Louise, ou les autres, en l'ordre et es cas ci-dessus specifiez et declarez a ce obligeront et hypothequeront tous et chacun leurs biens, et y fera consentir et donner lettres scellées des principaux d'icelui royaume de Naples dedans le tems qu'il sera avisé au iour de la ratification de sedit present traité. Et si pareillement ledit Roi Tres-Chretien, et madite Dame Louise sa fille, et les autres Dames; chacun en leur égard, directement empechent et ne veulent donner leur*

ante puberem Ludouiciae aetatem fuisse firma ideoque per bella postmodum inter Carolum V. et Franciscum I. continua interrupta.

## §. XXII.

Quinta vice Carolus V. dum Londini ageret, ad nouae amicitiae perpetuitatem stabiliendam, cum Maria, Henrici VIII. Anglorum Regis filia, adhuc septenni e matertera eius Catharina suscepta, a. MDXXII. fuit desponsatus, hac addita conditione, vter ab eo pacto discederet, alteri dependeret aureorum millia quadraginta. (a) Ab hisce sponsalibus vero ipse Carolus V. consentiente Henrico VIII. resiliit, ducta in matrimonium Isabella Lusitanica, ratione vsus impuberis Mariae aetatis, et quod Collegium secretius Hispaniae, la Iunta dictum, super matrimonio isto instaret. (b) Licet exinde vtrinque oriretur simultas non nisi cum vtriusque morte finita.

§. XXIII.

*leur accord et consentement en tems dû, comme ci-dessus est mentionné, que ledit mariage soit parfait et accompli, et elle, ou les autres Dames, qui succederoient audit mariage en son lieu, delivrées audit Roi Catholique, ou Infant, pour l'accomplissement dudit mariage, dedans le tems dessusdit, esdit cas, est chacun d'iceux, ledit seigneur Roi Tres-Chretien fera telles et semblables donations et renontiations, dudit roiaume de Naples, au profit dudit Roi Catholique, et de sondit frere respectivement, avec les obligations et seuretez contenües audit present traité, qui seront reciproques, et consentira, que ceux dudit roiaume de Naples baillent les dits seuretez.*

(a) PONTVS HEVTERVS *Rer. Austr.* lib. VIII. cap. XIII. SLEIDANVS Lib. III. pag. 70. GVICCIARDINVS L. XVI. p. 353.

(b) LARREY Tom. I. p. 197. *Sur la fin de cette année (MDXXV.) l'Empereur pressé par les Etats de Castille, conclut son mariage avec l'Infante de Portugal sa niece; mais il ne fut celebré que le 2. de Janvier suivant. Il en fit faire des excuses au Roi d'Angleterre*

§. XXIII.

Haec vero sponsalia, cum Renata, Claudia et Maria Anglicana puberis cum impubere per verba de futuro contracta, nullum inuoluebant consensum matrimonialem. Locum hic habet distinctio Iuris antiqui Romani inter virginem speratam, pactam atque desponsatam, (c) et tres istae in exemplum pactarum poterunt referri, et non Iure Romano solum, sed etiam Canonico (d) eiusmodi sponsalia

*terre fondées sur les instances de la Junta de Tolede, et sur la trop grande ieunesse de la Princesse d'Angleterre. Le Roi trouva les excuses de l'Empereur raisonnables: et d'ailleurs il étoit nouvellement entré dans vne alliance qui ne lui permettoit pas d'esperer de l'avoir pour gendre. Il consentit donc à la dissolution des promesses. Bien-tôt apres il rapella ses Ambassadeurs d'Espagne, et Charles les siens d'Angleterre. Ce fut le commencement de leur mesintelligence, qui s'augmenta depuis par des nouvelles iniures, et qui ne se termina, que par leur mort. Il y en à qui disent, que l'Empereur doutoit de la legitimation de la Princesse d'Angleterre, comme née d'vn mariage que plusieurs croyoient incestueux et que ce fut vne des raisons que la Junte de Tolede lui representa pour l'en detourner. D'autres nient ce fait, et le traitent de calomnie et de supposition.*

(c) ARNOBIVS L. II. *adv. gentes* p. 140. *vxores enim Dii habent, atque in coniugalia foedera conditionibus veniunt ante quaesitis, vsu, farre, coemptione, geniculis, lectulis, sacramenta condicunt, habent speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas.* Vberius haec explicant GVNDLINGIANA pag. X. n. 1. BOEHMER *Iure Eccles.* lib. IV. Tit. I. §. IV.

(d) Patet hoc ex c. 51. c. 27. qu. 2. *duobus modis dicitur fides, pactionis et consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, poenitentiam agere debet de fide mentita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum Sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus: non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam et adhaerebit priori.* Distinguit igitur Canon inter fidem pactio-

lia per verba de futuro facta, etiamsi fuerint iurata, (e) dum nullus accesserit consensus matrimonialis, poterunt dissolui, id quod etiam ex Protestantium doctrina procedit. (f) Immo Alexander III. Papa sponsalia puberis cum puella in cunabulis plane in nullis declarat. (g) Nec obstat, quod Rex pater suppleuerit consensum impuberis, cum voluntas requiratur contrahentium, velle vero non credatur, qui obsequitur imperio patris vel domini: (h) Iure Romano equidem (i) si pater filiam desponderat impuberem, ratum hoc habebatur. (k) Verum aliud est Iure

ctionis et consensus. Illa tantum operatur, vt si quis aliam duxerit, eandem possit retinere, non aeque haec.

(e) C. 2. 17. X. h. t.

(f) CARPZ. *Iurispr. Eccles.* L. II. def. XVIII. n. 2. d. CXXXIII. seq. §. X. BOEHMER L. IV. Tit. I. §. XLVII.

(g) C. 4. et 5. X. de *desponsatione Impuberum.*

(h) Audiamus hac de re IVONEM CARNOTENSEM, dum Ep. CCXLIII. sic scribit: *Nuper cum essemus apud Castrum Militonense, narrauit mihi Dominus Stephanus Cancellarius, quasdam nuptias fuisse celebratas in Episcopatu vestro contra placitum vestrum inter quendam puerulum et quandam puellulam, cum adhuc in cunis essent. Quae nuptiae cum sint sine fide, sine prole, sine consensu, sine omni bono coniugali, solicite quaesiuit, vtrum possint legitime dissolui.* Et paullo post: *quibus auditis rogauit me, vt scriberem vobis quatenus tales nuptias aut fieri non permitteretis, aut factas dissolui praeciperetis.*

(i) L. 4. π. de R. I.

(k) L. 12. π. de *sponsalibus*, vbi tamen limitatio addita, quod tunc solum dissentiendi a patre licentia filiae concedatur, si indignum maritum, vel turpem sponsum ei pater eligat L. 36. 66. π. de *Ritu nuptiarum* et potissimum L. 4. C. *de sponsalibus. Si pater pactum de filiae nuptiis inierit, et humana sorte consumptus, ad vota non potuerit peruenire: id inter sponsum et sponsam firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur destinatum.*

Iure Canonico (l), aliud Germanico sancitum, (m) aliud etiam inter illustres obtinet. Idque magis hic locum habet, dum dictis Recessibus haec conditio fuerit adiecta, vt si matrimonium non consummetur in poenam certae terrae vel argenti summa restituatur. Alterutrius itaque optio erat, vel matrimonium consummandi, vel id, quod poenae loco statutum erat, praestandi. Immo etiam Ius Canonicum

(l) Adlegari equidem in contrarium solet c. I. C. XXX. *qu. 5. aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam foeminam dominationem habere videntur.* Verum hic canon clandestinis saltim obuiam it sponsalibus et quod puella sine parentum consensu non possit copulari, nihil vero de solo eorum tradit consensu, potius totus Titulus de desponsatione impuberum est contrarius. Audiamus potius IVONEM CARNOTENSEM ep. LXIX. decidentem: *de pacto coniugali, quod factum est inter duos nobiles, ita, vt qui filiam habebat, iurauerit, se eam traditurum vni de filiis alterius nobilis, cui vellet, cum ad nubiles annos virgo peruenisset; hoc paternitati vestrae respondeo, quod et natura disposuit et lex tam ecclesiastica quam mundana firmauit: quia quorum per copulam coniugalem vnum debet fieri corpus, eorundem pariter animorum debet esse consensus. Quicquid ergo pater nesciente virgine iurat, cum ad annos rationales perducta est, nisi ipsa virgo consentiat, etiam viuente patre secundum leges irritum erit.* Adde BOEHMERVM *Iure ecclesiastico* Lib. IV. Tit. §. CXVIII.

(m) Capit. Caroli M. de a. DCCXCVIII. c. LXX. *si quis filium alienum ad coniugium quaesierit, praesentibus suis et puellae parentibus, et postea se retraxerit, et eum accipere noluerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio culpabilis iudicetur.* Consensum etiam puellae fuisse requisitum, docet exemplum apud OTTONEM de S. BLASIO c. LII. *puella iam nubilis a Duce Leopoldo orientali et Ludouico Duce Bauariae adducta, tribunali sistitur, ac de consensu interrogata, verecundata admodum robore perfusa se liberali animo consentire profitetur.*

lia per verba de futuro facta, etiamsi fuerint iurata, (e) dum nullus accesserit consensus matrimonialis, poterunt dissolui, id quod etiam ex Protestantium doctrina procedit. (f) Immo Alexander III. Papa sponsalia puberis cum puella in cunabulis plane in nullis declarat. (g) Nec obstat, quod Rex pater suppleuerit consensum impuberis, cum voluntas requiratur contrahentium, velle vero non credatur, qui obsequitur imperio patris vel domini: (h) Iure Romano equidem (i) si pater filiam desponderat impuberem, ratum hoc habebatur. (k) Verum aliud est Iure

ctionis et consensus. Illa tantum operatur, vt si quis aliam duxerit, eandem possit retinere, non aeque haec.

(e) C. 2. 17. X. h. t.

(f) CARPZ. *Iurispr. Eccles.* L. II. def. XVIII. n. 2. d. CXXXIII. seq. §. X. BOEHMER L. IV. Tit. I. §. XLVII.

(g) C. 4. et 5. X. de *desponsatione Impuberum.*

(h) Audiamus hac de re IVONEM CARNOTENSEM, dum Ep. CCXLIII. sic scribit: *Nuper cum essemus apud Castrum Militonense, narrauit mihi Dominus Stephanus Cancellarius, quasdam nuptias fuisse celebratas in Episcopatu vestro contra placitum vestrum inter quendam puerulum et quandam puellulam, cum adhuc in cunis essent. Quae nuptiae cum sint sine fide, sine prole, sine consensu, sine omni bono coniugali, solicite quaesiuit, vtrum possint legitime dissolui.* Et paullo post: *quibus auditis rogauit me, vt scriberem vobis quatenus tales nuptias aut fieri non permitteretis, aut factas dissolui praeciperetis.*

(i) L. 4. π. de R. I.

(k) L. 12. π. de *sponsalibus*, vbi tamen limitatio addita, quod tunc solum dissentiendi a patre licentia filiae concedatur, si indignum maritum, vel turpem sponsum ei pater eligat L. 36. 66. π. de *Ritu nuptiarum* et potissimum L. 4. C. *de sponsalibus. Si pater pactum de filiae nuptiis inierit, et humana sorte consumptus, ad vota non potuerit peruenire: id inter sponsum et sponsam firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur destinatum.*

Iure Canonico (l); aliud Germanico sancitum, (m) aliud etiam inter illustres obtinet. Idque magis hic locum habet, dum dictis Recessibus haec conditio fuerit adiecta, vt si matrimonium non consummetur in poenam certae terrae vel argenti summa restituatur. Alterutrius itaque optio erat, vel matrimonium consummandi, vel id, quod poenae loco statutum erat, praestandi. Immo etiam Ius Canonicum

(l) Adlegari equidem in contrarium solet c. I. C. XXX. *qu. 5. aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam foeminam dominationem habere videntur.* Verum hic canon clandestinis saltim obuiam it sponsalibus et quod puella sine parentum consensu non possit copulari, nihil vero de solo eorum tradit consensu, potius totus Titulus de desponsatione impuberum est contrarius. Audiamus potius IVONEM CARNOTENSEM ep. LXIX. decidentem: *de pacto coniugali, quod factum est inter duos nobiles, ita, vt qui filiam habebat, iurauerit, se eam traditurum vni de filiis alterius nobilis, cui vellet, cum ad nubiles annos virgo peruenisset; hoc paternitati vestrae respondeo, quod et natura disposuit et lex tam ecclesiastica quam mundana firmauit: quia quorum per copulam coniugalem vnum debet fieri corpus, eorundem pariter animorum debet esse consensus. Quicquid ergo pater nesciente virgine iurat, cum ad annos rationales perducta est, nisi ipsa virgo consentiat, etiam viuente patre secundum leges irritum erit.* Adde BOEHMERVM *Iure ecclesiastico* Lib. IV. Tit. §. CXVIII.

(m) Capit. Caroli M. de a. DCCXCVIII. c. LXX. *si quis filium alienum ad coniugium quaesierit, praesentibus suis et puellae parentibus, et postea se retraxerit, et eum accipere noluerit, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio culpabilis iudicetur.* Consensum etiam puellae fuisse requisitum, docet exemplum apud OTTONEM de S. BLASIO c. LII. *puella iam nubilis a Duce Leopoldo orientali et Ludouico Duce Bauariae adducta, tribunali sistitur, ac de consensu interrogata, verecundata admodum robore perfusa se liberali animo consentire profitetur.*

cum eiusmodi contrauenientes a conuentionali poena adiecta absoluit, maxime, si sponsalia (n) fuerint nulla, quae tamen circa sponsalia perfecta, vim obligandi habentia, obtinet. (o) Accedebat iniectus dissoluendi consensus, quem ipsum Ius Canonicum censet patientia esse tolerandum. (p)

## §. XXIV.

Inter Germaniae Principes repudii diuersa occurrunt exempla. Fridericus I. Imp. filium suum Henricum Sueuiae Ducem cum Waldemari Daniae Regis filia, adhuc septenni desponderat, ea conditione, vt quatuor millia marcarum cum filia persolueret, et vt ipso tempore, quo filium repraesentaret, partem pecuniae, prout sibi visum fuisset, persolueret, et post sex annos desponsationis, dum nubilis aetas aduenisset, sex hebdomatibus prius pecunia tota et integra solueretur. (q) Miserat etiam ad Imp. so-

(n) Sic enim GREGORIVS IX. c. 29. X. de *sponsalibus* statuit: *Gemma mulier nobis exposuit, quod cum T. filia eius cum C. contraxit matrimonium, B. de Alserio ea occasione, quod inter P. filium suum et praedictam puellam intra septennium constitutos, sponsalia contracta fuerunt, poenam soluendam a parte, quae contraueniret in stipulatione appositam ab ipsa nititur extorquere. Cum itaque libera matrimonia esse debeant, et ideo talis stipulatio propter poenae interpositionem sit merito improbanda, mandamus, quatenus si est ita eundem B. vt ab extorsione praedictae poenae desistat, ecclesiastica censura compellas.*

(o) STRYCK. *de dissensu sponsalitio* S. I. §. XIV. BOEHMER. L. §. CXXX.

(p) C. Praeterea 2. X. de *sponsalibus* l. 1. C. *de sponsalibus*. STRYK de *dissensu sponsalitio* S. III. §. XXIII.

(q) ARNOLDVS LVBECENSIS L. III. c. II. PONTANVS *Hist. Dan.* L. VI. p. 280. sic scribit: *Inter Caesarem et Regem eodem hoc anno lis orta, quae multorum malorum occasionem praebuit. Cae-*

sororem suam Canutus et partem pecuniae soluebat. Sed, dum Imp. ad Canutum Regem legatos honoratos

G 2 mit-

*Caesar siquidem, missis ad Canutum oratoribus, eum ad solemnia nuptiarum, quas filio suo Henrico Sueuorum Duci eiusque sponsae Canuti sorori, de qua ante memoratum, parabat, honorifice inuitat, exigens simul alteram dotis partem a Valdemaro quidem promissam, sed tum nondum persolutam. Canutus aliud agi suspicatus, nec ignarus quomodo olim et quibus blanditiis parentem suum inescasset, et nuper quoque in se Pomeraniae Satrapam Bugislaum concitasset, et nunc etiam in exilium eiecisset, socerum suum, Henricum Leonem, respondit: nec integrum esse sibi, nec Regni negotia permittere, vt regno excedat. Interim quod ad nuptias celebrandas attineret, ipsi libenter annuere, sed de mittenda, quae restaret, dotis summa, nihil ante consummata nuptiarum solemnia posse statuere, nec existimare, ad id praestandum se teneri: Caesari nihilominus liberum etiamnum relinqui, nuptiarum contractum aut exsequi aut rescindere. Hoc responso offensus caesar, intactam et eodem, quo ad se septennis accesserat, cultu et comitatu exornatam sponsam fratri domum remisit; Repudii occasionem non quidem ex eo arripiens, quasi aut sponso aut sibi despectui virgo fuisset, sed quod Rex Canutus, frater eius germanus, Romanae Curiae accenseri imperiumque agnoscere detrectaret; et Vandalos etiam suo subiectos Dominio ac dicto audientes, retineret. Ludouicus quoque Thuringiae Princeps, filius sororis eiusdem Frederici Imperatoris, qui repudiata priore, quam duxerat, coniuge ob sanguinis, vt ferebat, propinquitatem, paulo ante in Vxorem acceperat Canuti Regis matrem Sophiam: Hanc, vt Caesari gratificaretur, referunt annales, facto diuortio a se similiter dimisisse. Quamuis et sint, qui Canuti velint non matrem, sed sororem fuisse; quae vt supra, sequuti Saxonem, meminimus, non Ludouico, sed Suffrido Marchioni nupserat, et, vt habent epistolae S. Wilhelmi, vtraque exinde superior nimirum, quae Caesaris filio erat nuptura et haec Suffridi, in coenobio Virginum, quod D. Mariae apud Roschildenses erat dicatum, vitam Monasticam transegerit. At nos, quod ad alteram sententiam, Arnoldi Abbatis Lubecensis, qui Helmoldum continuauit, mentem et pene verba expressimus*

mitteret, eumque vt reliquam pecuniam solueret, moneret iste vero propter occasiones alias, quae inter Imperatorem et ipsum versabantur, pecuniam persoluere abnueret: Imp. non propter repudii occasionem, sed propter pactionis immutationem, Regi MCLXXXVIII. sororem suam intactam cum tali apparatu, quo eam acceperat, restituit. Quod Canutus grauiter accipiens manifestas ex illa die inimicitias contra imperatorem exercere coepit, ita vt omnem terram Wagirorum, Holsatorum, Stormariorum et Polabrorum usque ad Albim sui iuris esse diceret, et eam per Slauos, quos sibi obstrinxerat, frequenter vastaret. (r)

## §. XXV.

Postquam Carolus V. maxime Friderici III. Saxoniae Electoris suffragio in Imp. esset electus, Catharinam sororem germanam eius fratris Ioannis filio Io. Friderico per verba de praesenti promisit, dieque III. Iulii eodem anno singulari diplomate confirmauit. Idemque kal. septembris eiusdem anni fuit repetitum (s) eidemque d. VII. Maii MDXXI. singulari scripto *promisit, se curaturum, vt postquam ipse in Hispaniam venisset, post sex menses in terras Saxonicas ista deueheretur.* (t) Scilicet Saxonum animos, diuersum in religio-

*simus*, quem et CRANZIVM, lib. VI. *Daniae suae*, secutum reperio. *Addit praeterea idem Abbas, reuersam e Germania Sophiam de iniuria sibi a Ludouico varie illata querimonias apud filium instituisse. Eaque occasione magis magisque in Caesarem et Theutones exstimulatum Regem Canutum; atque ita belli vtrinque enata semina: et statim Canutum Wagrorum, Holsatorum atque Polabrorum, ceterasque in vicino ditiones igne ac ferro vastari iussisse.*

(r) Adde P. I. Cap. VI. §. 44.

(s) MVLLERI annales p. 72. 73. LANGIVS *Chron. Citicensi* p. 1261.

(t) MVLLERI Annales p. 75.

ligione sentientes, hoc ipso Ecclesiae Romanae se iterum iuncturum sperabat. (u) Verum, ob eandem religionis diuersitatem renuebat Ioanna, Catharinae mater (x) ideoque disceſſum fuit a pactis, de quo SLEIDANVS: (y) *his fere diebus, Electoris Saxoniae filius, Ioannes Fridericus, in matrimonium ducit Ioannis Ducis Cliuensis filiam, Sibyllam: desponsa fuerat ei, soror Caesaris, Catharina, natu minima, confectis atque signatis ea de re literis: cum autem religionis haec incidisset in Saxonia mutatio, discessum fuit a pactis, et Caesaris legatus Haunartus, qui tunc per Germaniam erat, dicebat aperte, non esse fidem seruandam haereticis, Constantiensis, opinor, concilii vestigia secutus, vt quidem in scriptis quibusdam Saxoniae Dux postea commemorat.* (z) Ioannes vero cum filio Io. Friderico omnia Imp. et Catharinae conscientiae reliquerunt, (a) *daſs ob man zwar Ihro Maieſtät zu Ehren und Gefallen diesen unverdienten Spott, Hohn und Schimpff über sich und ihr gantzes Chur- und Fürstl. Hauſs ergeben lassen wolte, weilen man aber gleichwohl in seinen Gewissen sich nicht mächtigen könte, eine richtig geschlossene Ehe wiederumb zu zertrennen, so wären Sie als arme Fürsten zwar nicht gemeinet, in Ihro Maieſtät diſsfalls weiter zusehen, sondern man wolte selbiges zu desselben fernern Disposition auch in Ihrer Maieſtät und Dero Schwester Gewissen überlassen, und damit daſs gleichwohl dieses theils der Mangel nicht bestehe, zufrieden, und Ihro Maieſtät endliche Resolution gewärtig seyn.*

## §. XXVI.

Fridericus Grauis, Thuringiae Landgrauius et Misniae



(u) SAGITTARII *Historia Ioannis Friderici* §. *IV.*
(x) ALBINVS *Chron. Misnensi Tit XVIII. p* 237.
(y) *de statu Rel. sub Caroli V. p.* 157.
(z) Extant apud MVLLER *Historie Evangelischer Stände* Protestation Lib. III. p. 674.
(a) MVLLER c. l. p. 1692.

niae Marchio cum Iuditha, Ioannis, Bohemiae Regis filia, tunc nouem annorum, ipse annorum tredecim, a. MCCCXXIII. fuit desponsatus, sponsaque primum Dresdam, deinde Wartburgum ducta, et in gynaeceo habita. (b) Dum autem Ioannes Bohemiae Rex in Italia feliciter ageret, Ludouicus Bauarus Imp. metuens, ne ipsius potentia imperio noceret, finitimos regni Principes in eum concitat, atque cum Friderico hoc agit, vt nuptias cum Regis filia rescindat. Hic ne gratiam Imperatoris amitteret; admonitus paterno exemplo, quam difficilis recuperanda esset, puellam virginem in Bohemiam remittit, et cum filia Imp. a. MCCCXXIX. nuptias Noribergae celebrat. (c) Dum autem inter vtrosque, licet adhuc impuberes, sponsalia fuissent contracta, et postquam puberes facti, ab ipsis agnita fuerint atque continuata, vix est, vt repudium hocce

(b) FABRICIVS *Orig. Saxon.* L. VI. p. 640. DVBRAVIVS *Hist. Bohem.* L. XX. circa finem. *Inter quae ad Regem et Reginam a Friderico Misniae principe honorificentissima legatio ablegata fuit, quae filiam illorum Iudith principis sponsam in Misniam adduceret, nihil obstante, quod nondum propter aetatem viro sit habilis, at satis eandem habilem esse ad educandam more Misnico, quod vt fieret, magnopere principem expetere. Impetrauit Regina, vt filiam ad oppidum Misniae quod Dresdnam vocant, finibus Bohemiae proximum, deduceret, mansitque ibidem aliquamdiu, Friderico Reginam matrem apud se retinente.*

(c) FABRICIVS L. VI. p. 642. *Chronicon Aulae Regis* apud FREHERVM *Script. Rer. Bohem.* p. 40. *Circa idem tempus* (agit autem de anno MCCCXXIII.) LVDOVICVS *Rom. Rex filiam suam Friderico Marchioni Iuveni Mysnensi matrimonialiter copulauit. Gutta vero puella decennis, filia Regis Ioannis, quae in domo Misnensis Marchionis tanquam futura sponsa fere per vnum annum permanserat, in Bohemiam est reuersa, non sine magna multorum admiratione et displicentia. Sächs. Merckwürdigkeiten p. 351.*

(d) Ex-

hocce habeamus pro legitimo, dum puberum consensus eadem confirmauerit. Vera potius repudii causa erat dos promissa non soluta, quae nulla causa repudii erat legitima.

## §. XXVII.

Inter Balthasarem Thuringiae Landgrauium atque Herrmannum Hassiae conuenerat, vt Balthasaris filio Friderico, Herrmanni filia Margaretha, tunc tredecim annorum in manus conueniret, si modo Papa, dum in tertio consanguinitatis gradu inuicem essent coniuncti, dispensaret, prout in pacto confraternitatis anno MCCCXCII. confecto, continetur (d). Annuit primum Bonifacius IX. Papa atque dispensauit, dum vero comperisset, istos in tertio consanguinitatis gradu lineae inaequalis esse coniunctos, dispensationem iterum cassauit tali Bulla: *Bonifacius, Epi-*

(d) Extat Pactum apud MVLLERVM *Staats-Cabinet* P. VII. p. 315. in quo haec Verba: *Darauf haben die Herren beyderfyt einander in truwen in die Hand gelobet, und gegeben unsere Kindere, nehmlichen wir Balthasar, Ehren, Friedriche, unsern Sohn, Jungfrauen Margarethen des obgenanndten Landgraffen Herrmanns Tochter, und wir Herrmann unser Tochter Margarethen, Herrn Friedriche, des obgenanndten Herrn Balthasars Sohne, zu rechter Ehe, alss fern, alss unser Geistlicher Vater der Pabst syne Laube darzu geben will, darum wir obgenanndten Herren beyde unser guten Botschafft getruwelichen an yn bestellen sollen. Vnd wir Herrmann haben auch also gelobet, deme ebegenanndten Herrn Balthasar und Herrn Friedriche, syme Sohne zu geben, von unser Tochter obgenanndt Mitgabe wegen zwölff tusend gute Gülden, die gut sind am Golde, und schwer genug am Gewichte, also wann Herr Friedrich unsers ebgenanndten Balthasars Sohn byschlaffen will, und Iungfer Margarethe, obgenanndt driezehn Iahr alt worden ist, so sollen wir Balthasar und derselbe Herr Friedrich unser Sohn eynen kiesen, dem wir Bilsteyn das Schloss glauben wollen mit seiner Zugehörung, der soll das Schloss und seiner Zugehörung von unser auch unsers Landgraffen Herrmanns wegen inne haben eyn Iahr, der soll uns Herren mit einander geloben und schwehren.*

*Episcopus, seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Importuna petentium instantia, turbatione temporis, nec non veri suppressione concurrentibus, aliquando nos inducimur, vt aliqua plerisque concedamus, quae alias petentibus ipsis potius negaremus, et quae postea quandoque veritate comperta, vt apostolicam decet solertiam, solemus vtiliter immutare. Sane dudum pro parte dilecti filii, nobilis viri Balthazaris, Marchionis Misniae, nati Domicelli, ac dilectae in Christo filiae nobilis mulieris, Margarethae, dilecti filii, nobilis viri, Hermanni, Landgravii Hassiae, nate-Domicelle, nobis exposito, quando ipsorum etiam ex voluntate et consensu Parentum et amicorum suorum desiderabant inuicem matrimonialiter copulari, sed quia tertio consanguinitatis gradu inuicem erant coniuncti huiusmodi eorum non poterant in hac parte desiderium, dispensatione super hoc apostolica non obtenta adimplere et pro parte ipsorum Friderici et Margarethae nobis tunc humiliter supplicato, vt prouidere ipsis de opportunae dispensationis gratia de benignitate apostolica dignaremur. Nos tunc ex certis causis nobis expositis tum eisdem Friderico et Margarethae, vt ipsorum impedimento, quod ex consanguinitate huiusmodi proueniebat, non obstante, dummodo dicta Margaretha propter hoc rapta non foret, matrimonium inuicem contrahere libere et in eo, postquam contractum foret, licite remanere valerent, per nostras literas duximus dispensandum, prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nunciantes prout in ipsis literis plenius continetur. Cum autem sicut nuper accepimus, praedicti Friderici et Margarethae ab vno in secundo, et ab alio lateribus in tertio consanguinitatis siue affinitatis gradibus inuicem sint coniuncti, et propterea, si matrimonialiter copularentur, ex hoc Scandalum in populo illarum partium verisimiliter oriretur. Nos igitur attendentes, quod literae apostolicae, quae per surreptionem obtinentur, viribus non subsistant, et etiam huiusmodi scandalis, prout ad nos pertinet salubriter prouidere volentes, tenore praesentium declaramus,*

*mus, quod si praedictus Fridericus et Margaretha ab vno in secundo et ab alio lateribus in tertio consanguinitatis gradibus inuicem sint coniuncti, vt prefertur, ea propter praedictas literas nostras dispensationis eiusdem, eis per nos concessas, vt prefertur, vtpote per veri suppressionem in ea parte a nobis extortas, et quaecunque inde secuta, fuisse et esse irrita et nulla, ac nullius roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum VI. Idus Martii, Pontificatus nostri anno nono.*

## §. XXIIX.

Fridericus Placidus Saxoniae Elector pro filio suo adhuc impubere Friderico, anno MCCCCXXXXIII. cum Carolotta, Ludouici Sabaudiae Ducis ex Anna Cypri filia, sponsalia contraxerat, quae tamen paullo post fuerunt dissoluta, de quo GVICHENON (e): *Charlotte de Savoye fut accordée en mariage avec Frideric Duc de Saxe, fils Aisné de Frideric Duc de Saxe, Prince, Electeur et premier Marechal de l' Empire. La negociation s'en fut par l' Archevesque de Treues et par Guillaume le Bolomier Maitre des Requestes de Savoye, et la conclusion à Losanne le II. de Mars MCDXLIII. où Lovis Duc de Savoye se trouva; presents Iean de Grotée et Lancelot de Lezignan, Protonotaires Apostoliques, Antoine Rochet, Sacristain de Geneve et Hugues Archidiacre de Mets: Par les articles du Traitté, l' Espouse avoit pour sa dot cent mille florins d'or, et devoit estre conduite jusques à Strasbourg aux despens du Duc Louis son Pere, son doüaire estoit de dix mille florins d'or, mais ce mariage ne fut pas consommé, aussi la Princesse*

(e) Tom. I. p. 831.

*cesse estoit fort jeune en ce temps la. Depuis Louis Dauphin de France (qui fut Roi sous le nom de Louis XI.) ayant recherché cette Princesse, et fait faire divers voyages en Savoye à l' Evesque d' Aleth, au grand Maistre d' Hottel de France, et à Girard Boursier, elle luy fut promise avec beaucoup de difficulté, parce que le Dauphin faisoit faire cette negociation à l' insceu du Roy Charles VII. son Pere, avec le quel il estoit en tres-mauvaise intelligence. Enfin, le Dauphin envoya Iean Bastard d' Armagnac Seigneur de Gourdon Marechal de Dauphine, et Antoine Bolomier General de ses Finances, ses Ambassadeurs pour èpouser à son nom Charlotte; le pouvoir qu'il leur donna est datté à Alexan: proche Romans en Dauphiné le VIII. de Janvier MCCCCLI. Ces Ambassadeurs arrivés à Geneve, les articles du mariage furent accordés, qui portent que la Princesse auroit deux cens mil escus d'or, et le Dauphin luy promit dix mil escus d'or de doüaire asfignés sur les Comtés de Valentinois et de Divois. Le contract fut passé dans le convent des Freres Mineurs le XIV. de Feurier suivant; Presents Amé de Savoye Prince de Piemont, Louis de Savoye Comte de Geneve, George de Salmes Evesque de Lausanne, Jaques de la Tour, Chancelier de Savoye Jean de Seyssel Seigneur de Barjat, Marechal de Savoye, Jaques de la Baume Seigneur de l' Albergemnet Pierre de Grolée Seigneur de S. Andié de Briord, Jaques de Valperque, Jaques de Chalant et Hector Josselin Conseillers du Duc Louis.*

## §. XXIX.

Barbara, Alberti Achillis El. Brandenburgensis filia, post mortem prioris mariti, Henrici Glogouiensis Ducis, Vladislao, Bohemiae Regi fuit desponsata, sed dum iste matrimonium non consumaret, per decretum Papae ab isto nexu iterum liberata, vidua defuncta. (f) Eiusdem soror Anastasia, Wilhelmi Henrici, Hasfiae Landgrauii filio,

(f) RENSCH *Brandenburg Cedern Heyn* p. 417.

filio, Papa etiam dispensante, fuerat desponsata, vtrisque adhuc impuberibus. Verum Wilhelmus, postquam adultior factus, ob consanguinitatis vinculum abstinuit, ideoque Wilhelmo Hennebergico Ao. MDX. nuptui fuit collocata. (g)

§. XXX.

Otto de Suinuorde, filius Henrici Marchionis, de Gerberga matre genitus, Mechtildem filiam Bolislai Poloniae Ducis sibi desponsauit. Verum cogente Synodo Triburiensi anno MXXXVI. eam iuramento a se abalienauit. (h)

§. XXXI.

Inter exteros Reges, Principesque singulare erat repudium Alfonsi II. Regis Castellae et Cataloniae, qui repudiata Mathilde, Emanuelis Imp. filia, Sanctiam Castellae Regis filiam duxit vxorem, (i) de quo BERNARDINVS GOMESIVS: *Alfonsus II. ab Arista primo XII. Rex Aragonum, ac etiam Cataloniae Princeps (qui duo potentatus magnam citerioris Hispaniae partem continent,) vt primum in eos patri successit, inclyto se matrimonio illustrare cupiens, legatos cum literis Constantinopolim ad Emanuelem Imp. misit, cui nunciarent, se cupere illius filiam, nomine Mathildam, nulla constituta dote, dari sibi in matrimonium. Annuente Imperatore, cui iam diu nota erant Regis, illiusque amicorum nobilitatae bello virtutes, atque potentia Regnorum: sponsalium fide mutuo hinc inde data: curaque omni deducendae in Hispaniam sponsae Imperatori relicta: legati protinus ad Alfonsum remigrarunt. Interea Alfonsus Castellae Rex Imperator Hispaniarum dictus, intellecta legatione matrimonii causa expedita, Alfonsum simili legatione et literis*



(g) C. L. p. 422.
(h) ANNALISTA *Saxo* ad a. 1035. 1036.
(i) De Vita Iacobi I. Lib. I. ineunte.

*teris sollicitauit, vt Sanctiam filiam, genere et pulcbritudine nulli secundam, vxorem duceret, eamque, vt cuiuis praeferret, cum multis de causis, tum hac potissimum impetrauit, quod hoc idem matrimonium a Raimundo Principe longe antea fuerit initum, sed interuentu belli, infectum illud, non reiectum, ideoque consecutam concordiam, esse quoque eiusmodi matrimonio stabiliendam, postulauit. Vnde Sanctia ad Alfonsum deducta, publico atque celebri matrimonio cum illo coniuncta fuit, cuius rei illico fama in omnes partes dimanauit. Interim Emanuel Imperator nulla de pellicatu re intellecta, praeparatam filiam vni ex praestantioribus Antistibus ecclesiasticis, ac duobus magnis imperii proceribus, deducendam commisit. Iamque iter ingressi longissimum atque difficillimum, decem prouinciis peragratis, tandem superata Gallia, in Narbonensem, ad vrbem Nitiobrigum regiam, nunc Mompellerium vocatum, peruenerunt, quae triginta duntaxat passuum millibus, ab Hispaniae finibus disterminatur. Vbi a Guillermo eius vrbis, ditionisque Principe, qui aduenientes hospitio exceperat honorifico, atque tanti itineris causam suspicabatur, de praerepto a Sanctia matrimonio facti sunt certiores. At Mathildis amore captus Guillermus eam ducendi desideria legatis aperit, consensumque impetrat, inde nuptias celebrat, quae tamen edito licet ex his partu, faustae haud fuere.* De quo pergit GOMESIVS, (k) scribens: *sic quoque Guillermus, cui non satis fuit cum tam paruo imperio, et opibus, interceptam Imperatoris filiam, Regi destinatam sponsam, nullo negotio, in matrimonium duxisse, ab eaque clarissimam prolem suscepisse, nisi quod, imperante luxuria; cum ab vxore secesserit tum ea viuente, aliam nomine Agnetem, Hispanam duxerit: talesque ex ea filios habuerit, vt ausus sit natu maior Mariam legitimam vniuersorum haeredem ab haereditate expellere.*

§. XXXII.

Ioannes I. Rex Castellae et Legionis Henrici II. filius tertio statim regni sui anno bellicam tempestatem fuit experper-

(k) Lib. I. p. 391. edit. Schotti.

pertus, a Ioanne Anglo, Duce Lecastriae ipsi concitatam, qui Ferdinandum Regem Lusitaniae facile in foedus et armorum societatem pertraxit: vtrumque enim interceptae regnum Castellae obtinendi spei dolor vrebat, quod hic Iure materno, ille vxorio ad se pertinere contendebat; sed aduersa fortuna in ipso belli initio vsi, et nauali pugna victi, mox pacem a Rege Castellae oblatam acceperunt; quae hac inter alias leges fuit composita, vt Beatrix Lusitani gnata vnica, de cuius nuptiis multoties licitatum, quaeque postremum Eduardo Emundo Ducis Eboracensis filio, condicta fuerat, Ferdinando Castellensis minori filio, rescissis prioribus pactis desponderetur, in quo promittebatur, ne, si Henrico maiori fratri nuberet, Castellae Lusitania iungeretur. (l) Verum cum paullo post Eleonora Castellae Regina fatis concessisset, Ioannes viduus, annuente et offerente Lusitano, vicem filii adhuc puerili expleuit, et Beatricem secundis nuptiis sibi adiunxit. (m)

§. XXXIII.

Ex Sfortiarum familia, Philippus Maria Secundus, Francisci Ducis filius adhuc impuber sponsam accepit Mariam, Ludouici Ducis Sabaudiae et Annae de Cypro filiam superueniente aetate ad matrimonium habili nuptiis sibi adiungendam; in tabulis super his sponsalibus d. XIII. Septembr. a. MCDLIV. factis, dos scutorum centum millium auri ponderis constituta est (n). Haec sponsalia tamen fuerunt dissoluta, et dicta Maria Sabauda Ludouico Lucemburgico Comiti S. Pauli anno MCDLXVI. nupsit (o).



(l) Verba sunt MARIANAE lib. XVIII. cap. V.

(m) IMHOFF. *Hist. Hispan. et Ital. General.* p. 59.

(n) Extant apud GVICHENON *Preuves* p. 379.

(o) GVICHENON equidem Tom. I. p. 533. dicit Philippum Mariam

## §. XXXIV.

De Henrico, Namurci Comite, sic loquitur IO. BAPTISTA GRAMAYE (p): *Mortua Laurentia Theodorici Elsatii Flandriae Comitis filia, prima uxore, Henricus Comes ad secundas progressus nuptias, Agnetem Ottonis Geldriae Comitis sororem duxit, sed ob demerita aut suspiciones sinistras repudiauit. Et post quindecim demum annos consilio Ducis Brabantiae et Archipraesulis Coloniensis recepit in gratiam, nec multo post filiam Ermesindem ex ea suscepit.*

## §. XXXV.

Ad recentiora tempora properamus. Hodiernus Gallorum Rex Ludouicus XV. cum Maria Anna Victoria, Hispaniae Infante, tunc demum tres annos et dimidium nata, fuit desponsatus. Postquam autem in Aula Hispanica haec singula fuissent pertractata, Regi tunc vndecim annorum per Cardinalem du Bois hoc d. XIV. Septembris MDCCXXI. significabatur (q), et per Ducem Aurelianensem, tunc Galliae Regentem huius consensus requirebatur, quem facile praebuit d. XXIX. Septembris. Hispaniae Rex pro Asturiae Principe Ludouico, Aurelianensis Ducis filiam, Ludouicam Elisabetham, Mademoiselle de Montpensier dictam, petebat vxorem (r). Postquam enim Rex Galliae Ducem de S. Simon legatum extraordinarium in Hispaniam misisset, ad petendam

riam paullo post sponsalia decessisse. Verum IMHOFF. *Hist. Hispan. Ital. Geneal. p. 232.* *ex Corio demonstrat, ipsum adhuc diu superfuisse.*

(p) *Hist. Namur. p. 18.*

(q) LETTRES *Historiques* Sept. 1721. pag. 308.

(r) LETTRES *Historiques* ( Octobr. 1721. p. 424. Nouembr. 1712. p. 548. Decembr. pag. 669.

dam in matrimonium Hispaniae Infantem, Rex Hispaniae vero Ducem de Olsonna ad petendam pro Ludouico Asturiae Principe Montpenseriam d. XIV. Nouembris MDCCXXI. contractus matrimonii cum Hispaniae Infante et d. XVI. contractus cum Montpenseria fuit signatus (s). Hinc dum IX. Februarii MDCCXXII. Hispaniae Infans cum Montpenseria in Hispaniae atque Galliae confiniis fuissent commutata, matrimonium Asturiae Principis cum Montpenseria d. XXI. Februarii MDCCXXII. Lermae fuit consummatum (t), Hispaniae vero Infans in Galliam deducta, atque insigni cum honore d. IV. Martii MDCCXXII. Parisiis recepta, l' Infante Reyne fuit adpellata. (u) Verum, nondum triennium erat praeterlapsum, dum Ludouicus XV. sponsalia rumperet, et Reginam Infantem in Hispaniam remitteret, licet hoc cum magna Regis Hispaniae indignatione. (x) Haec tamen sponsalia inter impuberes per alios potissimum contracta pro nullis habenda, et Rege pubere facto, non accedente ipsius consensu, facile potuerunt dissolui. Haec dissolutio etiam Caroli, Hispaniae Infantis, cum Ducis Aurelianensis filia iuniori Mademoiselle de Beaucolois sponsalia, anno MDCCXXII. contracta, disrupit, dum Infans esset sex annorum, sponsa octo annorum, quae iamdum in Hispaniam fuerat missa, a. MDCCXXV. vero in Galliam remissa.

§. XXXVI.

(s) *Lettr. Histor.* Nouembr. 1712. p. 548. Decembr. p. 669.

(t) *Lettres Histor.* Fevrier 1722. p. 205. *le mariage de cette Princesse fut celebré le 21.* a Lerma. *Les Nouveaux Mariez furent vn quart. d' heure couchez ensemblé, en presence de toute la Cour, les Rideaux ouuerts.*

(u) *Lettr. Histor.* Martii 1722. p. 333. Introitus solemnia describit *Kern Chron. ad annum 1722. p. 72.*

(x) *Lettr. Histor.* Mars 1725. p. 323. Avril 1725. p. 417. CLEF *du Cabinet des Princes* May 1725. p. 349.

## §. XXXVI.

Tandem etiam repudium Russorum Monarchae Petri II. cum Maria Alexandrowna Mentzikofii Principis filia seniore haud est reticendum. Ista primum Sapiehae iuniori comiti fuerat desponsata, quam tamen iterum dimittere fuit coactus, concessa ipsi Maria, filia fratris Catharinae Russorum Monarchae: (y) Haec enim Testamento suo ordinauit, vt ista cum filio suo et successore Petro II. iungeretur. (z) Hinc etiam d. VI. Iunii MDCCXXVII. sponsalia inter vtrosque impuberes adhuc fuerunt contracta, verum post Mentzikofii casum infelicem iterum dissoluta. (a)

## §. XXXVII.

Varnorum Rex Hermegiselus filium reliquit Radigem. Ei puero pater virginem Brittia e gente desponderat, cuius frater apud Anglos regnabat, magnamque sorori dotem dederat. Verum, Hermegiselus vltima voluntate sic disposuit: quaecunque a nobis sponsalium nomine Brittia virgo accepit, sibi habeat, spretae conditionis suae gentium ex Iure solatium. Radigis apud nouercam deinceps habitet, vt mos patrius iubet. Haec postquam dixerat, praesignificata die quadragesima fatum expleuit. Filius eius, vt in regnum succesit, consilio virorum inter Barbaros eminentium, vltimam defuncti voluntatem implet, repudium sponsae renunciat, cum nouerca commoratur. Quae, vti dictum, vel didicit sponsa Radigis, intolerans contumeliae in vltionem tota ferebatur. Tanto enim honore pudicitia apud Barbaros colitur, vt foemina, de cuius nuptiis actum est, etiamsi corpore sit integra, pro corrupta ha-

(y) LEBEN *Catharinae Alexiowai* pag. 274.
(z) C. l. pag. 314.
(a) C. l. pag. 380. 382.

habeatur. Ante tamen amicorum suorum idoneos ad eum mittit, percunctatum, cur ipsam dedecoret, non stupro a se, non re alia laesus. (b)

(b) Verba sunt PROCOPII *Hist. Goth.* Lib. IV. p. 469.

## CAPVT II.

SISTENS

# DIVORTIORVM, AB ILLVSTRIBVS EXTRA GERMANIAM FACTORVM, EXEMPLA.

§. I.

*Apud Romanos primis temporibus nulla diuortia. Sp. Caruilius Ruga vxorem dimisit primus.*

§. II.

*Aemilii Pauli diuortium.*

§. III.

*Claudii et Neronis imp. diuortia.*

§. IV.

*Constantius et Maximinianus caesares facti dimittunt vxores.*

§. V.

*Constantinus imp. Graecus coniugem Mariam repudiat.*

§. VI.

*Andronicus, repudiatis duabus vxoribus, Agnetem* Gallicanam *ducit, quam tamen rursus dimisit.*

§. VII.

*In Arragoniae regno Alfonsus I. et Vrraca diuortium faciunt.*

§. VIII.

*Iacobus I. Eleonoram vxorem dimittit atque Violantam Vngaricam ducit.*

§. IX.

*Petrus II. R. Arrag. cum Maria Mompelleriensi diuortium facit, Papa contradicente.*

§. X.

*Iacobus II. Iustus R. Sicil. et Arrag. dimisit vxorem Isabellam.*

§. XI.

*Henricus I. Castellae R. Mafaldam Lusitanam repudiare cogitur.*

§. XII.

*Alphonsus IX. R. Leg. duplex fecit diuortium.*

§. XIII.

*Ferdinandus II. R. Leg. Vrracam vxorem a se seiungit.*

§. XIV.

§. XIV.

*Alphonsus X. Castellae et Legionis R. diuortium ob sterilitatem vxoris Iolandae intendit, ast foecunditas insequens a proposito eum dimouit.*

§. XV.

*Henricus Castellae Rex, vt separetur a coniuge Blanca, papae sententia impetrat.*

§. XVI.

*In Lusitaniae Regno Henricus Burgundus a Theresia, et Alfonsus III. a Mathilde fecit diuortium.*

§. XVII.

*Petrus Lusit. R. Blanca de Castella repudiata, ducit Agnetem Castriam.*

§. XVIII.

*Alphonsi VI. Lusit. Regis diuortium cum Francisca Elisabetha Sabauda.*

§. XIX.

*Theobaldi Vasconum R. diuortium.*

§. XX.

*Guntrami Regis Aurel. diuortia.*

§. XXI.

*Chariberti diuortium.*

§. XXII.

*Dagobertus dimissa Gomadrude ducit Nanthildem.*

§. XXIII.

*Chlotarius cum Waldrada, vidua Theobaldi, coniugium quidem init, ast eam rursus dimittit.*

§. XXIV.

*Robertus Galliae R. a Pontifice vt vxorem Bertham dimittat cogitur.*

§. XXV.

*Philippi I. G. R. diuortia.*

§. XXVI.

*Quae de eiusdem diuortio cum Bertha et nuptiis cum Bertrada acitata sint inter Episcopos Galliae.*

§. XXVII.

*Paschalis sententia, qua regem et Bertradam excommunicationis vinculo absoluit.*

§. XXVIII.

*Plura diuortiorum exempla Saeculo XI. et XII. apud Francos obuia coniunctim recensentur.*

§. XXIX.

*Ludouici VII. G. R. et Eleonorae Aquitanicae diuortium.*

§. XXX.

*Huius diuortii iustitia examinatur.*

§. XXXI.

*Philippus Augustus Francorum R. cum Ingeburge tentat diuortium, et quasnam praetexerit causas.*

§. XXXII.

*Quod diuortium variis adhibitis fraudibus tandem secutum.*

§. XXXIII.

*De quo Canutus R. Daniae quam maxime est conquestus.*

§. XXXIV.

*Innocentius III. Papa diuortium cum Ingeburge factum improbat, et regi, vt dimissam recipiat vxorem, mandat.*

§. XXXV

§. XXXV.

*Rege tamen non parente papa eum excommunicat, quo coactus Ingeburgem recepit quidem, ast eam numquam carnaliter cognouit.*

§. XXXVI.

*Quaedam de causa diuortii genuina adduntur.*

§. XXXVII.

*Carolus IV. Pulcher R. Fr. a Blanca Ottonis Burgundici filia diuortium fecit.*

§. XXXVIII.

*Ludouicus XII. dimissa Ioanna Ludouici XI filia, Annam Britannicam ducit vxorem.*

§. XXXIX. et XL.

*Continuatio antecedentis paragr.*

§. XLI.

*Henricus V. G. R. diuortium meditatur cum Margaretha Francisci I. filia.*

§. XLII.

*Thuani verbis, quae de hoc diuortio acta describuntur.*

§. XLIII.

*In qua causa diuortii tandem sequitur sententia.*

§. XLIV.

*P. Daniel verba de hoc diuortio prolixe adducuntur.*

§. XLV.

*Diuortii Henr. II. ducis Guisii.*

§ XLVI.

*Nuptiae inter Gastonem Aurel. ducem et Margaretham Lotharingicam nullae declarantur.*

§. XL VI

*Hugonis comitis Campaniae diuortium cum Constantia Philippi I. R. Fr. filia.*

§. XLVIII.

*Vortigerni diuortium cum vxore priori.*

§. XLIX.

*Henricus II. A. R. diuortium cum vxore Alienora tentat, vt duceret filiae sponsam Adelam Francicam.*

§. L.

*Ioannes sine terra A. R. demissa Hauisa vxore duxit Isabellam Angolismensem.*

§. LI.

*Henricus VIII. Angliae R. de diuortio cum Catharina Hispanica cogitat.*

§. LII.

*Papa ad examinandas diuortii causas commissarios concedit.*

§. LIII.

*Comitia Regni pro examinandis diuortii causis rex conuocat, quae tamen, pontifice causam ad se vocante, effectu fuerunt destituta.*

§. LIV.

*Rex morae pertaesus Annam Bolenam ducit vxorem, quod matrimonium non fuit diuturnum.*

§. LV.

*Duxit postea Ianam Seymoür, Annam Cliuensem et Howardam.*

§. LVI.

*Carolus II. Agl. R. de diuortio*

*tio cum Catharina Lusitanica meditatur.*

§. LVII.

*Catharina Graia ab Henrico Pembrochio repudiata nupsit Eduardo Seymaro Betfordio, quod tamen coniugium mox dissolutum.*

§. LVIII.

*Diuortium Mariae Scoticae cum Thoma Bodio.*

§. LIX.

*Margaretha Iacobi IV. Scotiae Regis Vidua diuortium facit cum Archibaldo Angusiae comite.*

§. LX.

*Elisabethae Stuartae diuortium cum Roberto Stuarto.*

§. LXI.

*Iacobus Heburnus Bothwelliae comes a priori coniuge diuortium facit et Mariam Scotiae reginam ducit vxorem.*

§. LXII.

*Ottocarus Bohemiae Rex vxorem Margaretham Austriacam ob sterilitatem dimisit.*

§. LXIII.

*Historia Beatricis, Ferdinandi Neapol. R. filiae exemplum repudii et diuortii continet.*

§. LXIV.

*Ladislaus Siciliae Rex repudiata legitima vxore aliam duxit.*

§. LXV.

*Baduinus Hieros. Rex dimissa priore coniuge Siciliae ducit comitissam.*

§. LXVI.

*Wilhelmus Arausionensis dimisit Annam Mariam Saxon. ducis filiam.*

§. LXVII.

*Nuptiae inter Iacobum Sab. ducem et Franciscam Rohan. dissoluuntur.*

§. LXVIII.

*Vincentius II. dux Mantuanus cum Isabella diuortium tentat.*

§. LXIX.

*Ioh. Basilidis Russi diuortium.*

§. LXX.

*Philippus Maria Mediolan. dux occidi iussit vxorem Beatricem.*

§. I.

Romani primis temporibus a diuortiis abhorrebant. *Constat enim*, inquit DIONYSIVS HALICARNASSENSIS (c) *per DXX. annos Romae nullum accidisse diuortium. Septima demum supra centesimam et trigesimam Olympiade, M. Pomponio, C. Papyrio consulibus, primus dicitur vxorem dimisisse*

(c) L. II.

*fisse Sp. Caruilius, vir non obscurus, coactus a censoribus iurare, liberorum causa se coniugem non retinere, erat enim sterilis.* De eodem GELLIVS (d) sic loquitur: *Anno deinde post Romam conditam quingentesimo vndevicesimo, Sp. Caruilius Ruga primus Romae de amicorum sententia diuortium cum vxore fecit, quod sterilis esset; iurassetque apud censores, vxorem se liberorum quaerendorum causa habere.* Ex quo satis patet, quam cauti circa diuortium fuerint Romani, vt eos, qui diuortia peterent, iurare cogerent censores, se liberorum quaerendorum causa vxorem dimisisse. Hinc etiam defensor dimissae apud SENECAM (e): *aliud esse,* aiebat, *quae intra quinquennium non potuit, non vtique* sterilis *est; aliud, quae intra quinquennium non peperit; non statim dimitti potest sterilitatis nomine.*

## §. II.

Postea in Romana Historia copiosa videmus facti diuortii exempla. De Aemilio Paulo dicit PLVTARCHVS (f): *Vxorem duxit Papiriam filiam Mansonis, viri consularis, cum qua postquam longo tempore vixisset,* nuptias diremit, *quamuis pulcherrimos ex illa liberos haberet. Haec enim ipsi peperit celeberrimum Scipionem et Fabium Maximum.* Causa diuortii scripta non peruenit ad notitiam nostram. Pergit PLVTARCHVS scribens (g): *Sed apparet vera fabula, quae fertur de quodam matrimonio dissoluto,* cum vir *Romanus* dimisisset vxorem. *Amicis illum increpantibus et rogantibus: Nonne casta, formosa, foecunda est! respondit extendens calceum,* quem



(d) Lib. XVII. c. XXI. idem dicit Lib. IV. c. III. VALERIVS MAXIM. lib. II. c. IV. PLVTARCHVS *Romul.* p. 39. Num. p. 77. Add. ZACHAR. HVBER. *dissert.* lib. II. disp. III.

(e) Lib. II. Controv. XIII.

(f) Vita PAVLI AEMILII p. 257.

(g) Vita CATONIS minor. p. 270.

*quem Romani dicunt. Nonne decorus hic; nonne recens consutus? Neque tamen vestrum quisquam nouit, qua parte premat meum pedem. Nam reuera magna peccata euulgata quasdam mulieres segregarunt a Viris. Quae vero ex taedio aut quadam morum disconuenientia nascuntur parua et frequentia transuersaria, alios latentia, faciunt immedicabiles in conuictu dissensiones.*

## §. III.

Claudius imp. vxores duxit Plautinam Vrgulanillam, triumphali, et mox Aemiliam Petinam, consulari patre. Cum vtraque diuortium fecit: sed cum Petina ex leuibus offensis: cum Vrgulanilla ob libidinum probrum et homicidii suspicionem (h). Nero imp. Octauiam Augustam primo propter Sabinam pellicem repudiauit, post interfecit. Sic enim de eodem SVETONIVS (i): *Octauiae consuetudinem cito aspernatus, corripientibus amicis, sufficere illi debere respondit vxoria ornamenta. Eandem mox saepe frustra strangulare meditatus, dimisit vt sterilem; sed improbante diuortium populo, nec parcente conuitiis, etiam relegauit. Denique occidit sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque, vt in quaestione pernegantibus cunctis, Anicetum paedagogum suum indicem subiecerit, qui dolo stupratam a se fateretur:* Licet non deessent, qui hac in re ipsi obsisterent, dicentes: dotem ei, hoc est, Principatum redde. Vberius totum negotium TACITVS (k) enarrat de Nerone, ita scribens: *Decretae eo nomine supplicationes, vtque Sulla et Plautus Senatu mouerentur, grauioribus tamen ludibriis quam malis. Igitur accepto Patrum consulto, postquam cunctae scelerum suorum pro egregiis accipi videt, exturbat Octauiam, sterilem dictitans. Exin Poppaeae coniungitur. Ea diu pellex, et adulteri Ne-*

(h) SVETONIVS *Claudio* c. XXVI.
(i) *Nerone* c. XXXV.
(k) *Annal. l. XIV. c. LX.*

*Neronis, mox mariti potens, quemdam ex ministris Octauiae impulit, seruilem ei amorem obiicere. Destinaturque reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus. Actae ob id de ancillis quaestiones, et vi tormentorum victis quibusdam, vt falsa adnuerent, plures perstitere sanctitatem dominae tueri. Ex quibus vna instanti Tigellino, castiora esse muliebria Octauiae respondit, quam os eius. Mouetur tamen primo ciuilis dissidii specie: domumque Burri, et praedia Plauti infausta dona accipit, mox in Campaniam pulsa est, addita militari custodia. Inde crebri questus, nec occulti per vulgum, cui minor sapientia, et ex mediocritate fortunae pauciora pericula sunt. His motus Nero, an poenitentia flagitii, coniugem reuocauit Octauiam. Exinde laeti capitolium scandunt, deosque tandem venerantur. Effigies Poppaeae proruunt, Octauiae Imagines gestant humeris, spargunt floribus, foroque ac templis statuunt. Itur etiam in Principis laudes, repetitum venerantium. Iamque et palatium multitudine et clamoribus complebant, iam emissi militum globi verberibus et intento ferro turbatos disiecere. Mutataque quae per seditionem verterant, et Poppaeae honos repositus est. Quae semper odio, tum et metu atrox, ne aut vulgi acrior vis ingrueret, aut Nero inclinatione populi mutaretur, prouoluta genibus eius. Non eo loci res suas agi, vt de matrimonio certet, (quanquam id sibi vita potius) sed vitam ipsam in extremum adductam a clientelis et seruitiis Octauiae, qua plebis sibi nomen indiderint, ea in pace ausis, quae vix bello euenirent. Arma illa aduersus Principem sumpta. Ducem tantum defuisse, qui motis rebus facile reperiretur. Omitteret modo Campaniam et in vrbem ipsam pergeret, ad cuius nutum absentis tumultus cierentur. Quod alioquin suum delictum? quam cuiusquam offensionem? An quia veram progeniem penatibus Caesarum datura sit, malle populum Romanum tibicinis Aegyptii sobolem imperatorio fastigio induci? Denique si id rebus conducat libens quam coactus acciret Dominam, vel*

con-

*consuleret securitati iusta vltione. Et modicis remediis, primos motus consedisse. Vt si desperent vxorem Neronis fore Octauiam illi maritum daturos. Varius sermo, et ad metum et iram accommodatus, terruit simul audientem et accendit. Sed parum valebat suspicio in seruo, et quaestionibus ancillarum eluserat. Ergo confessionem alicuius quaeri placet, cui rerum quoque nouarum crimen adfingeretur. Et visus idoneus maternae necis patrator Amictus, classi apud Misenum, vt memoraui, praefectus, leui post admissum scelus gratia, deinde grauiore odio: quia malorum facinorum ministri quasi exprobrantes adspiciuntur. Igitur accitum eum Caesar operae prioris admonet solum incolumitati Principis aduersus insidiantem matrem subuenisse: locum haud minoris gratiae instare, si coniugem infensam depelleret, nec manu aut telo opus. Fateretur Octauiae adulterium. Occulta quidem ad praesens, sed magna ei praemia, et secessus amoenos promittit; vel si negauisset, necem intentat. Ille insita vecordia, et facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quam iussum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam pellitur, vbi non inops exsilium tolerauit, et fato obiit. At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum, et inculpatae paullo ante sterilitatis oblitus abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi comperta, edicto memorat. Insulaque Pandateria Octauiam claudit. Non alia exul visentium oculos maiore misericordia adfecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinae, a Tiberio; recentior Iuliae memoria obuersabatur, a Claudio pulsae. Sed illis robur aetatis adfuerat. Laeta aliqua viderant, et praesentem saeuitiam melioris olim fortunae recordatione leuabant. Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit, deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre, et statim fratre. Tum ancilla domina validior. Et Poppaea non nisi in perniciem vxoris nupta. Postremo crimen omni exitio grauius. Ac puella vicesimo aetatis anno, inter centuriones et milites, praesagio ma-*

*malorum iam a vita exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis dehinc interiectis diebus, mori iubetur: cum iam viduam se et tantum sororem testaretur, communeque Germanicis, et postremo Agrippinae nomen cieret. Qua incolumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. Restringitur vinculis, venaeque eius per omnes artus exsoluuntur: et quia pressus pauore sanguis tardius labebatur, praeferuidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior saeuitia, quod caput amputatum latumque in vrbem Poppaea vidit. Dona ob haec templis decreta.*

## §. IV.

Eadem mens haud fuit M. Aurelii, cui cum consuleretur, vt Faustinam coniugem impudicam repudiaret, respondit: *Si vxorem dimittimus, reddamus et dotem.* Dos autem quid erat, nisi imperium, quod ille ab socero, volente Adriano adoptatus, acceperat (k). Diocletianus, dum Maximilianum Herculium ex Caesare faceret Augustum, Constantium et Maximinianum Herculium Caesares, ambo vxores, quas habuerant, repudiare compulit, Constantinus Herculii priuignam Theodoram accepit, Galerius Diocletiani filiam Valeriam (l).

## §. V.

Constantinus, qui sub finem Saeculi VIII. apud Graecos imperauit, vxorem Mariam, cum eius pertaesus esset, tonderi coegit de consilio matris, Irenes, vt viuat, et omnium odiis de illo susceptis, summa rerum denuo ad ipsam rediret. Etsi enim cum filio in Regia degeret, potestatis tamen particeps non erat, sed nominis duntaxat, cum

(k) Teste IVLIO CAPITOLINO *in vita* c. XIX.
(l) EVTROPIVS lib. IX. c. XV.

*consuleret securitati iusta vltione. Et modicis remediis, primos motus consedisse. Vt si desperent vxorem Neronis fore Octauiam illi maritum daturos. Varius sermo, et ad metum et iram accommodatus, terruit simul audientem et accendit. Sed parum valebat suspicio in seruo, et quaestionibus ancillarum eluserat. Ergo confessionem alicuius quaeri placet, cui rerum quoque nouarum crimen adfingeretur. Et visus idoneus maternae necis patrator Amictus, classi apud Misenum, vt memoraui, praefectus, leui post admissum scelus gratia, deinde grauiore odio: quia malorum facinorum ministri quasi exprobrantes adspiciuntur. Igitur accitum eum Caesar operae prioris admonet solum incolumitati Principis aduersus insidiantem matrem subuenisse: locum haud minoris gratiae instare, si coniugem infensam depelleret, nec manu aut telo opus. Fateretur Octauiae adulterium. Occulta quidem ad praesens, sed magna ei praemia, et secessus amoenos promittit; vel si negauisset, necem intentat. Ille insita vecordia, et facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quam iussum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut consilio adhibuerat Princeps. Tum in Sardiniam pellitur, vbi non inops exsilium tolerauit, et fato obiit. At Nero praefectum in spem sociandae classis corruptum, et inculpatae paullo ante sterilitatis oblitus abactos partus conscientia libidinum, eaque sibi comperta, edicto memorat. Insulaque Pandateria Octauiam claudit. Non alia exul visentium oculos maiore misericordia adfecit. Meminerant adhuc quidam Agrippinae, a Tiberio; recentior Iuliae memoria obuersabatur, a Claudio pulsae. Sed illis robur aetatis adfuerat. Laeta aliqua viderant, et praesentem saeuitiam melioris olim fortunae recordatione leuabant. Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit, deductae in domum, in qua nihil nisi luctuosum haberet, erepto per venenum patre, et statim fratre. Tum ancilla domina validior. Et Poppaea non nisi in perniciem vxoris nupta. Postremo crimen omni exitio grauius. Ac puella vicesimo aetatis anno, inter centuriones et milites, praesagio*

*ma-*

*malorum iam a vita exempta, nondum tamen morte acquiescebat. Paucis dehinc interiectis diebus, mori iubetur: cum iam viduam se et tantum sororem testaretur, communeque Germanicis, et postremo Agrippinae nomen cieret. Qua incolumi infelix quidem matrimonium, sed sine exitio pertulisset. Restringitur vinculis, venaeque eius per omnes artus exsoluuntur: et quia pressus pauore sanguis tardius labebatur, praeferuidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior saeuitia, quod caput amputatum latumque in vrbem Poppaea vidit. Dona ob haec templis decreta.*

## §. IV.

Eadem mens haud fuit M. Aurelii, cui cum consuleretur, vt Faustinam coniugem impudicam repudiaret, respondit: *Si vxorem dimittimus, reddamus et dotem.* Dos autem quid erat, nisi imperium, quod ille ab socero, volente Adriano adoptatus, acceperat (k). Diocletianus, dum Maximilianum Herculium ex Caesare faceret Augustum, Constantium et Maximinianum Herculium Caesares, ambo vxores, quas habuerant, repudiare compulit, Constantinus Herculii priuignam Theodoram accepit, Galerius Diocletiani filiam Valeriam (l).

## §. V.

Constantinus, qui sub finem Saeculi VIII. apud Graecos imperauit, vxorem Mariam, cum eius pertaesus esset, tonderi coegit de consilio matris, Irenes, vt viuat, et omnium odiis de illo susceptis, summa rerum denuo ad ipsam rediret. Etsi enim cum filio in Regia degeret, potestatis tamen particeps non erat, sed nominis duntaxat, cum

(k) Teste IVLIO CAPITOLINO *in vita* c. XIX.
(l) EVTROPIVS lib. IX. c. XV.

cum imperii cupiditate supra modum aestuaret. Imperator igitur, cum vxor ornatum regium inuita cum nigro monastico vestitu commutasset, Theodoram quandam cubiculariam duxit, et augustali corona ornauit (m).

§. VI.

Manuele Comneno Graecorum imperatore anno MCLXXX. defuncto, frater ipsius Andronicus, non solum filio ipsius Alexio puero regnum praeripuit, sed etiam ipsum necari fecit, et sponsam ipsius, Ludouici Galliae regis filiam, Agnetem dictam, repudiatis duabus, quas antea legitime duxerat, sibi matrimonio copulauit, quam tamen iterum repudiauit, de quo ARNOLDVS Lubecensis (n): *Tunc temporis mortuus est nobilis ille Manuel Rex Graecorum, qui filium licet puerum pro se regnaturum reliquerat, cui etiam adhuc viuens filiam regis Francorum desponsauerat. Facta est autem perturbatio mirabilis in ciuitate Constantinopoli, et in omni regno illo, quia percusso pastore, turbantur oves, et lupi rapaces, qui earum quieti in abscondito insidiantur, per furta et mactationes et rapinas iniustas manifestantur. Erat enim ibi quidam inveteratus dierum malorum, Andronicus dictus, filius fratris regis defuncti, qui regnandi libidine illectus, tutorem se pueri regis affirmans, coepit regnare, quasi pro ipso causam acturus, et regnum nepoti fideliter conseruaturus. Cumque tali occasione inualuisset, coepit seditiones concitare, et maximam persecutionem, et caedem in eos, qui in parte regis esse videbantur, facere. Et cum omnes, qui in sua parte stabant, exaltasset, illos vero aut humiliasset aut neci dedisset, fecit occulte reginam matrem regis deduci et in mare demergi. Sic omnes, quos in regno sibi aduersarios timebat, aut vita priuabat, aut mutilabat, aut exilio damnabat. Habebat enim quendam*

(m) ZONARAS lib. XV. c. XII. GEORGIVS CEDRENVS *Com. Hist.* p. 471.
(n) *Chron. Slav.* Lib. III. c. VIII.

*dam auricularium, specie quidem Monachum, sed in veritate Diabolum, qui ad hominum perditionem sub specie religionis in angelum lucis se transformauerat. Ex cuius pendens consilio, omnes, quos ille ei suspectos fecerat, ipse statim exterminio tradebat. Cumque vna dierum puer de matre quaereretur, ille respondit: de matris absentia ne sis sollicitus, salua enim est, in tuto loco consistit. Et cum per dies singulos puer molestus esset ei, matrem requirendo, ille respondit: Mater quidem tua salua est, sed ne diutius de eius absentia tristeris, ad eam quantocyus ibis. Et iussit occulte puerum deduci et sicuti matrem necari. Quo facto sponsam eius duxit vxorem, repudiatis duabus, quas antea legitime duxerat. Post haec dixit ad auricularium suum: Quid tibi videtur? num remansit aliquis, qui insidietur bonori meo? Est adhuc, ait: vnus de cognatis tuis, quem suspectum habeo. Sed quia illum propter nimiam consanguinitatem vita priuare non potes, reclude eum in claustro Monachorum, vt vel sic cesset, tibi vel regno tuo malignari: Quod cum factum fuisset, adiecit: Num bene sunt omnia? Et ille: Bene quidem sunt omnia, sed de sponsa tua bene non sentio: ipsa enim videtur contra te amaritudines habere propter prioris sponsi memoriam. Sed haec in confessione audienda est, vt sic occulta cordis eius manifesta fiant. Tu vero ipse simulato vultu sacerdotis, vicem sacerdotis arripies. His ergo auditis, dixit ad eam: vsque morabuntur in te cogitationes noxiae: video in te amaritudines esse, sed vade et confitere peccata tua, vt sic a prauitate cordis tui mundata, aequanimiter possis videre faciem meam: Illa autem abunde, praeuenit senex, sumtoque sacerdotis habitu, dixit ad eam: filia confitere peccata tua, et ne abscondas a me sermonem. Vicem enim Christi teneo, et quia ipse nouit omnia, nihil abscondas in tua conscientia. Illa vero simpliciter de venialibus confitente, vtpote iuuencula, quae criminalia non nouerat, ille subiunxit: Num sincere regem maritum tuum diligis? Et illa: diligo quidem regem*

*vt Dominum et maritum meum, tamen si filio regis, qui mortuus est, nupsissem, magis diligerem: quia ipsi desponsata fueram. Nunc autem, quia sic oportet fieri, istum fideliter diligo, et fidem ei coniugalem integram custodio. His auditis, ille indignans surrexit, et abiit. Quid plura? Illa sic repudiata, similiter eam cum aliis in exterminium misit. Post haec cum completa fuisset iniquitas illius, et iusto iudicio Deus malitiae eius finem imponere voluisset, senex rursus consuluit collateralem suum, dicens: Num adbuc sperandum est, quod sublatis aemulis securus super thronum regni mei, nullo turbante, sedere valeam? Cui ille respondit: Securus quidem viuere potes, sed de Monacho illo cognato tuo solicitudinem, quamuis paruam, habeo; qui si extinctus fuerit, de caetero sine timore quiesces. Ad haec ille misso nuncio, eum accersiri iussit. Ille audito nuncio, expauit, et venire distulit. Statimque mittens conuocat amicos et notos, et eis legationem regis exposuit: Seque indubitanter ad mortem vocari sciens, rogauit eos, vt latenter sumtis armis secum ad palatium pergerent. Qui constanter accincti armis, ibant cum eo. Veniens autem ad primam custodiam, statim ipsum ianitorem interfecit, et idem ad secundam et tertiam fecit. Sicque cum strepitu ingressus aulam, dixit Regi: Ecce assum: vocasti enim me. Erat autem rex cum paucis in cubiculo: quia terrente eum conscientia de multis sceleribus, nusquam audebat tuto consistere. Cui ille: Vocaui quidem, sed vade, reuertere, quia inordinate intrasti. Non reuertar, ait, sed scio, quia post necem multorum etiam quaeris animam meam, ideoque aut ego tuam auferam, aut tu meam. Et irruit in eum. Ille autem fugam iniit, et ita per quendam occultum meatum euasit, et venit ad castellum cuiusdam Principis, quem idem pro causa iniusta effossis oculis caecauerat. Dixitque ad eum: En inimici quaerunt animam meam, rogo, vt facias mecum misericordiam, et praesidio mihi sias. At ille respondit: Quamuis iniustam in me exercueritis potentiam, probabo tamen, si potero, saluare*

*ani-*

*animam vestram. Et recepit illum in castrum. Ille vero, cum cognouisset, quod illic esset, insecutus est eum in manu valida. Porro cum auditum fuisset, quod rex fugeret, insecutus est eum omnis populus, senes cum iunioribus (quia odibilis erat omnibus) et vi tollentes eum de castro, reduxerunt in ciuitatem, et tractum per plateas omnigenis contumeliis affecerunt, et sine omni miseratione animam eius excusserunt, feceruntque ei, sicut male egerat contra proximos suos. Et vindicatus est sanguis innoxius in die illa. Porro regnum ad aemulum eius translatum est, Emanuel nomine, et prosperatum est in manibus eius: quia in benedictione iustorum ciuitas, et in perditione impiorum erit laudatio.*

## §. VII.

Inter Arragoniae reges Alfonsus I. Rex Arragoniae duxerat in matrimonium Vrracam, Alfonsi VI. Regis Castellae et Legionis filiam, priori matrimonio Raymundo comiti Burgundiae nuptam. Iste vero, postquam, mortuo socero, Castellae legionisque regna anno MCIX. iure vxorio obtinuisset, matrimonium istud consanguinitatis (o) libi-



(o) Consanguinitatis schema tale est:

Sanctius Maior

| | |
|---|---|
| Ferdinandus I. Rex Castellae. | Ramirus R. Arragoniae. |
| I. | I. |
| Alfonsus VI. | Sanctius. |
| I. | I. |
| Vrraca. | Alfonsus VII. Vrracae mater. |

De hoc IO. MARIANA lib. XIII. cap. XII. *Alfonsus Vrracam vxorem e patre tertio propinquitatis iure attingebat. Proauus vtriusque Sanctius rex Vasconum cognomento Maior. Nondum moribus receptum erat, vt Pontificum Romanorum venia lege cognationis*

libidinumque reginae, obtentu, fuit dissolutum, quae tamen dissolutio grauium turbarum fuit causa. Galliciae proceres hanc diuortii causam ad Paschalem II. Papam detulerunt, quod docet MARIANA (p): *Caleciae Proceres, vbi Vrracae filius Alfonsus ex Aui testamento rerum potiebatur, inter se iniere societates aduersus Arragonios conatus: coniugium, quod inauspicato coierat inuita nobilitate, dissoluendi occasionem nacti. Ex ea re in animis hominum religiones excitatae, ei obtemperare fas esse negantium, qui legitimus rex non esset. Ad Paschalem Romanum Pontificem missa legatio: causa omnis exposita: ab eoque diploma ablatum: quo causae cognitionem Didaco Gelmirio Compostellano Praesuli permittebat.* Eius diplomatis fragmentum subiicimus. „PASCHALIS „*seruus seruorum DEI venerabili fratri D. Compostellano Epi-„scopo, salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc Te omni-„potens Deus populo suo praeesse constituit, vt eorum peccata „corrigas, et Domini annuncies voluntatem. Stude igitur secun-„dum datam tibi diuinitus facultatem tantum incesti facinus, „quod a regis filia perpetratum est, debita vltione corrigere: vt vel a tanta praesumtione desistat, vel Ecclesiae consortio, et seculari potestate priuetur.* Quid dati iudices, seu potius mali vindices designati constituerint, memoriae proditum non est. Illud constat, ex eo tempore Alfonsum in Praesules iniquo animo esse, atque adeo saeuire coepisse.

## §. VIII.

Iacobus I. dictus Expugnator, Eleonoram Alfonsi VIII. regis Castellae filiam (p) anno MCXXI. in vxorem duxit, de quo IO. MARIANA: *Vnum remedium erat regis nuptias ma-*

*nis soluta, coniugia inter cognatos coirent. Itaque passim consideramus per haec tempora connubia Principum dirempta esse, cognatione inter Coniuges illegitima iniustaque. Quare etiam hoc matrimonium dicitur vitiosum et legibus repugnantibus inualidum.*

(p) L. XII. c. IX.

*maturandi, immatura tantum eius aetas opponebatur. Vicit tamen publicae vtilitatis species, missique ea de re ad Berengarium legati, Eleonoram sororem postulatum. Conditio reiicienda non erat. Itaque Agredam, Castellae oppidum, ad fines Arragoniae, quo prior Berengaria cum sorore venerat, Iacobus rex regni proceribus stipatus accessit. In eo oppido nuptiae pactae dataque sponsalia, sexto Februarii mensis die, salutis anno millesimo ducentesimo vigesimo primo. Nuptiarum solennia Turiasone in D. Mariae Campestris continuo celebrata sunt, tam imbecilla regis aetate, vt sponsa non ante annum et sex menses ex virgine mulier effecta sit, vti rex ipse auctor est ea historia, quam de rebus suis ipse conscripsit* (q). Dum autem Eleonora Iacobum quarto consanguinitatis gradu attingeret, rex de ea rursus dimittenda iniit consilia, et vt eo facilius ad optatum perueniret finem, Papam adibat. Miserat igitur Innocentius III. Papa Ioannem Monachum Cluniacensem Sabinum Cardinalem legatum, quem vt conueniret, rex Calataiubam abiit. Ibi Rodericus Toletanus, Aspargus Taraconensis, aliique ex vtraque natione Episcopi magno numero conuenerunt de regio coniugio, quod rex consanguinitatis lege vitiosum esse, disputabat, coram legato (Nam ea maxime de causa Roma venerat) disceptatur. Erat ex eo coniugio regi natus filius, Alfonsus nomine, quem in spem regni pater educandum curabat. Erat difficile, matris causam a filio secernere, eumque legitimum pronunciare regni heredem coniugio repudiato. Lite contestata, secundum regis voluntatem iudicatum, Reginam dimittendam videri, filium patri in regno substituen-

(q) Sic enim BERNARD. GOMESIVS *vita Gomesii* lib. III. p. 407. *sed neque rursus indignum existimo, vt quod Rex sua ipse in Historia taceri noluit, minime praetereatur: fuisse videlicet illum, tam imbecilli aetate matrimonio iunctum; vt vel intra decem et octo menses vxorem non cognouerit.*

tuendum, Eleonora Regina, sententia pronuntiata non inuita ad sororem Berengariam abiit, oppidis dotalibus, quae in Arragonia habebat, retentis, multaque supellectile, auro, gemmis, et veste pretiosa secum asportata (r): De eodem diuortio BERNARD. GOMESIVS (s) sic loquitur: *sed huic* (Alfonso filio ex hoc matrimonio) *obstabat quam maxime diuortium, quod paulo ante Iacobus cum illa fecerat, tametsi diuortii caussas nullas expresserat, praeter impedimentum cognationis quarti gradus, qua se attingebant: vtriusque enim Alfonsus Hispaniarum imperator proauus erat: inopi sane causa, neque digna satis, qua matrimonium alioqui castum et immaculatum, tantaque cum dignitate iunctum, tum prole cohonestatum dirimeretur: praesertim cum tam facile potuisset illud Pontificio confirmari diplomate.* Pergit GOMESIVS (t): *cum nulla fere a rege fuerit diuortii causa expressa contra Leonoram foeminam alioqui Regiam perpulchram, foecundam et castam, ac nihilominus diuortium tantopere ab eo repeteretur, creditum plane fuit, tam insanabilem plagam non aliunde, quam ab iniusto penitus, atque inusto menti odio erupisse, quod ex maturato eorumdem matrimonio fuit mutuo conceptum; Iacobo tunc puero, ac duodecimum vix dum annum attingente, seseque incusante, vt est in eius historia, quod per XVIII. menses cum Regina corpus miscere nequiuerit. Vnde ex hisce praematuris nuptiis tantum odii fastidiique concipi solet inter coniunctos, adeoque libidinis fomes, prae imbecillitate accendi magis; vt hinc ambo, non modo variis distrahi cogitationibus, a seque mentem alienare incipiant: verum neque sese amplius contingere, neque simul viuere, quinimo connubii vinculum, quo astringuntur, quam maxime solui cupiant. Vnde colligere est, eiusmodi praecocia atque maturata matrimonia, tanquam instabilia et caduca, esse qui-*

(r) Verba sunt MARIANAE lib. XII. c. XIV.
(s) Lib. V. p. 429.
(t) Lib. V. p. 430.

*quidem vitanda: nullisque humanis quibusuis commoditatibus priuatis maturitatem, atque tempestiuitatem esse praeponderandas.* Deinde Iacobus dimissa Eleonora Violantam, siue Iolantam, Andreae, Vngariae regis filiam, duxit vxorem, de quibus secundis nuptiis sic loquitur BERNARDINVS GOMESIVS (u): *At vero Iacobus, per id tempus, tanta celebritate famae gentibus, vel exteris notus erat; eiusque admiranda facta per vniuersum orbem, communi sermone, adeoque magna cum amplitudine et gloria disseminabantur, vt ea remotissimos quosque Principes commouerint, ad amicitias cum ipso, affinitate, quae maxima est illarum conciliatrix, coniungendas. Nam cum neque in Castella, neque in Gallia, et Anglia vllae essent maturae viro Regiae virgines, quibuscum Arragoniae Reges matrimonio iungi solebant; et si quae essent, fama tamen de Leonorae repudio illarum mentem a Iacobo prorsus alienasset; occasione plane fuere haec duci Austriae praediuiti, vt ab vltimis Germaniae finibus legatos ad Iacobum mitteret, qui amplissima oblata dote ad contrahendum cum filia matrimonium, inuitarent. De qua re Iacobus secum diu multumque cogitans, ac neque cum maiestate regia pecuniam adaequare, regale esse ducens: Legatos donis auctos, sed re infecta, dimisit. Quod grauiter tulere omnes regis domestici, et qui cum eo tum erant regnorum proceres; existimantes, illum, non tam indignitate nuptiarum, vel quod impar esset ei Virgo proposita, quam quod aut occulta aliqua promissione teneretur, alteri, aut quae reuera nullo se amplius matrimonio adstringi vellet, recusasse oblatum. Quamobrem coelibem in Rege vitam, quae non virtuti, sed vitio potius ei danda esset, vehementer exprobrarunt: propterea, quod ea contra communem vtilitatem regni tenderet: neque honestum esset, tantorum successionem regnorum in vnico Alfonso filio periculi-*

(u) lib. X. ineunte.

*elitari: quinimo oportere ipsum plures ex se Iacobos procreare: cum magnorum exemplo regum nihil pulchrius esse possit, quam multos regno dignos progignere. Illud Priami Troianorum regis obiicientes, quem dilaudat historia, propterea quod quinquaginta filios, ex iisque decem et septem, iusta vxore natos habuerit: quod totidem regiarum propeque diuinarum virtutum quasi propagines orbi retulisset. Ex quo videri perabsurdum, ipsum annos iam natum viginti septem, atque septennio ab eo tempore exacto, quo Leonoram repudiarat, nullis interim auctum fuisse filiis, qui Alfonso, si quid humanitus accideret, succederent. Quos rex audiens benigne ac volens mentis suae facere participes, nolite, inquit, me praeposteris vestris exemplis ab honesto proposito deducere: quandoquidem neque huius recusatione matrimonii, a matrimonio auocor: neque quod toto fuerim coelebs septennio, aequum est, vt potius mihi vitio, quam virtuti detis: cum aperte videatis, me regias, atque Imperatorias virtutes omnes, neque melius vnquam, quam coelibem exercuisse, neque maiores de hostibus triumphos, quam cum ab vxoris cura fui vacuus, egisse. Tametsi, vt exemplis quoque vobiscum agam: non desunt etiam maximorum imperatorum, magni scilicet Alexandri, atque Caesaris exempla, quae me in hanc mentem impellant: quorum alter, quantum a matrimonio abstinuit, tantum in suscepto bello totus incubuit, atque magnam partem orbis sibi subiecit: alter vero post repudiatam vxorem virtute bellandi vsque adeo praestitit: vt Romani imperii metam, quam sibi constituit, vno prope cursu tenuerit. Namque vxoris, ac filiorum, amor, eosque augendi, et cohonestandi cura, tametsi vehementer parentem angunt; et ad praeclarissima obeunda facta generose impellunt: saepe tamen ipsum aut nimia erga eos indulgentia eneruat: aut ipsi quoque filii abutentes illa, heroicos progenitorum conatus retardare, saepe etiam turpi labe inficere solent. Demus enim, Priamum regem optimum, ac praecellentem quinquaginta natos habuisse (quod opus illi commune*

*mune*

mine cum natura fuit) verum ex tot, tantisque vnus, cui pater fuerat quam caeteris indulgentior; nonne fuit is, cuius luxuria, atque libidine, non modo regni opes euersae funditus, vrbsque totius Asiae florentissima direpta et succensa fuere: sed omnes quoque fratres, parentes etiam cum ipso simul perierunt. Praeclare enim, regem orbum esse, quam profusos ad perdendum regnum liberos procreare, nemo sanae mentis est, qui inficietur. Caeterum oblatum ab Austriaco matrimonium filiae cum magna dote, me iuste recusasse puto. Iustum enim sit, nuptias non regias, regiis anteferre; atque additamento pecuniae, cum regia dignitate pares illas facere, vos ipsi iudicate. Nam si puer cum essem, neque maiore, quam qua a patre fui fortuna locupletatus, regias nuptias coniunxi: quae causa est, cur nunc, aetate, potentia, atque regnis auctus, inferiores appetam. Equidem non faciam; sed ab iis tam vero semper alienus, quam ad regias, vbi sese obtulerint, coniungendas paratus. Haec cum dixisset rex, approbata fuit ab omnibus eius instituti ratio, ac constans sententia, mireque ipsius animi Magnitudo commendata. Quo magis fuit creditum, euenisse diuinitus, quod in eo ipso temporis articulo, industria, et authoritate Gregorii IX. Pont Max. matrimonium Iolantis filiae Andreae regis Vngariae, ac Petri Altisiodorensis imperatoris Graeci neptis, cum Iacobo fuerit contractum; deque eo paucis ante diebus secreto per literas inter Pontificem et Iacobum tractatum; ad idque nunciatum est, venisse Barcinonem Bartholomaeum Episcopum Quinqueecclesiensem, et Beraldum praestantissimum Vngariae comitem; qui dotis nomine obtulerunt librarum argenti duodecim millia; cum aliis decem millibus ex materna dote Iolantis accessuris; ac etiam cum aliis ducentis auri libris a Duce Austriae debitis, nec non certam Nemutracensis comitatus partem in Flandria; cum nonnullis oppidis, tam in Gallia, quam in Vngaria, et in Burgundia, etiam eidem a matre relictis; praeter alias longe maiores cum corporis, tum animi dotes, quibus Iolans vniuersas sui temporis

*foeminas superabat, vt tanto dignam viro foeminam decebat. Itaque sponsionibus, ac repromissionibus nuptiarum Barcinonae factis octauo Kalendar. Martii Anno Christianae Salutis MCCXXXIV. Iacobi autem XXVII. Et licet Theresia Aegydii Vidauri fidei, cum qua cladestinum habuisse matrimonium Iacobum credunt, eum apud Pontificem de matrimonio postulasset, stetit tamen pro Violanta sententia. Violanta vero defuncta, Theresiae iterum adhaerebat.*

## §. IX.

Qua ratione Petrus II. Rex Aragoniae cum Maria Mompelleriense coniuge diuortium fecerit, Innocentius III. Papa vero hoc minime adprobante, testatur BERNARDINVS GOMESIVS (x): *Sed interim diuino factum est munere, vt ob praestitum matrimonio honorem, quam primum Petrus ab imo ad aliud obeundum munus vocaretur, quod omnium ab eo gestorum, et praeclarissimum fuit, et supra quam dici potest, gloriosum ac commemorandum. Nam e Mirauallo veniens Barcinonem, litteras accepit a Castellae et Nauarrae Regibus, significantes, innumerabilis Maurorum copias ex Africa in Hispaniam traiecisse, quae Baeticis, Lusitanis ac Contestanis adiunctae Mauris numerum ducentorum millium excederent; animo, vt ferebatur, vniuersam Hispaniam denuo subigendi. Proinde quanta maxima posset celeritate, et copiis Toletum veniret, vt communi calamitati occurreret. Tum Petrus proceribus populisque omnibus, praesertim Catalanis cum tributo Bouatici sese illi ad prosequendum bellum offerentibus, exercitum ex Arragonia, Catalonia, et Aquitania, fortissimum comparauit, peditum ad viginti millia, Equitum ad tria millia et quingenta: et cum eo Toletum venit: ibique exercitibus Castellano et Nauarrensi adiunctis, fama est, peditum ad centum millia, Equitum vero ad decem millia, censa fuisse. Vniuersi ergo simul Mauro-* rum

(x) Lib. I. p. 394.

rum exercitum petentes. Mariano in saltu, ad Conualles Tolosae dictas, quo in loco se hostes continebant, acerrimum cum ipsis praelium commiserunt, tamdiu plane dubium, atque anceps, quod opera, et virtute Arragonensis exercitus, qui fuerat in postremis (vt Archiepiscopi Toletani historia refert) ex dubia, certa parta est Victoria; Petro Rege vulnere, non tamen mortifero, affecto. In quo praelio, constans est scriptorum opinio; caesa fuisse centum millia Maurorum, fugatis reliquis, eorumque captis ac direptis Castris, cum opulentissimis Imperatoris Miramamolini tabernaculis. Quae omnia liberalitate et magnificentia Regis Castellae, inter socios Reges diuisa fuere. Indeque vniuersa Hispania, diuina ope, e Maurorum tanquam faucibus erepta. Reges igitur in Aragoniam et Nauarram remigrantes, summo cum triumpho excepti fuerunt. Interea Maria regiam spem illam, quam in aluo commendatam a Viro continebat, promoueri studens; Deo imprimis, eiusque matri et Virgini beatissimae, ac per sanctis Apostolis, se suumque foetum tota mente commendabat: ac non minus pietate erga illos, quam charitate erga Christi pauperes prolixa, et liberalis erat: Regisque acerbitatem, atque alienatam a se mentem, patientia euincens, seque ipsa consolans, spem suam omnem in nascitura prole collocabat. Donec expletis ad pariendum mensibus, multa, quae ad fidem partus faciendam necessaria erant, praeparauit. Itaque Mompellerium ingressa, in praeclara Tornamirensium domo, ipso tempore partus, cunctos ciuitatis optimates cum vxoribus sibi adesse iussit. Vbi diuino opem ferente nomine, natus est infans faustus, ac perelegans, ipsa nocte Kalendarum februarii, anno a virgineo partu, (vt historia refert regis) supra octauum MCC. qui dies vigilia et ieiunio celebratur, propter consequentem beatissimae Mariae Virginis matris festum Purificationis, quando commune est vbique Ecclesiarum, cereas candelas ad sacra collustranda, benedictione consecrare. Itaque vniuersa acclamante atque comitante ciuitate, infans illico iussu matris, pro summa

*gratiarum actione, ad virginis aedem deductus est; quo tempore sacrae peruigilationes, matutinae precationes dictae fiebant, et ab vniuerso choro, magna et alta voce hymnus, Te Deum laudamus, cantari coeperat. Quo peracto, ad aliud ciuitatis Templum Sancti Firmini portatus infans, similiter dum eaedem precationes fierent, diuina quoque sorte contigit, vt limen ingresso puero, canticum, benedictus dominus Deus Israel, summa voce decantaretur. Quare vt eo ipso Purificationis festo die Christo nomen daret puer, dubitante Regina, cuinam ex Apostolis domini, illius nomen imponendum commendaret; duodecim candelas cereas, aequalis ponderis atque magnitudinis, ex voto offerri Apostolis curauit; vnicuique illarum proprium cuiusque Apostoli nomen adscribens; vt quibus simul succensis, candela, quae diutius aliis praeluceret, designatum huic Apostoli nomen puero imponeretur. Vnde aliis omnibus consumtis ac extinctis, praelucente Iacobea dicta, protinus in templum remeatum est, atque Iacobi nomen puero, tanquam a Deo impositum. Vt scilicet eius Apostoli Hispaniarum Patroni nomine potiretur puer, qui Hispaniense imperium atque Christi nomen, tam longe lateque erat propagaturus. Quae magni profecto regis signa, Mariae matri ac Reginae in causa fuerunt, ad imitationem coelestis Mariae Angelorum dominae, vt obseruaret omnia mysteria haec, atque mente secum conferret. Neque enim ab eiusmodi collatione aberat, imo Herodianam quodammodo tyrannidem adumbrabat; quod sub ipsis crepundiis, atque in cunis vagienti puero, lapis valde magnus vndeuis excisus, siue manu projectus* (fortasse ab aliquo, qui regnare cupiebat) *tamen diuina ope illaeso puero, vt regia fert historia, cunas confregerit: quodque ex successione, orta paulo post persecutione in matrem, eaque subinde Romam, vt in Aegyptum abire coacta, nihil illa sibi atrocius vnquam duxerit, quam infantem tenerum quadrimum dimittere, et tanquam expositum, aliis educandum relinquere. Siquidem ab eo tempore, quo e Miraualla dis-*

*discessit rex, amplius vidisse Reginam non inuenimus: quem neque felicissimus Reginae partus: neque inuicta eius patientia, emollire potuerint, quo minus simultates, quas ille hactenus cum Regina occultas gerebat, apertas susciperet; atque cum ea tandem diuortium faceret. Nam eo vsque prouecta res est, vt eius causa diuortii ad summum Pontificem Innocentium III. delata fuerit: submissis a rege causis: et quod Maria, antequam sibi nuberet, Conuenarum comiti in Aquitania nupsisset, ab eoque duas filias suscepisset: et quod eodem viro viuo, neque authoritate Ecclesiastica a Maria separato, secum illa contraxisset. Quibus adiecit etiam rex ipse, quod ante matrimonium cognouisset quandam Mariae cognatam. Cuius causae cognitionem Pontifex, grauissimis viris ecclesiasticis in Aquitania re integra sibi reseruata, mandauit. Sed praeponderante regis potentia atque in Mariae detrimentum inclinante causa, Maria Pontificis auxilium implorare; eique iustas facti sui causas exponere decreuit; se videlicet, omnino coactam atque parentis Guillermi minis territam, clandestino matrimonio cum Conuenarum comite fuisse iunctam; cum quo ipsa etiam cognatione coniuncta erat; neque ad contrahendum legitime, vlla fuit ab eis vnquam a Pontifice facultas obtenta. Quin et esse etiam compertum, eundem comitem, tempore contractus, duas publice ductas vxores viuas retinuisse; alteram Guillermam Barcensem; alteram comitis Bigeronum filiam, ex quibus et filios quoque habuisse. Qua facti veritate missa Romam: vt iustiores etiam denegandi diuortii causas Maria Pontifici ad aurem suggeret; dimisso filiolo charissimo, Romam profecta est. Quam honorificentissime atque vt Reginam excipiens Pontifex, benigneque audiens; re ad vnguem perpensa et examinata, de consilio sacri coetus Cardinalium, sententia lata est; Petrum Arragonum regem teneri matrimonio legitimo et indissolubili, cum Maria Guillermi Mompelleriensis Principis filia, publice atque in facie ecclesiae contracto; ac neque dissolui illud posse, occasione obiectae affinitatis*

*cum*

cum cognata Mariae, quae minime probata fuit, neque etiam obiectione prioris matrimonii Conuenarum comitis cum Maria olim contracti, quod quidem nullum fuit; non modo ex eo, quod idem comes, tertio cognationis gradu Mariam attinebat; sed idcirco maxime, quod tacitis nuptiis, quas cum filia comitis Bigeronum ille iunxerat, ex qua et prolem susceperat, secundas, illa superstite, cum Maria horum ignara iunxerit; ac neque vltimis, quas cum rege coniunxit Maria, illa sese opposuerit. Quae sententia Romae mense februarii Anno MCCXIII. lata, atque in libris decretalium (vt historia regis affirmat) posita: ad regem ab eodem Pontifice missa fuit, vna cum benigno Rescripto: ipsum pie adhortans, vt sententiam a se, cum consilio et matura deliberatione sanctae Romanae ecclesiae Cardinalium, adhibitis praestantissimorum totius Italiae Doctorum suffragiis, latam, deque matrimonio Mariae Reginae pronunciatam; ipse firmam, maximeque ratam haberet, bonique consuleret: Quandoquidem ad eius animum et conscientiam pacandam, omnino prolata illa fuerit: totque etiam sedandas populorum commotiones, quae facile ad perturbanda ipsius regna inde exoriri possent; maxime vero ob honorem Mariae foeminae Christianissimae restituendum; et vtriusque pignus charissimum, prolem scilicet inclytam Iacobi infantis cohonestandam: cuius certe successione magna in regno illius pax et tranquillitas consecutura videantur. Nec dubitandum, diuini fuisse numinis, eiusque nutu factum ex tot perturbatis, varieque distractis rerum negotiis, optimum atque inexpectatum finem subiecisse, et tanquam ex malo bonum elicuisse. Cui sententiae, Pontifex dubitans, ne forte rex obedire recusaret: Carcassionensi et Abinnonensi episcopis commisit, vt regem per censuras ecclesiasticas, appellatione quauis remota, ad obediendum compellerent. Verum rex inueterata obdurescens pertinacia, in proposito permansit. Quamobrem Maria, ne forte quid detrimenti a rege acciperet, atque vt rei exitum tutius inde videret, Romae se continere decreuit, quoad alterutrius obitu,

*obitu, tot, tantisque malis finis imponeretur.* Qua ratione vero Innocentius III. Papa hoc matrimonium fuerit detestatus, docent ipsius litterae ad Petrum regem d. XIV. Kalend. Februarii MCCXIII. (y) in quibus: *Dudum igitur, cum matrimonium contractum inter te et eandem Reginam, proponeres, te habere suspectum, pro eo, quod eadem ferebatur maritum alium habere superstitem, videlicet nobilem virum N. comitem Conuenarum, tuque prius carnaliter mulierem quandam cognoueris, reginam ipsam consanguinitatis, vt dicebatur, linea contingentem: et super hoc conscientiae, ac saluti tuae consuli postulares, causam bonae memoriae Pampilonensi Episcopo, et P. de Castronouo, et fratri Rudolpho Monachis Fontis frigidi, qui duo tunc erant apostolicae sedis Legati, meminimus commisisse: coram quibus, cum lis fuisset, super duobus praefatis articulis, per partium Procuratores legitime contestata, nobili viro Hugoni de Turre rubea consanguineo tuo, tunc matrimonium, vt dicitur, accusare, Legatis iisdem interim ab hac luce subtractis, et Pampilonensi episcopo pro suis, et ecclesiae suae negotiis apud sedem apostolicam occupato, causam ipsam venerabilibus fratribus nostris Narbonensi Archiepiscopo, tunc Cisteriensi Abbati, ac Vticensi Apostolicae sedis legatis, et Reginensi, tum temporis officio legationis fungenti, episcopis duximus committendam: sub ea forma, qua praefato Pampilonensi, et suis coniudicibus fuerat ante commissa: nullo in posterioribus litteris addito, vel mutato; vt videlicet, si appareret legitimus accusator, causam conuocatis partibus audientes, eam, si de partium voluntate procederet, fine canonico terminarent, alioquin gesta omnia fideliter conscribentes, ea nobis, sub suarum testimonio trans-*

(y) Extant apud SVRITAM *Indicibus rerum ab Arragoniae regibus gestarum* lib. I. p. 93. et DV MONT. Tom. I. p. I. n. CCLXXIV. p. 147.

*transmitterent litterarum: praefigentes partibus terminum competentem: quo per procuratores idoneos se conspectui praesentarent: iustum, Deo authore, iudicium accepturi. Te igitur, ac eadem Regina, sicut ex actis intelleximus, personaliter in ipsorum Iudicum praesentia constitutis, proponere curauisti, quod Regina ipsa tibi de iure sociari non poterat foedere maritali; tum quia dicto comiti Conuenarum adhuc superstiti fuerat in ecclesiae facie matrimonialiter copulata; per quod constabat, eam tecum contrahere nequiuisse: cum ab eodem comite separata per Iudicium ecclesiae non fuisset. Regina vero ibidem fuit absolute confessa, quod reuera, patre suo viuente ac procurante, contraxerat cum comite memorato: sed adiecit, quod huiusmodi matrimonium de facto contractum fuerit, non de iure; cum idem comes sibi esset consanguinitate pariter, et affinitate coniunctus, et insuper duas haberet vxores: tempore, quo contraxerat cum eadem: ad quae probanda sibi dari terminum postulauit. Et licet fuerit ex tua parte responsum, quod eius, super his, exceptiones recipi non deberent, donec esset praefato comiti, cum quo se contraxisse confessa fuerat, restituta, nec tu exceptionibus tenebaris huiusmodi respondere, ad vltimum tamen ita fuit de partium voluntate prouisum: vt scilicet, salua tibi exceptione: seu replicatione praedicta, vtriusque partis probationes, super praemissis articulis audirentur. Postmodum B. Aimerii, quem procuratorem in negotio constitueras memorato, de consensu tuo, tria se obtulit probaturum: scilicet: matrimonium prius fuisse contractum inter dictam Reginam et comitem Conuenarum: et matrimonium, si quod fuit, inter eundem comitem, et G. Filiam A. de Barca, fuisse iudicio Ecclesiae separatum: antequam cum Regina contraxisses eadem: et filiam comitis Bigorrae, vxorem comitis ante dicti fuisse tibi consanguinitate coniunctam: et sic terminus fuit partibus assignatus: facta promissione hinc inde, quod alias dilationes non peterent, ad proponendum aliud, vel probandum. Cumque partes termino constituto in duorum iudicum*

*cum praedictorum praesentia, tertio literatorie suam excusante absentiam, conuenissent, Regina proponens se infirmitate grauatam, testes suos medio tempore producere nequiuisse, dilationes alias postulauit: quas licet dictus Procurator tuus assereret, sibi non esse vllatènus concedendas, pactionem factam de non petendis dilationibus, allegando, ac super hoc fuisset diutius disputatum, tandem de consensu partium concessa fuit, sub praefata conditione, seu pactione, dilatio: et terminus assignatus R. Procuratori saepe dictae Reginae: ac rursus dilationes alias postularet, dicto Procuratore tuo eas sibi non debere concedi omnimodis contendente, Iudices ad Montem pesulanum, vna cum ipsis Procuratoribus, accesserunt: vt ibi praesente Regina negotium tractaretur: vbi cum super dandis, vel non dandis dilationibus fuisset a partibus diutius litigatum, tandem dicto Procuratore tuo adhibente consensum, Iudices sub conditione praemissa dilationes alias concesserunt: locum, et terminum partibus assignantes. Porro partibus praefixo termino, in iudicum praesentia constitutis, absente Regina, eius tamen Procuratore praesente, Procurator tuus de nouo proposuit: quod dictus Comes te consanguinitatis linea contingebat: per hoc inter te, ac Reginam probare aliam affinitatem intendens: super quo, quamquam lis minime contestata fuisset, et conuenisset, vt dictum est, inter partes, quod de nouo proponere aliquid non deberent, Iudices tamen testes, qui nequaquam iurauerant, nisi super illis dumtaxat articulis, super quibus lis fuerat contestata, recipere praesumserunt: super quo de ipsorum prudentia non possumus non mirari: et si Procurator tuus coram omnibus multipliciter conatus fuerit demonstrare, in hoc articulo legitime fuisse processum. Demum cum probationibus, et allegationibus fuisset renunciatum hincinde, licet Regina, quod non opponeret appellationis obstaculum iuramento praestito promisisset, quia tamen facultas a nobis sententiam audiendi, si mallet, eidem in litteris nostris fuerat reseruata, vti volens beneficio earumdem humiliter postulauit, vt ad nos causa re-*

 *mit-*

*mitteretur instructa: praefixo partibus termino competente: cuius petitione, sicut ius exigebat, admissa, dicti iudices acta omnia, prout a nobis in mandatis acceperant, ad nos sub sigillis suis fideliter transmiserunt. Cum ergo Regina, et dilectus filius Magister Columbus Procurator tuus, vir vtique literatus, prouidus, et fidelis, ac de solicita diligentia, et diligenti sollicitudine in eodem negotio habita merito commendandus, propter hoc ad nostram praesentiam accessissent, causam in consistorio publico solemniter examinauimus, et attente. His igitur, quae a partibus prudenter, subtiliter, ac fideliter, tam super actis in praesentia Iudicum praedictorum, quam coram nobis fuere proposita, diligenter auditis, et subtili examinatione discussis, quia nobis constitit euidenter, quod saepe dicta Regina, et comes Conuenarum praedictus se in distantia tertii, et quarti gradus consanguinitatis, et affinitatis contingunt, et idem comes prius in conspectu ecclesiae, cum nobili muliere Beatrice contraxerat, a qua non est probatum, ipsum ecclesiae fuisse iudicio separatum, cum super proposito affinitatis articulo, nihil legitime probatum fuerit contra eam, de communi fratrum nostrorum consilio eamdem ab impetitione tua super his, quae in iudicium fuere deducta, sententialiter duximus absoluendam: eamdem, ex eo nequaquam ream esse periurii decernentes: quod causam ad nos remitti postulauit instructam; cum id, sicut est expressum superius, in nostris sibi fuisset litteris reseruatum. Monemus igitur serenitatem tuam, rogamus, et obsecramus in Domino celsitudini tuae nihilominus ex animo consulentes, quatenus non moleste sustinens, nec admirans, quod tibi non detulimus contra Deum; sed potius cogitans, quod non tam tuae curauimus voluntati consulere, quam saluti: ac ideo nostris acquiescens consiliis, quae tibi semper vtilia exstiterunt, Reginam eamdem in plenitudinem gratiae Regalis admissam benigne recipias: et maritali affectione pertractes: praesertim cum filium susceperis ex eadem: et sit mulier Deum timens: multa praedita honestate.*

§.XI.

§. XI.

Iacobo II. dicto iusto, Regi Siciliae et Arragoniae impubes desponsa fuerat Isabella, Sanctii IV. Regis Castellae filia (z). Verum, dum generum socer impotenter habens, omnia ad suum reuocaret commodum, ex eo tempore Aragonius, animo ab Isabella sponsa alienato, ad nouum coniugium respicere coepit, per speciem veniae propinquitatis a Pontificibus Romanis nondum impetratae: et agente Calomandra ad Inncariam oppidum cum Carolo Neapolitano collocutus est, arcano tamen res efferretur. Tempore tamen cognitum est, de restituenda Sicilia atque de nouis Arragonium inter et Blancam Caroli filiam nuptiis consilia esse agitata. Pace etiam Francos atque Aragonios inter a. 1295. conclusa inter alia conueniebat: *Arragonio Blanca Neapolitani filia nubito. Dos dicta, argenti pondo millia et septuaginta* (a). Inde Iacobo fratri noua vxor connubio iuncta: Nuptiae ad Villam Beltranam celebratae octobri mense sunt. Isabella repudiata, dimissaque in Castellam (b).

§. XII.

Heinricus I. Castellae Rex Mafaldam filiam Sanctii I. Lusitaniae regis parario et adstipulatore comite Albano, dum ob pueritiam regis omnium potito, duxit in matrimonium. Verum, dum aegre hoc ferret Heinrici soror Berengaria, dum regis aetas adhuc immatura voluptatibus debilitaretur, causam ad Innocentium III. Papam detulit. Ex eius litteris sanguinis propinquitate cognita, diuelli coniugium, quod male cohaeserat, edicto mandauit, dira omnia, nisi obtemperarent, minans. rei perficiendae cura

 duo-

(z) Lib. XIV. c. XV.
(a) Lib. XIV. c. XVII.
(b) c. l. c. eod.

duobus episcopis demandata, Tellio Palentino, Mauritio Burgensi. Iis etiam agentibus, contradicente licet nimium comite Albano, Malfalda, mulier quamuis effecta, in patriam dimissa, in Ronchae monasterio vitam exegit ad vltimam aetatem (c).

§. XIII.

*Berthe estoit nul, ils estoient tous deux libres, et que rien ne pouvoit les empecher de se marier ensemble. Le Roy de son costé faisoit tout son possible, pour engager les Prelats de France à prendre sa cause en main, et pour les disposer à consentir à son nouveau mariage. Ce fut dans cet intervalle que la fille du comte Roger arriva de Sicile à S. Gilles, ville dépendante de Raymond IV. Comte pe Toulouse, dit communement Raymond de S. Gilles. C'estoit en ce lieu là mesme que le Roy selon que les Ambassadeurs Francois l'avoient promis au comte Roger, devoit venir recevoir sa nouvelle épouse; Mais ceux qui l'amenoient furent bien surpris, lorsque le comte de Toulouse leur apprit ce qui se passoit en France, et sur ce qu'il leur en dit, ils virent si peu d'apparence de reüssir à faire changer de résolution au Roy, qu'ils se rembarquerent, et retournérent en Sicile. Emma fut depuis mariée à un seigneur qui portoit le titre de comte de Clermont, destinée beaucoup moins glorieuse pour elle, mais exemte de crime et apparement plus tranquille et plus heureuse: car combien de chagrins Bertrade n'eut elle point à essayer, non point à l'occasion de la dissolution de son mariage avec le comte d'Anjou qu'il semble qu'un compta pour rien dans la Suite de cette affaire, tant il en fut peu parlé, et tant il estoit decrié dans le monde par la maniére, dont il avoit traité ses deux autres femmes. Mais le point principal où l'un s'arresta toûjours, fut le divorce du Roy avec la Reine, contre le quel tous les esprits furent revoltez.* Licet autem inter Philippum regem et Fulconem ingens oriretur tumultus atque simultas, Versipellis tamen mulier ingenio suo vtrasque composuit et Fulconem eo adegit, vt eam tanquam dominam veneraretur.

## §. XXVII.

Totus igitur rex illud agebat, vt Galliae Episcopos a suis partibus haberet, et dum inter eos Iuo Carastensis potiores partes teneret, eundem inuitabat, vt celebrandis ipsius

ipsius nuptiis adesset, quod tamen iste abnuebat ad Rainaldum Demorum Archiepiscopum scribens (i): *Nuper enim cum a Domino nostro rege fuissem inuitatus ad colloquium, quorundam maleuolorum meorum suggestione obnixe me rogauit, vt essem ei adiutor in celebrandis nuptiis, quas facere disponebat, de Bertrada dicta coniuge comitis Andegauensis. Ad quod cum respondissem non ita opportere fieri, quoniam nondum esset causa diffinita inter ipsum et vxorem eius, testatus est pleniter diffinitam esse apostolica authoritate, et vestra, vestrorumque co-episcoporum laudatione. Quo audito, respondi, me hoc ignorare, nec huiusmodi nuptiis velle interesse, nisi vos earum essetis consecrator, et auctor, et coepiscopi vestri assertores et cooperatores, quoniam id competit iuri ecclesiae vestrae ex apostolica authoritate et antiqua consuetudine. Quoniam igitur confido de religione vestra, nihil vos de re tam periculosa, et famae vestrae et honestati totius regni tam perniciosa facturum dicturumue, quod non authoritate vel ratione nitatur: studiosissime et deuotissime obsecro caritatem vestram, vt mihi fluctuanti veritatem huius rei, quam scitis, aperiatis, et sanum consilium, licet arduum et asperum super hoc praebeatis, malo enim perpetuo officio et nomine episcopi carere, quam pusillum gregem Domini mei legis praeuaricatione scandalizare. Sunt etiam latentes causae, quas interim tacere me conuenit, propter quas hoc matrimonium laudare non possum. Valete.* Ad ipsum regem vero ita scribebat IVO (k): *Sicut serenitati vestrae dixi, praesens ante iuramentum vestrum, ita nunc scribo absens: quia huic nuptiarum solennitati, ad quam me vocatis, interesse nec volo nec valeo, nisi prius generalis concilii diffinitione decretum esse cognoscam, inter vos et vxorem vestram legitimum interuenisse diuortium, et cum ista, quam ducere vultis, legitimum vos inire posse matri-*

(i) Epist. XIII.
(k) Epist. XV.

*matrimonium. Si autem inuitatus fuissem ad huius rei discussionem in eo loco, in quo cum coepiscopis canonicas secure possem conferre sententias, vbi temerariam non timerem multitudinem, libentissime ad hoc venirem, quod lex et iustitia dictaret, cum audientibus audirem, cum dicentibus dicerem, cum facientibus facerem. Nunc vero quia absolute vocor, vt Parisios cum vxore vestra veniam, de qua nescio, vtrum possit esse vxor, propter conscientiam meam, quam coram DEO conseruare debeo, et propter famam, quam Christi sacerdotem bonam habere oportet apud eos, qui foris sunt, malo cum mola asinaria in profundum mergi, quam per me mentibus infirmorum tanquam caeco offendiculum poni. Nec ista contra fidelitatem vestram, sed pro summa fidelitate dicere me arbitror: cum hoc et animae vestrae magnum credam fore detrimentum, et coronae regni vestri summum periculum. Mementote, quia primum parentem, quem Dominus vniuersae visibili creaturae praefecerat, mulier in Paradyso seduxit, et ita vterque a Paradyso exulauit. Simson quoque fortissimus per mulierem seductus, fortitudine amissa, qua hostes superare solebat, ab hostibus est superatus. Salomon sapientissimus propter mulierum concupiscentiam a Deo apostatauit, et ita sapientiam, qua praecellebat, amisit. Caueat ergo sublimitas vestra, ne in horum incidatis exemplum, et ita cum diminutione terreni, regnum amittatis aeternum. Consulite ergo angelum magni consilii, vt, accepto ab eo spiritu consilii, inhonesta et inutilia vitare, honesta et vtilia in omnibus negotiis vestris valeatis perficere. Valete.* Porro ad Philippum regem scribit IVO (1): *quia dominus Papa Vrbanus interdicit vobis authoritate apostolica thorum mulieris, quam pro vxore habetis, et quia sacramentum de securitate concilii, quod vobis mandauerat, fieri vetuistis. A cuius commixtione si a modo non cessatis, separat vos eadem authoritas a participatione corporis et sanguinis Dominici. Interdicit etiam omnibus episcopis, ne ca-*

(1) Epist. XXVIII.

*capiti illius mulieris coronam imponant, quam, vt vbique pene terrarum dicitur, lateri vestro illicite copulastis.* Inde teste BERTHOLDO CONSTANTINENSI anno MXCIV. in Galliarum ciuitate, quam vulgariter Ostionem dicunt, congregatum generale concilium a Venerando Hugone Lugdunensi Archiepiscopo, et sedis apostolicae legato, cum Archiepiscopis, episcopis et abbatibus diuersarum prouinciarum XVII. cal. Nov. in quo concilio rex Galliarum Philippus excommunicatus, eo quod viuente vxore sua alteram superinduxerit. In sequenti anno MXCV. Vrbanus Papa celebrauit synodum Placentiae, ad quam Philippus rex Galliae legationem suam direxit, seque ad illam iter incepisse, sed legitimis modis impeditum fuisse mandauit; vnde inducias sibi vsque in Pentecostem apud Papam Synodo intercedente impetrauit (m). IDEM anno MXCV. (n): *In Galliis ad Clarum montem generalis synodus a Domino Papa in Octaua sancti Martini congregata est, in qua XIII. Archiepiscopi cum eorum suffraganeis fuerunt et CCV. Pastorales Virgae numeratae sunt. In hac synodo Dominus Papa eadem statuta, quae in praeterita synodo Placentina confirmauit. Insuper et Philippum regem Galliarum excommunicauit, eo quod propria vxore dimissa, militis sui vxorem sibi in coniugium sociauit. Ibi etiam aliam synodum in tertiam subsequentis quadragesimae hebdomadam Turonis celebrandam denunciauit.* Pergit idem BERTHOLDVS (o): *in tertia hebdomada quadragesima Dominus Papa synodum celebrauit cum diuersarum episcopis prouinciarum in ciuitate Turonensi, vbi iterum suorum praeteritorum statuta conciliorum generalis synodi assensione roborauit.* De eodem dicit



(m) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1094.

(n) c. l. ad a. 1095.

(o) ad a. 1096.

dicit IVO (p): *Computauerunt consanguinitatem legati Fulconis Andegauensis comitis, et probauerunt, cum accusaretur rex Francorum Philippus, quod praedicto comiti consanguineo suo vxorem suam subtraxerat, quam etiam illicite retinebat: propter quam accusationem et patrati incestus comprobationem excommunicatus est rex a Domino Papa Vrbano in Claromontensi concilio et cum post factum diuortium praedictus rex esset reuersus ad praedictae mulieris consortium, excommunicatus est in Pictauiensi concilio, a Cardinalibus Ioanne et Benedicto.* De hoc concilio Pictauiensi vero sic scribit GAVFREDVS GRASSVS (q): *Per idem tempus* (inquit) *duo Cardinales Ioannes atque Benedictus, apostolicae sedis legatione fungentes ad vrbem Pictauium concilium conuocarunt; in quo 140. Patres adfuerunt, qui Philippum regem Francorum propter Fulconis Consulis Andegauensium vxorem, quam in adulterio habebat vel tenebat, anathematis vindicta percusserunt. Qua excommunicatione comperta, Guilielmus dux Aquitanorum, qui aderat totius pudicitiae ac sanctitatis inimicus, timens, ne similem vindictam, pro consimilibus culpis pateretur, nimio furore succensus, iussit omnes illos praedari, flagellari, occidi. Quod ministris suis facere incipientibus Pontifices et Abbates omnes huc illucque diffugiunt; et vt temporalem vitam retinerent tuta latibula quaerere contendunt.* Qua ratione hoc Pictauiense concilium impedire conatus fuerit Philippus, docet IOH. BOVCHETVS (r): *Cum innotuisset regi cogendum esse concilium; scripsit ille Guilelmo Duci Aquitaniae cognato suo Pictauii agenti, petiitque ne talem sibi sineret iniuriam in vrbe sua inferri. Tum Guilelmus legatis denunciauit, vt de vrbe excederent. Qui (cum spatium deli-*

(p) Ex CCXI. GVIL. MALMESBVRIENSIS lib. IV. ad ann. 1095. *Qua de re actum in concilio Claromontano, in quo etiam Philippus rex Gallorum cum sua pellice Bertrada excommunicatus.*

(q) Apud BLONDELLVM l. c. p. 56.

(r) Apud eundem l. c.

*deliberandi ac respondendi vnum diem postulassent et impetrassent) nocte quae interiecta fuit, visus est, astare Legato S. Hilarius; et hortari, ne minis Guillelmi ducis territus ab incepto desisteret; non enim passurum DEum, vt ea res ei fraudi esset, aut male succederet; Quam visionem Guillelmo postridie cum recitasset legatus; permisit ille, vt pro arbitrio cuncta perficeret. Itaque mox habita quaestione de regis adulterio, censuris apostolicis rex admonitus est, vt Bertradam a se ablegaret, quod et fecit.* Dum igitur taliter iussu Vrbani Papae anathemate fuisset percussus Philippus, mittebat ille ad Iuonem legatos, proferentes, regem cum regno ab obedientia Papae discessurum, nisi coronam restituat et regem anathemate absoluat (s). Postquam etiam Iuo a Waltherio, Meldensium episcopo fuisset consultus, an habere possit eam mulierem in coniugem, quam prius habuit pellicem, tali ratione respondet (t): *Litteris vestris per proditorem praesentium nuper ad me directis, humilitatem meam consuluit vestra fraternitas, vtrum quis habere possit eam mulierem in coniugem, quam prius habuit pellicem. Quod idcirco vobis videtur illicitum, quia apud vos hactenus fuit insolitum. Nunc vero dicitis, hoc ipsum idcirco venisse in dubium, quod Rogerius romanae ecclesiae legatus Romae hanc consuetudinem Siluanectis asseruit, et hoc posse fieri beati Augustini sententia confirmauit. De qua re vobis respondemus: quia super hoc diuersas habemus sententias, alias prohibentes, alias remittentes. Dicit enim beatus Gregorius in Epistola ad Felicem Siciliae episcopum: Eam, quam aliquis aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere nulli Christianorum vel licet vel licebit. Legitur quoque in concilio Cabilonensi capitulo XXIV.* quia iuxta canonicam auctoritatem raptores ad coniugia legitima raptas sibi iure vendicare non possunt. *Habemus etiam in decreto Hormistae Papae, nuptias occulte fa-*



(s) Epist. XLVI.
(t) Epist. XVI.

*ctas non esse legitimas, et Papa Euaristus contubernia non coniugia dicit esse illarum mulierum, quae non sunt a parentibus traditae et legibus dotatae. Habetur et in concilio Aquisgrani habito,* qui mulierem rapuerit, vel furatus fuerit, aut seduxerit, nunquam eam vxorem habeat. *Et in hunc modum plurima reperiri possunt. E diuerso vero legimus in decretis Eusebii Papae capitulo V.* Virgines, quae virginitatem non custodierint, si eosdem, qui eas violauerint, maritos acceperint, eo quod solas nuptias violauerint, post poenitentiam vnius anni reconcilientur. *Dicit quoque B. Augustinus in libro de bono coniugali: Posse sane fieri legitimas nuptias ex male coniunctis, honesto postea placito consequente manifestum est. Quantum ergo mihi videtur, quod quidam patres concubinas vxores fieri vetuerunt, honestatem coniugii commendantes, et foedam concubinatus consuetudinem coercere cupientes, rigorem Iustitiae teneri decreuerunt. Quod vero alii aliter scripserunt, hoc intelligo, quia intuitu misericordiae quorundam imbecillitati occurrentes, rigorem canonum temperare maluerunt. In quibus sententiis non alia mihi videtur esse distantia, nisi ea, quam inter se habent, iudicium et misericordia: qua quotiens in vnum negotium conueniunt, in discretione rectorum ita consistunt, vt habita consideratione salutis animarum, pro qualitate personarum, pro opportunitate locorum et temporum, nunc seueritas canonum possit exerceri, nunc indulgentiam, quibus oportebit, impendi. De his hactenus. De eo quod monetis, vt pro pace vobis impetranda, dominum regem suo tempore conueniam; secundum comici sententiam vobis respondeo:* quia opus est huic patrono, quem defensorem paras. *Hoc vero vobis consulo, vt coniugium eius, quod ante factum ratione resistente non laudastis post factum nec dicto nec facto inconsulte approbetis: sed commune consilium et Iudicium comprouincialium episcoporum et caeterorum studiose expetatis et longanimiter expectetis, et si quid aduersi pro amore iustitiae vobis acciderit, aequanimiter supportetis: hoc attendendo quia*

*non*

*non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Valete.* Verum non post multum temporis idem rex corde compunctus direxit quosdam suorum Romam, spondens Papae pariturum, sibi in quibuscunque iuberet, tantum vt absolui mereretur: qui dixerit illi duos honestae vitae viros a latere suo, qui eum a vinculo anathematis soluerent. Illi Parisiis regem adeuntes, multa optimatum praesente frequentia fecerunt, vt sibi iniunctum fuerat, in communione videlicet fidelium recipientes, eo tamen tenore, ne Bertrada vlterius commisceretur, seu cum ea absque duobus boni testimonii viris colloqueretur. Susceperat autem iam ex ea Philippum, et quam Tancredus postmodum in coniugium sumpsit (u). Dum vero poenitentiam ageret Philippus et Papae se submitteret, tandem a banno fuit absolutus (x). De hoc ad Paschalem Papam sic scribit IVO (y): *Notum facimus paternitati vestrae, quod VII. Calend. Augusti plures episcopi tam Remensis quam Senonensis prouinciae inuitati a domino Richardo Albonensi episcopo legato vestro, conuenimus in quoddam municipium Aurelianensis episcopatus nomine Belgenciacum ad faciendam absolutionem regis secundum tenorem literarum, quas super hac re miserat moderatio vestra. Conuenit etiam rex et lateralis sua, et secundum praeceptum vestrum tactis sacrosanctis Euangeliis parati fuerunt abiurare absolute omnem*

*car-*

(u) Verba sunt AVCTORIS *Historiae Francorum* a Roberto ad mortem Philippi regis apud FRANC. IVRETVM notis ad Epist. CXLIV.

(x) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1096. *Philippus rex Galliarum iamdudum pro adulterio excommunicatus, tandem domino Papae dum adhuc in Galliis moraretur, satis humiliter ad satisfactionem venit, et adiuncta adultera, in gratiam receptus est seque in seruitium domino Papae satis promptum exhibuit.*

(y) Epist. CXLIV. et T. IV. du CHESNE S. R. G. p. 233.

*carnalis copulae consuetudinem, insuper et mutuam collocutionem, nisi sub testimonio personarum minime suspectarum vsque ad vestram dispensationem. Sed quia in literis vestris continebatur, vt in hac absolutione consilium prudentium sibi adhiberet dominus Albanensis episcopus, totum onus consilii voluit ex arbitrio pendere Pontificum. Episcopi vero nescimus quid conicientes, semper replicabant, se debere esse huius consilii comites et non duces. Quamuis quibusdam nostrum videretur, quod praedicta absolutio ita posset, sicut praetexata est, honeste fieri, et propter quorundam simultates non satis rationabiliter impediri. Cum itaque res indefinita remaneret in medio, rex clamitans inculcabat se male esse tractatum, qui tamen per se et per nos adhuc pulsat ad aures paternitatis vestrae, vt secundum moderationem literarum vestrarum et verba quae domino Galoni coepiscopo nostro iniunxistis, causam eius temperetis: ne contingat de eo illud Salomonis, qui multum emungit, elicit sanguinem, dispensationis autem modus nulli vnquam sapientum displicuit.* Hanc etiam absolutionem ab Iuone fuisse promotam, docet ALBERICVS (z) ita scribens: *Cum episcopus Ivo rogasset per epistolam, vt archiepiscopo Hugoni Lugdunensi, vel alteri idoneo committeretur iterum per Franciam legatio, missus est legatus dominus Richardus Albanensis episcopus, qui primo tenuit concilium apud Belgenciacum Aurelianensis dioecesis, deinde Trecis de absolutione regis Philippi, iam fere per decennium propter Bertbradam excommunicati.* Ex dicto tamen Iuonis loco satis patescit, neque tunc Philippi absolutionem fuisse perfectam. Tandem vero dicto anno MC. direxit Papa Siculus II. duos honestae vitae viros a latere suo, qui regem a vinculo anathematis soluerent. Illi Parisiis regem adeuntes multa optimatum praesenti frequentia, fecerunt, vt sibi iniunctum fuerat, in communionem videlicet fidelium recipien-

(z) Ad a. 1103. p. 192. *edit. Leibnit.*

cipientes (a). Philippus vero vna cum Berthrada postmodum monachalem habitum assumsit, de quo GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS (b): *Philippo interea nulla mora insanae tumulentiae satietatem fecit, nisi quod extremo vitae tactus morbo, monachicum apud Floriacum accepit habitum. Pulchrius et fortunacius illa (comitissam Andegauensem paulo ante vocat) quod aetate et sanitate integra, nec specie rugata apud fontem Euraldi sanctimonialium appetit velum: nec multo post praesenti vitae vale fecit: Deo forsitan prouidente, non posse delicatae mulieris corpus religionis laboribus inseruire.*

## §. XXVIII.

Talis vero erat Paschalis sententia: *significatum nobis est quorundam vestrum litteris, qui filius noster Francorum rex foeminam illam pro qua totiens commonitus, immo excommunicatus fuit, iuxta praeceptum nostrum abiurare decreuerit: ipsa etiam mulier regem abiurare parata sit: super quarum conuersione personarum non minimum exultauimus, quia super vno peccatore poenitentiam agente, gaudium esse Angelis DEI ipso domino testante didicimus. Quam nimirum causam fratri nostro Richardo Albanensi episcopo reministimini a nobis fuisse commissam. Si ergo idem frater, Franciae iam fines egressus est, non eandem causam, aspirante domino vna vobiscum peragendam venerabili fratri Lamperto Atrebatensi episcopo committimus. Conuenientibus itaque nobis in vnum, si communis filius Francorum rex, et illa eius lateralis tactis sacrosanctis Euangeliis*

(a) Sic FLORIACENSIS ANONYMVS apud DV CHESNE Tom. IV. p. 94.

(b) Lib. V. vberius DAVID BLONDELLVS *de formulae regnante Christo, in veterum monumentis vsu.* BESLY tamen *Histoire des Comtes de Poitou et Guyenne* duabus dissertationibus validitatem huius matrimonii demonstrare fuit conatus.

*liis omnem carnalis copulae consuetudinem abiurauerint mutuum quoque colloquium et contubernium, nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, nunquam videlicet ad idem flagitium redituri, sicut quorundam vestrum litteris significatum est: satisfactionem eorum vice nostra vobiscum Artrebatensis episcopus suscipiat, et a vinculo excommunicationis absoluat, quatenus largiente domino, et filium ecclesia, et regem sibi Francia reconciliatum episcopali ministerio gratuletur.* Data Laterani per manum Ioannis III. Nonas Octobris. *Iuramentum Philippi regis Francornm audias, tu Lamberte Atrebatensis episcope, qui hic apostolica vice fungeris: audiant archiepiscopi, et praesentes episcopi, quod ego Philippus rex Francorum, peccatum et consuetudinem carnalis et illicitae copulae quam hactenus cum Bertrada exercui, vlterius non exercebo, sed peccatum istud et flagitium penitus, et sine omni retractatione abiuro. Cum eadem quoque foemina mutuum colloquium et contubernium, nisi sub testimonio personarum minime suspectarum, non habebo; Haec omnia sicut litterae Papae dicunt, et vos intelligitis, sine omni malo ingenio obseruabo. Sic me Deus adiuuet, et haec sacrosancta Iesu Christi Euangelia.* Similiter et Bertrada cum excommunicationis vinculo solueretur, tactis sacrosanctis Euangeliis in persona sua hoc idem iurauit sacramentum. Actum Parisiis in praesentia Domini Lamberti Senonensis, et Radulfi Turonensis, Archiepiscorum; Domini quoque Iuonis Carnotensis Episcopi, Humbaldi Antisiodorensis Episcopi, Ioannis Aurelianensis Episcopi, Gualonis Parisiensis Episcopi, Manasse Meldensis Episcopi, Baldrici Nouiomagensis Episcopi, Lamberti Atrebatensis Episcopi, Humberti Siluanectensis episcopi, Abbatum quoque, Adae Parisiensis, Olrici similiter Parisiensis, Rainaldi de Porta Sancti Germani Parisiensis, Rainoldi nihilominus Stampensis, Archidiaconorum etiam quamplurimorum, et honorabilium Clericorum, et Laicorum, non parua multitudine

dine inibi consistentium. Taliter itaque ex apostolicae sedis authoritate reincorporatus est Philippus rex Francorum sanctae catholicae ecclesiae matri suae IV. Nonas Decembris indictione XIII. Anno autem Dei Christi MCIX. Pontificante vero in sede Romanà Paschali Papa II. anno sexto.

## §. XXVIIII.

Diuersa alia diuortii seculo XI. et XII. exempla apud Gallos maxime recenset BLONDELLVS (c) ita scribens: Indomitam reuera diuertendi solutisque coniugiis ad alia properandi licentiam (ne quicquam reclamante clero) passim obtinuisse sequentia exempla declarant, anno plus minus MXXX. Canuti Regis sororem repulit Robertus Normannorum Dux, eodem fere tempore Gersendim Heriberti Cenomanorum Comitis filiam, Adelheide Crispiacensi superducta ablegauit, Theobaldus Carnotensium, Blezensium et Campanorum Comes. Anno MLVIII. Adelberti Petragoricensium Comitis filiam MLXVIII. Mathildem domo expulit, et Aldeardim Roberti I. Burgundiae Ducis filiam superduxit, Aquitanorum Dux Guilielmus VII. Anno circiter MLXII. priore coniuge deserta cum Anna Heinrici I. Regis vidua secundum matrimonium contraxit, Crispeii Comes Rudolphus. Anno circiter MLXXV. Azonis Marchionis mariti coniugium respuit Guillelmi Papiensis soror Mathildis, eodemque fere tempore Godefredum gibbosum alia deseruit Mathildis Comitissa, consanguinitatis obtentu, maritis tribus, Hugone Lisiniacensi, Guill. Arelatensi et Pontio Tolosano dimissis; Raymundo Berengario Barcinonensium Comiti anno circiter MLX. nupsit Adalmodis. Ermengardim Borboniam ob consanguinitatem circa a. D. MLXXXII. deseruit, ac pau-



(c) De *formula regnante Christo* p. 14.

paucis annis emensis Berthradam, quam tandem superduxit Philippus rex, sibi matrimonio iunxit Fulco Richinus; Ermengarde Fulconis eiusdem ex priore cum Hildegarde Balgentiacensi matrimonio filia anno circiter MXC. spreta, Philippiam Guillelmi Tolosatium comitis vnicam filiam duxit Guillelmus VIII. Ab Heinrico IV. imp. diuertit anno MXCIII. Praxedis Russica: a Thoma Codiciaci domino contractum cum Montis acuti domina consanguinea coniugium circa A. D. MCV. solutum est: abdicata A. D. MCXII. secunda vxore, Adelheidem Rogerii Siculi, qui Roberti Guiscardi frater fuit, viduam (quae quadriennio post repudium passa est) superduxit Balduinus Rex.

## §. XXX.

Seculo XII. habemus exemplum Ludouici VII. et Eleonorae, Guilielmi IX. Aquitaniae ducis filiae, quae multarum prouinciarum erat haeres, et venustissima (d). Haec viuo adhuc Patre Ludouico Crasso, a. MCXXXVII. Ludouico VII. Gallorum regi solenni cum apparatu fuit copulata (e), ast se regi, non monacho nupsisse professa (f). Ista postea a. MCXLVI. cum marito aliisque foeminis illustribus cruce signata (g), in Palaestinam abiit. Verum, dum ad Raymundum Antiochiae Principem venirent, magno quidem cum honore vtrique fuerunt excepti, ast iste re-

(d) LARREY *histoire d'Angleterre* P. I. p. 1347.

(e) *Chron. Mauriniacense* apud du CHESNE Tom. IV. p. 382. *igitur vniuersis Aquitaniae Pontificibus cum Archiepiscopo suo Gonfrido astantibus, Ludouicus est puellae nomine Alienorae legali vinculo sociatus.*

(f) GVIL. NEVBRIGENSIS Lib. I. c. XXXI.

(g) P. DANIEL *Hist. de France* Tom. I. p. 1177. LARREY pag. 1346.

reginam in suos amores adlexit, vt Ludouicus cum eadem Antiochiam relinquere necessum haberet (h). Licet autem rex illam statim repudiare in animo haberet, negotium tamen, suadente Sugerio, ad reditum vsque distulit. Postquam vero cum ipsa in Galliam fuisset reuersus, memor iniuriae, habito in castro Bangenciaci concilio a. MCLI. ab



(h) GVIL. TYRIVS lib. VI. c. XXVII. vbi de Raymundo: *cum rex Hierosolymam votis ardentibus irreuocabiliter ire proposuisset, spe frustratus, mutato studio, regis vias abominari, et ei praestuere potentes insidias, et in eius laesionem armari coepit. Vxorem enim eius in ipsum consentientem, quae vna erat de fatuis mulieribus, aut violenter aut occultis machinationibus ab eo rapere proposuit; Erat, vt praemisimus, sicut et prius et postmodum manifestis edocuit indiciis, mulier imprudens, et contra dignitatem regiam legem negligens maritalem, thori coniugalis fidem oblita: quod postquam regi compertum est, Principis praeueniens molimina, vitae quoque et saluti consulens, de concilio magnatum suorum iter accelerans, vrbe Antiochiam cum suis clam egressus est.* MATTHAEVS PARISIENSIS ad ann. 1150. p. 70. *eodem anno celebratum est diuortium inter Ludouicum regem Francorum et Alienor reginam suam, propterea quod diffamata esset de adulterio, etiam cum infideli, et qui genere fuit diaboli: Erant enim consanguinei in quarto gradu.* Pere DANIEL Tom. I. p. 1202. *C'estoit là le prétexte où la raison que Louis apportoit au Prince d'Antioche; mais il y en avoit vne autre qu'il ne disoit pas, et dont il estoit bien plus touché. La Reine estoit vne Princesse tres-bien faite, pleine d'esprit et d'attraits, à qui le Prince d'Antioche avoit sçu plaire. Le Roy avoit sur cet article plus que des soupçons, et il est surprenant, qu'une Reine de France fust venue de si loin, et par deuotion et au travers de tant de perils, pour se deshonorer ainsi elle mesme, et le Roy son mari.* LARREY tamen Patrem Aurelianensem secutus, *Hist. d'Angleterre* Tom. I. p. 346 adlegat, quasi inter ipsum et Turcam Saladinum commercium fuerit amoris, quo tamen ipsam excusare conatur: Cui BAYLE *dictionaire* voce *Louis* VII. respondet.

ab eadem ob parentelam, quam praetexebat, fuit dissolutus, quod verbis auctoris antiqui, qui SVGERIVS habetur, efferre malo. *Interea aliqui venerunt ad regem de cognatione sua progeniti, qui ortum et deriuationem parentelae suae nouerant, et dixerant ei, sicut verum erat, quod inter se et Alienor vxorem suam erat consanguinitatis affinitas talis; quod inter eos de iure lex matrimonialis non poterat conuenire, et inde per iuramentum probationem legitimam offerebant.* Quibus rex sic respondit: *Quod contra Deum et contra legem Ecclesiae eam habere nolebat, volens per omnia statuta ecclesiae et legem matrimonii inuiolabiliter obseruare. Et vt istius rei veritas posset veracius indagari die Martis ante festum Paschatis Floridi in Castro Bangenciaci Hugonem Archiepiscopum Rotomagensem, et Lanfredum Burdegalensem cum pluribus suis coepiscopis et Baronibus Franciae fecit solenniter conuenire. Ante quorum praesentiam steterunt illi, qui genus inter regem et reginam se probaturos obtulerunt; qui etiam eiusdem generis erant parentes et cognati. Et per iuramentum suum dixerunt, quod rex et regina sese cognitione contingebant, et quod secundum Deum et legem coniugalem debebat inter eos diuortium celebrari. Quo sufficienter probato, in praesentia praelatorum fuit inter eos per consensum partium matrimonium dissolutum* (i). *Verum maximo ipsi vitio vertitur quod rex ipsi Guiennam aliasque prouincias dotales reliquerit* (k). Ludouicus postmodum Constantiam Alphonsi Castellae regis filiam duxit vxorem (l). Eleo-

(i) Eadem habet Historia Ludouici VII. Regis apud du CHESNE Tom. IV. p. 415. BESLIVS *Hist. Comit. Pictav.* p. 487. LABBEI Tom. X. *Concil.* p. 1129. HARDVINI *Concil.* Tom. VI. p. d. p. 1319.

(k) P. D'ORLEANS *Hist. de Revolutions d'Angleterre* T. I. p. 153. 154. MEZERAY *Hist de France* Vol. II. p. 103.

(l) MARIANA *Hist. Hispan.* lib. XI. c. II. *Alphonsus Imperator notis*

Eleonora vero Henrico Normanniae duci, qui postea rex Anglorum factus, fuit desponsata (m), quod quamplurimis dissidiis bellisque ansam dedit.

§. XXXI.

*nis affinitatibus cum Ludouico rege Galliae ineundis dissentus erat. Is enim Eleonoram Pictauiensem comitem, ex qua duarum filiarum pater erat, repudiauit. Eleonorae locum Alphonsi imperatoris filia Elisabetha nomine (alii Constantiam vocant) tenuit Ludouico regi thoro iuncta.*

(m) GESTA LVDOVICI c. XXIX. GERVASII *Chron. in Sauilii Collect. Script. Rer. Anglic.* p. 1370. *Postquam reuersus est rex Franciae Ludouicus a peregrinatione Hierosolymitana, orta est quaedam discordia inter ipsum et reginam suam Alianor ex quibusdam caussis, quae forte melius tacendae sunt, quaeue in illa peregrinatione contigerunt. Et ecce subito sub consanguinitatis imagine moliri coepit matrimonii solutionem. Diuortio itaque inter regem Ludouicum et reginam suam Alianor labore multo et artificioso iuramento in facie ecclesiae solempniter celebrato Gallicos amplexus, iam sibi decrepitos fastidiens, fines quoque Galliae egressa, in terram suam Pictauiam se recepit. Degebat his diebus dux Henricus in Normanniae finibus, et erat in omnium oculis gratiosus. Alianor autem iam repudiata et propriae libertati reddita, terram suam, Aquitaniam scilicet et Pictauiam aliasque terras suas, quae eam iure contingebant haereditario, vt Domina possidebat. Quae missis clanculo ad ducem nuntiis, liberam et ac solutam se nunciat esse, et ad matrimonium contrahendum ducis animum stimulat. Dicebatur enim artificiosam repudiationem illam ex ipsius processisse ingenio. Dux vero generositate foeminae et maxime dignitatum, quae eam contingebat, cupiditate illectus amoris et morae omnis impatiens, paucis secum assumtis sociis viam longiorem discurrit in breui, infra tempus modicum coniugis illius iam olim concupitae potitus est.* IO. BROMPTONI *Chron.* p. 1040. *Eodem tempore celebratum est diuortium inter Ludouic. regem Franciae et Eleonoram vxorem suam filiam et haeredem ducis Aquitaniae, quibusdam episcopis et personis religiosis ac proceribus in Quadragesima congregatis consangui-*

*ni-*

## §. XXXI.

Si diuortii iustitiam examinamus, sunt equidem, qui Eleonoram admodum excusent, et quod Ludouicus zelotypia potius fuerit ductus, quam vt iustam causam habuerit (n). Quare etiam in Necrologio Fondis Ebraldi hoc ipsi statuitur epitaphium: *Migrauit a seculo domina Alenoris regina Franciae et Angliae, Ducissa Aquitaniae quae nitore regiae sobolis suae mundum illustrauit. Nobilitatem generis, vitae decorauit honestate, morum ditauit gratia, virtutum floribus pinxerauit, et incomparabilis probitatis honore fere cunctis praestitit reginis mundanis.* Nec mirum, dum praedicto Monasterio plurima concesserit beneficia (o). Verum si consideremus, qua ratione Raymundo Antiochiae Principi ad hae-

*nitatem illorum sub testificatione iuramenti solemniter allegantibus, vnde ipsa mulier causam pendens, et se monacho non regi nupsisse dicens, duabus tamen apud patrem filiabus relictis, a lege viri soluta est. Quàm non multum post Dux Normanniae Henricus desideratis forte nuptiis duxit in vxorem, et sic mox ducatus Aquitaniae, qui in finibus Andegauensium et Britonum ad Pireneos vsque montes Galliam et Hispaniam dirimentes, extenditur, ratione coniugis in ducis Normanniae potestatem transiuerit.* Adde CHRON. NORMANN. ad a. 1151. BELLEFOREST CHRON. *de Franc.* pag. 118.

(n) VINCENTIVS BELLOVACENSIS *speculo historiali* lib. III. *Rex Francorum Ludouicus zelotypiae spiritu inflammatus, iurata consanguinitate vxorem suam repudiat. Quam quia contra eius voluntatem Henricus dux Normanniae, videlicet filius Godofredi Andegauensis et Mechildis duxit, magna inter eos simultas excandescit. Hac quippe occasione Ducatum Aquitaniae amisit. Rex autem aemulus eius eum obtinuit.* LARREY p. 346. *Ce qu'on aioûte de ses galanteries en general, n'est fondé que sur sa beauté et son enjouement, qui ont pû lui attirer des adorations, capables d'alarmer vn mari aussi soupconneux, que le sien; sans que pourtant elle ait manqué à son honneur.*

(o) LE P. MAINFERME *Clypeum nascentis ordinis* diss. III. p. 309.

haeserit, et thori coniugalis fidei fuerit oblita (p), quam impudice se in oriente gesserit (q), et quod separatio ex ipsius processerit ingenio (r); statim post separationem, amoris et ambitionis plena, Henrico nupserit (s); vix eandem a culpa liberare ausim.

## §. XXXII.

Philippus Augustus Francorum rex, coniuge Isabella Balduini Hannoniae comitis filia A. MCLXXXIX. defuncta, duxit in vxorem Ingeburgem, Waldemari I. Danorum regis filiam, Canuti sororem, quae ad ipsum anno MCLXXIII. in Ambianonum vrbem solenni ritu fuit adducta

(p) GVIL. TYRIVS loco supra adducto.

(q) JEAN de SERRES *Inventaire* p. 86. *la Reyne Eleonor sa femme, qui faisoit Profession d'aller visiter les Saincts lieux, laissa escouler dans ses yeux les traits d'une impudique et sode amour, qui perça son honneur, et le coeur du Roy son mary d'une coutageuse jalousie. Cette femme accoustumée à la licence du temps et du lieu s'estoit tellement abandonnée aux voluptez du levant, que la puanteur de son incontinence estoit espandue par tout, avant que le Roy, s'en apperceust, son impudence l'ayant portée si avant, quelle vouloit effrontement demeurer en Antioche et quitter son mary, osant bien jetter sur sa turpitude le voile de Religion, disant sans rougir, qu'elle ne pouvoit plus estre femme de Louis, auquel elle estoit confine au quadrieme degré. Preferant l'amitié d'un bouffon nommé Saladin, d'engeance Sarrazine, à la grandeur d'un Roy de France son mary legitime.*

(r) GERVASII *Chron. p. 1370. l. c.*

(s) MEZERAI *Abbregé Chronologique* T. I. p. 571. *Cette femme brulant d'amour et d'ambition espousa quesques mois apres Henry duc de Normandie.* IDEM p. 566. *Cette Princesse coquete et qui avoit deja peu d'estime pour son mari.* Adde BRANTOME *Memoires de Dames Galantes* T. II. p. 311. 312.

ducta (t), et copulata, constituto ipsi A. MCXCIII. dotalitio (u). Verum diuturnus non fuit regis amor (x). Sequenti enim post nuptias die, congregatis principibus secularibus et ecclesiasticis, fecit eam per manum Guilielmi Rhemorum Archiepiscopi secum solenniter coronari. Sed in-

(t) RIGORDVS *de gestis Philippi Augusti Fr. R.* apud DV CHESNE p. 36. *iisdem temporibus Philippus rex misit Stephanum Nouiomensem episcopum virum venerabilem ad Kanutum regem Danorum, rogans eum, et deprecans, quod vnam de sororibus suis, quam ipse legitimam haberet vxorem, ei mittere dignaretur. Quo audito, rex Danorum Kanutus gratanter accepit, et Ingeburgem sororem suam pulcherrimam, puellam sanctam, et bonis moribus ornatam, nuntiis regis Francorum tradidit, et muneribus suis honorauit. Et accepta licentia ventis et mari se committentes, apud Atrebatum venerunt, vbi rex Francorum Philippus cum episcopis et regni proceribus cum maximo accurrens gaudio Ingeburgem diu desideratam in legitimam duxit vxorem, et in reginam Francorum coronari fecit.* GESTA *Innocentii* III. a. XLVIII. GVIL. NEVBRIG. *Rer. Angl.* lib. IV. c. 24. IO. H. PONTANVS *Histor. Dan.* lib. VI. p. 286. ROGERIVS HOVEDENVS *poster.* p. 731.

(u) Extat illud apud BALVZIVM *Miscell.* lib. VII. p. 245. et apud AVTOREM *Iurispr. Heroic.* P. III. Cap. III. Sect. II. §. 21.

(x) RIGORDVS p. 37. *Sed mirum eadem die instigante Diabolo, ipse rex quibusdam, vt dicitur, maleficiis per sortiarias impeditus, vxorem tam longo tempore cupitam, exosam habere coepit.* PONTANVS p. 287. De eadem causa ex Innocentii III. lib. III. Epist. CLXXI. *ad reginam disponis accedere, tentaturus vtrum eam cognoscere possis, dummodo per hoc nullum tibi vel causae tuae praeiudicium generetur, si forsan eam cognoscere non volueris, duos articulos exprimens, quos nunc explicare non expedit, in quibus tibi asseris prouidendum. Oportet itaque, fili carissime, quod si volueris maleficium contra coniugium intentare, cum timore domini ad reginam accedas, et adhuc tentes diligenter ex fide, praemissis orationum, Eleemosynarum, et sacrificiorum suffragiis, vtrum cum ea carnale commercium valeas exercere, vt cognoscatur ex hoc, an ipsum maleficium sit solutum.*

inter ipsa coronationis solennia ad adspectum ipsius coepit vehementer perhorrescere, tremere ac pallère, vt nimium perturbatus vix sustinere posset finem solemnitatis inceptae statimque motum est verbum diuortii celebrandi, propter affinitatis obstaculum, quod inter eos existere quidam mussitabant. Sed aliis adserentibus, quod id sine turpi nota subito fieri non valeret, aliquantulum est dilatum, et interim suggestum est regi, yt ad illam accederet, si forsan affectu mutato carnaliter illam cognoscere posset. Accesfit igitur rex ad illam apud Tossatum prope Parisiis, quo fecerunt illam adduci; et thorum eius ingressus post paullulum ab illa recesfit, in tantum habens ipsam exosam, vt vix sustineret coram se de illa fieri mentionem. Asserebat autem regina, quod rex carnaliter eam cognouisset. Rex vero e contrario affirmabat, quod ei non potuerit carnaliter commisceri (y). Praetextus igitur erat, quod illi cohabitare nequiret. Alii foetidum oris spiritum, vel corporis foeditatem, vel quod eam non inuenerit virginem, pro causa allegant (z). Ipsum vero Philippum maleficium praetexisse



(y) GESTA Innocentii III. n. 48.

(z) GVILL. NEVBRIGENSIS c. I. *Verum post initi foederis, vt dicitur, noctem vnam, incertum vnde, offensus abiecit eam, rem plane faciens, non tantum illicitam, sed etiam personae regiae multum indecoram. Causae sane putendae leuitatis huius variae assignantur. Dicunt enim quidam, quod propter foetidum oris spiritum: Alii, quod propter latentem quandam foeditatem repudiauerit eam vel quia non inuenit eam virginem. Indignae procul dubio causae huiusmodi, atque ad dirimendum coniugium Christianum inualidae.* PONTANVS *Hist. Dan.* Lib. VI. p. 287. *Porro, dequo memorauimus, Galliarum rex eodem hoc tempore, quam duxerat Canuti regis sororem Ingeburgam, siue maleficarum artificio, quod innuere in eius vita videtur Rigordus, siue vt vulgo scriptores produnt, ob sanguinis affini-*

texisse testatur Innocentii III. Papae epistola, verbis: *Ab eo credimus processisse, in cuius manu cor regis existit, et quocumque voluerit, vertit, quod sicuti perdilectum filium Iohannem Abbatem sanctae Genouefae, virum prouidum et fidelem, ac etiam per litteras tuas nobis intimare curasti, ad reginam disponis accedere, tentaturus vtrum eam cognoscere possis, dummodo per hoc nullum tibi vel causae tuae praeiudicium generetur, si forsan eam cognoscere non valueris, duos articulos exprimens, quos nunc explicare non expedit, in quibus tibi asseris prouidendum. Oportet vtique, fili carissime, quod si volueris maleficium contra coniugium intentare, cum timore domini ad Reginam accedas, et adbuc tentes diligenter, ex fide praemissis orationum, eleemosinarum et sacrificiorum suffragiis, vtrum cum ea carnale commercium valeas exercere et cognoscatur ex hoc, an ipsum maleficium sit solutum. Si ergo permissum non fuerit, vt cum ipsa regina possis fieri vna caro et super impedimentis maleficii volueris experiri, nos, cum requisiti fuerimus, ad iudicium procedemus, sine quo profecto non praeuales ab hoc vinculo liberari.* Ast alias subfuisse rationes, cur exosam haberet Ingeburgem, epistolae Innocentii III. nos itidem docent, ex quibus omnino patet, Philippum eam carnaliter (a) cognouisse. Philippus Augustus vero

*finitatem a se dimisit. Neubrigensis, quas adducit diuortii causas, foetidum scilicet oris spiritum, aliasque similes, friuolae sunt nec dignae, quod et ipse indicat, quae memorentur, quamuis constet, bodieque etiam inter gentes nonnullas et praesertim apud Graecos Byzantii et alibi obtinere consuetudinem, vt balitus foeditus ad dirimendum matrimonium sufficiat.*

(a) Patet hoc ex libro XI. Epist. CLXXXII. *Manifestum est enim, quod ad praedictam reginam coniugem tuam aliquotiens accesisti vt carnaliter eam cognosceres, diligentem ad hoc operam impendendo; cui licet te asseras non potuisse carnaliter commisceri, fortasse tamen in ipso tali commercio aliquid circa eam extraordinarie peregisti. Nunc autem etsi necessaria sibi facias congrue ministrari,* quan-

vero primo per Ioannem Abbatem Genouefae petebat, vt, dum ipsam cognoscere non posset, ipsum ab ea separaret; in quo tamen Papa minime consentiebat, potius regem adhortatus, vt quauis ratione, quomodo cum regina commisceretur, intenderet. Si vero hoc non procederet, Papam, si requisitus fuerit, ad iudicium esse processurum (b).



*quantum ad victum pertinet et vestitum, ipsam tamen in arcta facis custodia detineri, vt de suis neminem secum habeat, marem aut feminam, nec etiam ipsa palatium, in quo tenetur, possit exire, neque quisquam ad eam sine tuo speciali mandato infra ipsum palatium possit intrare, quam hoc modo detentam multifariam induci fecisti per inductores vtique multiformes, multis et magnis promissis muneribus, ne dicamus comminationibus intentatis, vt habitum religionis assumat, et se dicat a te cognitam non fuisse, vt sic aliam tibi copulare possis vxorem, quamuis ipsa legatis nostris confessa fuerit in iudicio, quod tu eam carnaliter per commixtionem sexuum cognouisti, et hoc ipsum nobis multotiens intimauerit, quasdam nobis ante triennium patentes literas suo sigillo munitas in testimonium destinando, in quibus constantissime profitetur, quod tu eam carnaliter cognouisti, et si forte contrarium confiteretur aliquando, nunquam contrariae confessioni credamus, quia confessionem huiusmodi extorqueret ab ea vel metus poenae vel studium euadendi.* et paullo post: *Saepe fata vero regina constanter asseruit, etiam in iudicio, quod tu eam carnaliter cognouisti.* Et lib. XV. ep. CVI. *Quamuis aliae confessiones sicut pro certo didicimus ab eadem Regina sub iureiurando sint factae, secundum quas coniugium declaratur carnali copula consummatum.* Et Epist. CVII. *Cum ergo per quosdam adulatores, veritatis et iustitiae inimicos, in eum sit errorem inductus, vt credat, se licite posse iurare, quod reginam vxorem suam carnaliter non cognouit, pro eo forte, quod etsi commixtio sexuum in eorum carnali commercio intercesserit, commixtio tamen seminum in vase muliebri non extitit subsecuta.*

(b) Lib. X. Epist. CLXXVI. quum tali ratione finit: *Si ergo permissum non fuerit, vt cum ipsa Regina possis fieri vna caro et super impedimento maleficii volueris experiri, nos, cum requisiti fuerimus ad iudicium procedemus, sine quo profecto non praeuales ab hoc vinculo liberari.*

texisse testatur Innocentii III. Papae epistola, verbis: *Ab eo credimus processisse, in cuius manu cor regis existit, et quocumque voluerit, vertit, quod sicuti perdilectum filium Iohannem Abbatem sanctae Genouefae, virum prouidum et fidelem, ac etiam per litteras tuas nobis intimare curasti, ad reginam disponis accedere, tentaturus vtrum eam cognoscere possis, dummodo per hoc nullum tibi vel causae tuae praeiudicium generetur, si forsan eam cognoscere non valueris, duos articulos exprimens, quos nunc explicare non expedit, in quibus tibi asseris prouidendum. Oportet vtique, fili carissime, quod si volueris maleficium contra coniugium intentare, cum timore domini ad Reginam accedas, et adbuc tentes diligenter, ex fide praemissis orationum, eleemosinarum et sacrificiorum suffragiis, vtrum cum ea carnale commercium valeas exercere et cognoscatur ex hoc, an ipsum maleficium sit solutum. Si ergo permissum non fuerit, vt cum ipsa regina possis fieri vna caro et super impedimentis maleficii volueris experiri, nos, cum requisiti fuerimus, ad iudicium procedemus, sine quo profecto non praeuales ab hoc vinculo liberari.* Ast alias subfuisse rationes, cur exosam haberet Ingeburgem, epistolae Innocentii III. nos itidem docent, ex quibus omnino patet, Philippum eam carnaliter (a) cognouisse. Philippus Augustus vero

*finitatem a se dimisit. Neubrigensis, quas adducit diuortii causas, foetidum scilicet oris spiritum, aliasque similes, friuolae sunt nec dignae, quod et ipse indicat, quae memorentur, quamuis constet, hodieque etiam inter gentes nonnullas et praesertim apud Graecos Byzantii et alibi obtinere consuetudinem, vt halitus foeditus ad dirimendum matrimonium sufficiat.*

(a) Patet hoc ex libro XI. Epist. CLXXXII. *Manifestum est enim, quod ad praedictam reginam coniugem tuam aliquotiens accessisti vt carnaliter eam cognosceres, diligentem ad hoc operam impendendo; cui licet te asseras non potuisse carnaliter commisceri, fortasse tamen in ipso tali commercio aliquid circa eam extraordinarie peregisti. Nunc autem etsi necessaria sibi facias congrue ministrari, quan-*

vero primo per Ioannem Abbatem Genouefae petebat, vt, dum ipsam cognoscere non posset, ipsum ab ea separaret; in quo tamen Papa minime consentiebat, potius regem adhortatus, vt quauis ratione, quomodo cum regina commisceretur, intenderet. Si vero hoc non procederet, Papam, si requisitus fuerit, ad iudicium esse processurum (b).



*quantum ad victum pertinet et vestitum, ipsam tamen in arcta facis custodia detineri, vt de suis neminem secum habeat, marem aut feminam, nec etiam ipsa palatium, in quo tenetur, possit exire, neque quisquam ad eam sine tuo speciali mandato infra ipsum palatium possit intrare, quam hoc modo detentam multifariam induci fecisti per inductores vtique multiformes, multis et magnis promissis muneribus, ne dicamus comminationibus intentatis, vt habitum religionis assumat, et se dicat a te cognitam non fuisse, vt sic aliam tibi copulare possis vxorem, quamuis ipsa legatis nostris confessa fuerit in iudicio, quod tu eam carnaliter per commixtionem sexuum cognouisti, et hoc ipsum nobis multotiens intimauerit, quasdam nobis ante triennium patentes literas suo sigillo munitas in testimonium destinando, in quibus constantissime profitetur, quod tu eam carnaliter cognouisti, et si forte contrarium confiteretur aliquando, nunquam contrariae confessioni credamus, quia confessionem huiusmodi extorqueret ab ea vel metus poenae vel studium euadendi.* et paullo post: *Saepe fata vero regina constanter asseruit, etiam in iudicio, quod tu eam carnaliter cognouisti.* Et lib. XV. ep. CVI. *Quamuis aliae confessiones sicut pro certo didicimus ab eadem Regina sub iureiurando sint factae, secundum quas coniugium declaratur carnali copula consummatum.* Et Epist. CVII. *Cum ergo per quosdam adulatores, veritatis et iustitiae inimicos, in eum sit errorem inductus, vt credat, se licite posse iurare, quod reginam vxorem suam carnaliter non cognouit, pro eo forte, quod etsi commixtio sexuum in eorum carnali commercio intercesserit, commixtio tamen seminum in vase muliebri non extitit subsecuta.*

(b) Lib. X. Epist. CLXXVI. quum tali ratione finit: *Si ergo permissum non fuerit, vt cum ipsa Regina possis fieri vna caro et super impedimento maleficii volueris experiri, nos, cum requisiti fuerimus ad iudicium procedemus, sine quo profecto non praeuales ab hoc vinculo liberari.*

Adnuebat primum Philippus, postea tamen, misso Guidone legato, a Papa petebat, vt dum regina ad religionis propositum transire vellet (c), Gualae nuntio suo det potestatem separandi.

§. XXXIII.

Rex ad Coelestinum Papam causam deferebat, partim, quod ipsi cohabitare non posset, partim parentelam et in gradibus prohibitis cognationem praetexens (d). Coelestinus Papa regi de faciendo diuortio tale dabat consilium (e): *Dominus Papa consulit, vt vtramque causam praetendat, scilicet causam affinitatis et maleficii. Vnde si in causa affinitatis regina testes producere noluerit, domino Papae placebit. Sed si voluerit producere testes, non poterit ei denegare, nec propter hoc timeat dominus rex, quia illos testes faciet Papa recipi per suum procuratorem. Nec causetur rex moram, quia modo maior mora est, propter timorem. In causa maleficii sic parcit dominus Papa domino regi, quia, si rex in animam suam iurare fecerit, quod reginam cognoscere tentauit et non cognouit, et ob aliam causam eam principaliter exosam non habet, credetur regi, si regina non iuret se fuisse cognitam, et quod non iuret, dominus Papa credit eam de facili posse induci. Vnde si rex timet,*

(c) Lib. XI. Ep. CLXXXII *veniens ad apostolicam sedem dilectus filius Guido, nuntius tuus regius nobis literas praesentauit, petens ex parte tua suppliciter viua voce, vt carissima in Christo filia Ingeburgi Regina Francorum vxore tua sponte ad religionis propositum transeunte ac publice confitente in loco securo, sicut legatus noster statuerit, teque iurante, quod eam carnaliter non cognoueris, liceat tibi aliam ducere in vxorem.*

(d) P. DANIEL Tom. I. p. 1347. *On ne sçut jamais la veritable raison de cette conduite, mais elle parut si surprenante, que parmi le Peuple, on l'attribua à quelque sortilege. Comme il falloit au plus ordinaire, qui estoit la parenté au degré prohibité.*

(e) Apud BALVZIVM lib. VII. *Miscell. p. 245.*

*met, quod contra eum feratur sententia de praedictis, poterit differri, ne feratur sententia. Et nunc rex erit in eo puncto, in quo modo est. Vnum quid est, in quo dominus Papa non posset parcere domino regi, quin tentaret iterum eam cognoscere, quia huiusmodi maleficia per orationes abolentur.* Papa episcopum Bellouacensem et Carnotensem ad causam hancce decidendam mittebat, qui pro rege, ipsum ob affinitatem a coniugii vinculo esse solutum, decernebant (f). Rex igi-

(f) P. DANIEL c. l. *Le Roy en écrivit au Pape Celestin III, qui délégua l'Evêque de Beauvais, et l'Evêque de Chartres, pour juger de cet empeschement. Ils décidérent en faveur du Roy* GVIL. NEVBRIGENSIS *Rer. Anglic.* lib. IV. cap. XXIV. *Porro vt infami facto honestae speciei colorem superduceret, et vel ad homines, quod vtique ad Deum non poterat, contracti matrimonii foedus abrumperet; Romano Pontifici per responsales callidos insinuare curauit surreptione quadam, propriam se duxisse affinem, postulans, a vinculo minus legitimo eximi. At ille delegauit iudices ex regno postulantes, forte tamen mandato adstrictos, vti in hoc negotio iuxta integritatem canonicae procederent sanctionis. Illi autem regis sui iniusto desiderio plus aequo fauentes, affinitate periurio Bellouacensis et Carnotensis Episcoporum asserta, diuortium fieri debere decreuerunt. Et Belluacensis quidem periurus Episcopus, post non multo in manus regis Anglorum traditus, eundem satis idoneum expertus est in seueritate vltionis Dei ministrum.* RIGORDVS p. 37. *Et paucis reuolutis diebus, linea consanguinitatis per Carolum comitem Flandrensium ab episcopis et Baronibus computata, per censuram ecclesiasticam huiusmodi matrimonium est separatum.* PONTANVS c. l. *Quo autem demonstraret Philippus arctissimae inter se et Ingeburgem propinquitatis nexum, passim ex Galliae dioecesibus episcopos aliosque regni proceres ac duces ad cognoscendum propius negotium euocari curauit. Hac cognita, vt existimabant, causa pronuntiarunt, non tantum a parte regis Vngariae Belae, qui Philippi sororem duxerat, verum etiam prioris coniugis Isabellae e Flandris oriundae respectu, nuptias istas constare non posse. Nec alia episcoporum et procerum illorum erat sententia, quamuis alii aliter, et inique diuortium factum iudicarent.*

igitur paucos post menses conuocat episcoporum, Abbatum et Procerum Concilium, in quo affinitatis linea computata et matrimonium per Archiepiscopum Rhemensem pro nullo fuit declaratum. ROGERIVS HOVEDENVS (g) *et paulo post factum est inter illos diuortium per Willielmum Remensem Archiepiscopum et per sacramentum Reginaldi Carnotensis et Philippi Belluacensis episcopi et per sacramentum Roberti comitis de Drues et comitis de Neuers et Walteri Camerarii regis Franciae, et aliorum multorum, qui iurauerunt, quod praedicta filia regis Danorum erat consanguinea comitis de Hainon, cuius filiam idem rex Franciae vxorem habuerat.* GESTA INNOCENTII III. n. XLIX. *Conuocatis igitur praefato Remensi Archiepiscopo in sua prouincia tunc apostolicae sedis legato et aliis quibusdam episcopis, coram eis accusatum est matrimonium, ipsa regina quid ageretur penitus ignorante, vtpote quae compatriotis remissis ad propria, quasi sola remanserat, lineae Francorum prorsus ignara et affinitate per quosdam testes in continenti iurata, mox idem Archiepiscopus sententiam diuortii promulgauit.* Ingeburgis vero in Daniam redire nolens, in Gallia in monasterium secessit (h). Desuper conque-

(g) *P. posteriori p. 731.*

(h) RIGORDVS c. l. *Regina tamen Ingeburgis ad Danos redire nolens, in partibus Galliarum in locis religiosis manere decreuit, malens continentiam coniugalem cum orationibus toto tempore vitae suae seruare, quam alteri iuncta, prima matrimonii foedera maculare.* P. DANIEL. c. l. *On resolut de renvoyer la Princesse en Dannemarc, mais elle n'y voulut point consentir, et elle se mit dans un Monastere, où le Roy luy fournissoit un entretien honneste.* INNOCENTII III. lib. L. Epist. IV. dictum ad episcopum Parisiensem: *dictam reginam a consortio thori remotam in remotis partibus regni Francorum, licet inter religiosas, priuatas tamen personas vitae cursum implere compellit.* GESTA INNOCENTII III. n. XLIX. *Protinus ergo rex illam a regno Francorum emisit et in quodam coenobio monialium extra regni fines fecit vtcunque deponi.*

questus per legatos fuit Canutus, Daniae rex, qui tamen a Papa sub affinitatis praetextu frustraneo cum effectu fuerunt dimissi (i).

## §. XXXIV.

Rex vero duxit, Agnetem Meraniae ducis filiam (k). Commotus inde Danorum rex Canutus Andream Sunonis Cancellarium et Abbatem Guilielmum, natione Gallum, le-

(i) P. DANIEL c. l. *Le Roy de Dannemarck indigné de la maniere dont on avoit traité sa soeur, fit ses plaintes au Pape et luy en demanda justice. Le Pape ne manqua pas de presenter aux envoyés de Dannemarc les Informations, qui avoient esté faites en France touchant l'alliance des deux familles: et les Agens á Rome firent si bien, que les Envoyez de Dannemarc s'en retournerent sans avoir rien fait.*

(k) *Gesta Philippi Augusti* apud DV CHESNE T. IV. p. 258. *Rex Philippus aliam duxit vxorem, nomine Ingeburgem Frunnici regis Danorum Sororem, quam postea per nequam consilium dimisit, et aliam superduxit, nomine Mariam, filiam ducis Boemiae, quam contra Deum quinque annos tenuit, de qua duos pueros suscepit, quos postea Innocentius III. legitimauit, scilicet Philippum comitem Boloniae et Clarimontis, qui in ecclesia beati Dionysii requiescit, et Mariam vxorem ducis de Louem: hac autem Maria post quinque annos dimissa, primam scil. Ingeburgem in gratiam recepit nuptialem.* Pere DANIEL: *Les choses, en demeurerent la jusqu'á l'ann. 1196. que le Roy epousa Agnes, appellée par quelquesuns Marie, fille de Bertolde IV. du nom duc de Bohéme et de Meranie.* MEZERAY *Abbregé Chronolog. T. I. p. 605. l'ann. 1196. il avoit espousé Marie Agnes, fille de Bertold duc de Meranie et de Dalmatie.* Agnetem eam fuisse dictam, docet CVSPINIANVS *Austria p. 29. ibi: Agnes regina Franciae vxor Philippi regis.* Idem nomen confirmat WIGVLEVS HVND *Bayr. Stammb. p. 37.* Perperam vero pater ipsius Bertholdus dicitur dux Bohemiae, dum in Vogtlandia quidem terras possideret, Dalmatii etiam ducis titulo vteretur, non vero Bohemiae.

igitur paucos post menses conuocat episcoporum, Abbatum et Procerum Concilium, in quo affinitatis linea computata et matrimonium per Archiepiscopum Rhemensem pro nullo fuit declaratum. ROGERIVS HOVEDENVS (g) *et paulo post factum est inter illos diuortium per Willielmum Remensem Archiepiscopum et per sacramentum Reginaldi Carnotensis et Philippi Belluacensis episcopi et per sacramentum Roberti comitis de Drues et comitis de Neuers et Walteri Camerarii regis Franciae, et aliorum multorum, qui iurauerunt, quod praedicta filia regis Danorum erat consanguinea comitis de Hainon, cuius filiam idem rex Franciae vxorem habuerat.* GESTA INNOCENTII III. n. XLIX. *Conuocatis igitur praefato Remensi Archiepiscopo in sua prouincia tunc apostolicae sedis legato et aliis quibusdam episcopis, coram eis accusatum est matrimonium, ipsa regina quid ageretur penitus ignorante, vtpote quae compatriotis remissis ad propria, quasi sola remanserat, lineae Francorum prorsus ignara et affinitate per quosdam testes in continenti iurata, mox idem Archiepiscopus sententiam diuortii promulgauit.* Ingeburgis vero in Daniam redire nolens, in Gallia in monasterium secessit (h). Desuper conque-

(g) *P. posteriori p. 731.*

(h) RIGORDVS c. l. *Regina tamen Ingeburgis ad Danos redire nolens, in partibus Galliarum in locis religiosis manere decreuit, malens continentiam coniugalem cum orationibus toto tempore vitae suae seruare, quam alteri iuncta, prima matrimonii foedera maculare.* P. DANIEL. c. l. *On resolut de renvoyer la Princesse en Dannemarc, mais elle n'y voulut point consentir, et elle se mit dans un Monastere, où le Roy luy fournissoit un entretien honneste.* INNOCENTII III. lib. L. Epist. IV. dictum ad episcopum Parisiensem: *dictam reginam a consortio thori remotam in remotis partibus regni Francorum, licet inter religiosas, priuatas tamen personas vitae cursum implere compellit.* GESTA INNOCENTII III. n. XLIX. *Protinus ergo rex illam a regno Francorum emisit et in quodam coenobio monialium extra regni fines fecit vtcunque deponi.*

questus per legatos fuit Canutus, Daniae rex, qui tamen a Papa sub affinitatis praetextu frustraneo cum effectu fuerunt dimissi (i).

## §. XXXIV.

Rex vero duxit, Agnetem Meraniae ducis filiam (k). Commotus inde Danorum rex Canutus Andream Sunonis Cancellarium et Abbatem Guilielmum, natione Gallum, le-

(i) P. DANIEL c. l. *Le Roy de Dannemarck indigné de la maniere dont on avoit traité sa soeur, fit ses plaintes au Pape et luy en demanda justice. Le Pape ne manqua pas de presenter aux envoyés de Dannemarc les Informations, qui avoient esté faites en France touchant l'alliance des deux familles: et les Agens à Rome firent si bien, que les Envoyez de Dannemarc s'en retournerent sans avoir rien fait.*

(k) *Gesta Philippi Augusti* apud DU CHESNE T. IV. p. 258. *Rex Philippus aliam duxit vxorem, nomine Ingeburgem Frunnici regis Danorum Sororem, quam postea per nequam consilium dimisit, et aliam superduxit, nomine Mariam, filiam ducis Boemiae, quam contra Deum quinque annos tenuit, de qua duos pueros suscepit, quos postea Innocentius III. legitimauit, scilicet Philippum comitem Boloniae et Clarimontis, qui in ecclesia beati Dionysii requiescit, et Mariam vxorem ducis de Louem: hac autem Maria post quinque annos dimissa, primam scil. Ingeburgem in gratiam recepit nuptialem. Pere* DANIEL: *Les choses, en demeurerent la jusqu'á l'ann. 1196. que le Roy epousa Agnes, appellée par quelquesuns Marie, fille de Bertolde IV. du nom duc de Bohéme et de Meranie.* MEZERAY *Abbregé Chronolog. T. I. p. 605. l'ann. 1196. il avoit espousé Marie-Agnes, fille de Bertold duc de Meranie et de Dalmatie.* Agnetem eam fuisse dictam, docet CUSPINIANUS *Austria p. 29. ibi: Agnes regina Franciae vxor Philippi regis.* Idem nomen confirmat WIGULEUS HUND *Bayr. Stammb. p. 37.* Perperam vero pater ipsius Bertholdus dicitur dux Bohemiae, dum in Vogtlandia quidem terras possideret, Dalmatii etiam ducis titulo vteretur, non vero Bohemiae.

legatos misit, qui apud Coelestinum Papam demonstrarent, ne minimam quidem affinitatem consanguinitatemque intercedere, quae vllo pacto dirimere nuptias posset, petens, vellet sub poena anathematis regi imperare, vt Maria relicta, Reginam Ingeburgem reciperet. Hi legati Roma reuersi, dum Burgundiam transeunt, circa Diaconem detenti, ac litteris Papalibus, quas plures acceperant, spoliati, ope tandem Abbatum Cisterciensis et Clareuallensis dimissi, atque inde ad regem profecti ipsum Philippum coram compellarunt (l). Ipse etiam Papa A. MCXCVI. mittebat Meliorem Presbyterum cardinalem et Cencium subdiaconum. Qui Parisios venientes, conuocauerunt Concilium omnium Archiepiscoporum et Episcoporum, nec non Abbatum totius regni, in quo tractauerunt de reformando matrimonio inter Philippum regem, et vxorem eius Ingeburgem, dum vero contra regem agere non auderent, nihil ad effectum fuit deductum, potius rex Ingeburgem in quodam castello fecit includi, quae ideo ex carcere ad Coelestinum III. desuper scripsit, auxilium ab eodem postulans, tali ratione (m): *Inopinati doloris anxietas me compellit exordium vobis proponere dolorosum, in gemitu cordis vestro apostolatui mea grauamina flebiliter enarrare. Iam enim triennium est elapsum, quod rex Franciae me in aetate nubili desponsauit et mihi, prout naturalis ordo requirit, debitum reddidit maritale. Postmodum vero instigatione diabolica et quorundam malitiosorum Principum persuasione seductus filiam ducis S. superinduxit et retinet pro vxore; me vero in quodam Castello incarcerari praecepit, vbi sic proscripta dego quod ad coelum leuare oculos non audeo neque possum. Nullam allegat praeterea parentelam, nullamue causam alicuius excessus, pro*

(l) PONTANVS *rer. Dan.* p. 287.

(m) Extat epist. apud BALVTZIVM *Miscell.* Lib. I. p. 422.

*pro quo ab illo debeam separari, sed facit de voluntate decretum, de pertinacia legem et de voluptate furorem. Doleo quidem, et non tristari non possum, qui panem comedo cum dolore et potum cum lachrymis assidue permiscere compellor, et non pro me tantum, sed etiam pro rege, qui orthodoxae fidei, Christianis et vniuersis de regno suo exemplum tribuit malignandi. Proh dolor! spernere vestrae sanctitatis literas non formidat audere, Cardinalium iussa recusat, Archiepiscoporum et Praesulum dicta contemnit, et admonitiones religiosorum quorumlibet aspernatur. Ego autem, quid dicam et quid faciam, ex toto ignoro, quoniam innumerabilibus angustiis circumuenior. Vnde nisi vestra misericordia mihi misereri dignetur, morti succumbam in proximo temporali.* Inde Coelestinus plurimum in feruore suo dimisisse dicitur (n).

## §. XXXV.

Mortuo Coelestino Papa anno MCXCVIII. successit Innocentius III. Papa, qui causam diuortii ab initio statim examinare fecit, missis etiam ad episcopum Parisiensem (o) litteris, ipsum monet, velit regem ad recipiendam



(n) *Gesta Innocentii III. n. L. Verum quanto idem Papa feruentior circa hoc apparuit in principio tanto trepidior inuentus est in fine: quia licet rex Danorum germanus frater ipsius Reginae per honorabiles nuntios imploraret, vt compelleret regem Francorum ad recipiendam eandem reginam sororem suam, quam iniuste dimiserat, sicut iuris ratio postulabat, nunquam tamen apud eum hoc potuit obtinere, quin etiam tolerauit, vt idem rex, post interdictum ipsius filiam ducis Meraniae puellam vtique pulchram nimis non sine multo scandalo superinduceret et teneret* RIGORDVS p. 37.

(o) Inter Coelestini Papae Epistolas in LABBEI *Collect. Concil.* T. X. p. 1772. et in HARDVINI *Collect.* Tom. VI. p. II. pag. 1919. extat fragmentum Epistolae - - - in quo: *nos itaque, qui ipsum regem Francorum specialiter in visceribus nostris charitatis diligimus, per dilectum filium nostram C. Subdiaconum apostolicae sedis lega-*

Ingeburgem adhortari (p) eumque ad matrimonium continuandum appellatione remota, compellere siue per affinitatem, siue per maleficium, siue intrando religionem, siue alio quocunque modo rationabili, per quem soleat separari matrimonium (q) illud solutum adserat. Papa VII. Idus Decembris ipsum iterum adhortatur, vt vxori suae debitum coniugale non deneget (r). Alia vero eademque prolixior insecuta est V. Idus Decembris epistola, in qua primum secundum ius canonicum regem admonet, tan-

*legatum, ad hoc specialiter missum, rogauimus eundem, vt reginam suam, quam a se consilio iniquo amouerat, affectu maritali tractaret, nec illis aures accommodaret, qui pro lucro reputant, si possunt inter aliquos odium et discordiam seminare. Inde est, quod illam diuortii sententiam contra Iuris ordinem prolatam, de fratrum nostrorum concilio penitus irritantes, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus firmiter et praecipimus, quatenus, si praedictus rex, ista viuente, aliam superducere voluerit, vos autoritate apostolica id eidem inhiberi curetis*; mentionem etiam horum legatorum Papalium et Coelestini literarum, facit, Innocentius III. lib. I. Epist. CLXXI. et *Gesta Innocentii* n. L. RIGORDVS c. l. addit: *sed quia facti sunt canes muti, non volentes latrare, timentes etiam pelli suae, nihil ad effectum deduxerunt.*

(p) Inter Innocentii Epistolas Lib. I. Epist. IV. apud DV CHESNE Tom. V. p. 707. *Gesta Innocentii* n. LI. *Praefatus autem Innocentius Coelestino succedens, statim per litteras suas et per Parisiensem Episcopum saepe dictum regem studuit commonere, vt eam remoueret a se quam contra interdictum Ecclesiae superduxerat, et reciperet illam in gratiam coniugalem, quam legitime ductam illegitime remouerat, iuris ei licentia non negata, quo minus facta restitutione postmodum audiretur, si quid duceret proponendum, contestans eidem, quod quantumcunque sibi molestum existeret, eum in aliquo molestare, quia tamen oportebat eum plus coelesti quam terreno regi deferre, et sine personarum acceptatione procederet, sicut ratio postularet.*

(q) Lib. XV. Epist. CLXXX.

(r) Lib. XI. Ep. CLXXXI. DV CHESNE Tom. V. p. 708. et 711.

tandem vero se nuntio suo Gualae negotium commisisse declarat, vt debita prudentia causam examinet, ipse decidat, vel ad Papam remittat (s), ita tamen, vt reginam prius liberam dimittat: Dum vero nec Guala in diuortium consentiret, rex iterum Abbatem de Trapa et Clericum quendam ad Papam pro diuortio mittebat, qui nondum consentiebat, potius ipsum, vt a proposito desistat, adhortatus (t) atque ad fratrem Guarinum scribit, vt in concilium et consensum regis non veniat. Mittebat Pontifex notarium suum titulo Praxedis Priorem, cum litteris ad Archiepiscopum Senonensem et Abbatem Atrebatensem, tanquam Iudices et arbitros a se constitutos, quibus in mandatis dedit, vt regem amice monerent et ad saniora flecterent: sin vero nec istis moueretur, vt, adsumpto legato suo, vna cum archiepiscopis, Rhemensi et Senonensi aliisque honoratis viris regi indicarent, mentem hanc esse ac placitum pontificis, vt reginam Ingeburgam, quae nulla eum vel affinitate vel nexu sanguinis tangeret, suum in thorum reciperet. Quod si nec ita promouere quidquam pos-



(s) Lib. XI. epist. CLXXXII. in qua: *ac demum si de partium processerit voluntate, causam in quolibet casu canonico fine decidat, vel ipsam sufficienter instructam ad nostrum remittat examen, praefigens partibus terminum competentem, quo per responsales idoneos nostro se conspectui repraesentent iustam auctore Deo sententiam recepturae.* Mandatum etiam Gualae concessum reperitur Lib. XI. epist. LXXXVI. cap. CLXXXIII. Adde lib. XIII. Epist. LXVI.

(t) Lib. XV. Epist. CVI. in qua: *Quare prudentissime rex, ab eo quaesumus proposito conquiescas; quod perpetuum animae tuae periculum generaret, et Dominus iustus iudex in eo te forte puniret, in quo contra ipsum tali modo peccares, ipsamque reginam pro Deo et propter Deum habeas propensius commendatam, quae pro seruanda lege coniugali, quam Deus ante peccatum in paradyso constituit, longo est martyrio macerata.*

possent, imperabat, vt legatus suo nomine sacris eum interdiceret (u).

§. XXXVI.

Quia vero idem Rex saepe commonitus, noluit adquiescere Petro Capuano Cardinali praecepit papa, quatenus, sublato appellationis obstaculo, totam terram ipsius ecclesiastico subiiceret interdicto, vt nullum in ea, praeter Baptisma paruulorum et poenitentiam morientium, diuinum celebraretur officium, si forsan ei vexatio tribueret intellectum. Congregato igitur ann. MCC. apud Diuionem Archiepiscoporum, nec non Abbatum, et aliorum multorum concilio, Rex praesentiens, quod idem legatus vellet procedere contra ipsum, per nuntios suos fecit ad sedem apostolicam appellari. (x) Legatus autem non vt appellationi deferret, sed vt differret ad tempus, quatenus alibi mandatum apostolicum commodius adimpleret, tandem apud Viennam, multis Archiepiscopis conuocatis, inter quos quidam de regno Francorum fuere praesentes, interdicti sententiam promulgauit, mandans per litteras suas, quibus etiam tenorem apostolicarum inseruit litterarum vniuersis Ecclesiarum Praelatis, in terra Regis Franciae constitutis, vt eam et ipsi seruarent, et facerent per suas litteras obseruari. Quod si forsan Episcoporum aliqui contra eam ve-

(u) PONTANVS p. 228.

(x) *Gesta Innocentii* III, n. L. I. *Chronic. S. Benigni ad cyclos Paschales.* Anno MCC. *Concilium apud Diuionem: in ecclesia ista conuocatum est a Domino Petro Capuensi S. Mariae in via lata Diacono Cardinale, apostolicae sedis legato: et interfuerunt ibi Lugdunensis, Remensis, Bisuntinensis et Viennensis Episcopi, & Abbates, Cluniacensis, Verzelianensis, sancti Remigii Remensis, sancti Dionysii Parisiensis et alii quam plures, quorum numerum non expressimus: et durauit concilium a festo Nicolai, quod est Mense Decembr. vsque ad septem dies.*

venire praesumerent, scirent, se ab officio pontificali suspensos. Ceteris vero cuiuscunque dignitatis vel ordinis officiorum et beneficiorum administrationem penitus interdixit. Omnes autem ad festum Ascensionis Domini proxime tunc futurum de inobedientia responsuros ad sedem apostolicam appellarunt (y). Receptis igitur litteris eius, quidam in auditu auris obedire coeperunt, sicut canonici Senonenses, Parisiensis Episcopus, Siluanectensis, Suessionensis, Ambianensis, Attrebatensis, et quidam alii, sententiam interdicti firmiter obseruantes. Alii vero distulerunt ob-

(y) *Gesta Innocentii* c. I. *Chron. S. Benigni* c. I. *post paucos vero dies praedictus cardinalis apud Viennam particulare reuocauit concilium, vbi promulgauit sententiam a Domino Papa Innocentio datam in omni terra, quae subiacet et obedit regi Francorum: ita quod in ecclesiis nullum celebraretur officium diuinum, praeter baptisma puerorum et poenitentiam morientium. Et durauit interdictum apud nos a tertia die post purificationem beatae Mariae, vsque in Vigilia Exaltationis sanctae Crucis.* Vtrumque concilium confundit RIGORDVS *de gestis Philippi Augusti* ad ann. MCXCIX. *Eodem anno mense Nouembri in festo S. Nicolai conuocatum est Concilium apud Diuionem a Petro Cardinali, omnium Episcoporum Abbatum, et Priorum totius regni. Sed quia contra Regem Franciae regnum ipsius sub interdicto ponere moliebatur, a nuntiis regis ad Romanam sedem est appellatum. Tamen ipse Cardinalis appellationi non deferens, in eodem loco adstantibus Episcopis vniuersis sententiam protulit: sed usque ad XX. dies post Natiuitatem Domini non esse publicandam praecepit. Transactis vero XX. diebus a Natiuitate, tota terra regis Francorum interdicto subiacuit; Quo audito Rex vehementer iratus, quia Episcopi sui interdicto faciendo consenserant, ipsos Episcopos a propriis sedibus perturbauit, et canonicos eorum seu clericos omnibus rebus suis exspoliatos de terra sua eiici praecepit, et bona eorum confiscauit. Presbyteros etiam, qui in Parochiis manebant, omnes eiecit et bona eorum diripuit.* De hisce conciliis vide etiam LABBEI *collect.* Tom. XI. p. II. p. 11. HARDVINVM Tom. VI. part. II. p. 1955. PERE DANIEL Tom. I. p. 1348.

obseruare sententiam, sicut Rhemensis Archiepiscopus, Episcopus Laudunensis, Nouiomensis, Antissiodorensis Beluacensis, Morinensis, Meldensis, Carnotensis, Aurelianensis et alii forte perpauci, nuntios suos ad sedem papalem destinantes, per quos quasdam excusationes, licet friuolas praetendebant; sed promittebant, quod illis expositis, si demum placeret summo Pontifici, sententiam obseruarent. Cum igitur summus Pontifex excusationes illas euidentissimis rationibus improbaret, praecepit iisdem, vt et ipsi pariter obseruarent sententiam interdicti. Qui, audito praecepto, humiliter paruerunt, sicque tota terra Regis Francorum arctissimo est interdicto conclusa, ita vt clausis Ecclesiis nusquam in coemeteriis sepelirentur corpora mortuorum, quin etiam super terram seruabantur vbilibet insepulta. (z) Rex autem in tantam indignationem excanduit, vt Episcopos et alios Clericos, qui primo seruauerunt interdictum, ab Ecclesiis suis faceret violenter expelli et bona omnia occupari. Sed cum plebs vniuersa clamaret, Rex iam non valens ecclesiasticae seueritatis sustinere rigorem, nuntios suos quosdam, videlicet Clericos, et quosdam Milites ad summum Pontificem destinauit, conquerens multipliciter de legato, sed tamen offerens per eosdem iuratoriam cautionem, quod coram legatis vel delegatis iudicibus staret Iuri. Quibus prudentissimus Papa respondit: quod distinguendum erat, vtrum stare vellet iuri dictato, vel dictando; si iuri dictato, vt videlicet secundum Ius, quod dictauerat superinductam a suo remoueret consortio, et Reginam reciperet antedictam, libenter reciperet cautionem, immo sine cautione qualibet, si hoc faceret, relaxaret sententiam interdicti, dummodo prius Episcopi et Clerici destituti plenam fuissent restitutionem adepti. Si vero iuri dictando, videlicet, vt secundum ius quod

(z) *Gesta Innocentii* III. n. LII.

quod dictitaret, affinitatis decideretur articulus, cautionem oblatam reciperet ad cautelam, dummodo superducta remota, Reginam prius reciperet memoratam. Hoc autem cum Rex per nuntios a sede apostolica reuertentes audiisset, spiritus eius coepit multipliciter anxiari; quia nec illam volebat recipere, quam habebat vehementer exosam, nec istam dimittere, quam habebat nimis acceptam. Verum, conuocatis quibusdam Principibus, tam ecclesiasticis, quam mundanis, coepit deliberare cum illis, quid ei foret in hoc articulo faciendum! Quibus vnanimiter respondentibus, quod parendum erat papalis sedis mandatis, quaesiuit ab auunculo suo Remensi Archiepiscopo, qui sententiam diuortii promulgauerat, vtrum verum esset, quod sibi Dominus Papa scripserat, videlicet, quod illa non erat diuortii dicenda sententia, sed ludibrii fabula nominanda? Qui cum respondisset, verum esse, quod scripserat summus Pontifex (non enim audebat aliud respondere) statim Rex intulit, dicens: Ergo tu es stultus et fatuus, qui talem sententiam protulisti. Remissis igitur nuntiis, instabat prius, quod videlicet relaxato interdicto cognosceretur de iure. Sed cum nec minis, nec precibus, nec promissis animus summi Pontificis flecti posset, in fundamento iustitiae solidatus, Ipsius arbitrio se submisit. Qui Octauianum Ostiensem Episcopum legatum in Franciam destinauit, talem sibi formam praefigens, vt ante omnia satisfactionem plenariam de damnis et iniuriis Clericis et Ecclesiis irrogatis faceret exhiberi, ita quod ii, qui propter obedientiam et reuerentiam apostolicae sedis graues perpessi fuerant contumelias et iacturas, per apostolicam sedem sibi sentirent et gauderent congrue satisfactum; deinde superinductam praeciperet a Regis consortio tam carnaliter quam localiter remoueri; vt non solum a Regis amplexibus, verum etiam a regni finibus faceret illam excludi, et praefatam Regi-

nam ab ipso Rege solenniter recipi et regaliter pertractari, recepta publice iuratoria cautione, quod eam sine Iudicio Ecclesiae non dimitteret; et sic relaxaret sententiam interdicti, reseruata sibi correctione illorum, qui ab initio non seruauerunt interdictum. Et si post frequentes et diligentes admonitiones et exhortationes idem Rex praefatam Reginam sicut legitimam habere nollet vxorem, sed mallet matrimonium accusare, praecepit eidem legato, vt pro termino peremptorio ad inchoandam causam spatium sex mensium assignaret; infra quod, si praefata vellet Regina, commoneretur Rex Danorum, Germanus ipsius, vt ad defensionem ipsius viros prudentes cum Aduocatis et testibus et aliis quibuslibet necessariis sub apostolica et regia securitate dirigeret competenti loco de libera voluntate partium assignato. Associauit autem de libera voluntate partium Ostiensi episcopo, ad examinationem et defensionem causae istius, Iohannem, tituli sanctae Priscae Presbyterum cardinalem iniungens eidem, vt assidentibus sibi viris religiosis, literatis, et prouidis, causam ipsam sufficienter, diligenter, ac patienter examinare curarent, taliter in verbis, et operibus aliisque circumstantiis se habentes, vt nulla de ipsis posset suspicio suboriri, sed iuris ordine per omnia obseruato securitatem et libertatem parti saepe dictae reginae per omnia prouidentes, causam ipsam mediante iustitia terminarent. Profectus est Ostiensis episcopus secundum hanc formam ad regem Francorum, et tam ab ipso, quam ab eius Magnatibus honorifice ac deuote receptus, fecit inprimis ecclesiis et ecclesiasticis viris de damnis et iniuriis satisfieri congruenter, ac deinde reginam de loco, in quo fuerat, ad quoddam regale castrum adduci, vbi praesentibus Archiepiscopis et Episcopis regnique Magnatibus et tam Cleri quam populi multitudine copiosa, rex ad mandatum legati reginam recepit, faciens in ani-

animam suam Iuramento firmari, quod honorifice eam vt reginam tractaret et absque Iudicio Ecclesiae non dimitteret. Et sic ipse legatus sententiam interdicti, quae per octo menses durauerat, relaxauit, cum multo gaudio et applausu. Sed non multi sibi detraxerunt, quod Papalis mandati forma neglecta in quibusdam superficialiter processisset. Superinductam autem rex a suis separauit amplexibus, sed a regni finibus non exclusit, quia grauida erat et partui iam vicina. Porro causam ipsius dominus indicauit; quia post partum grauiter infirmata, debitum carnis exsoluit (a). Papa vero liberos eiusdem Philippum et Iohannem legitimauit, quod tamen multis displicuit. Cum igitur idem rex non posset induci, vt ipsam reginam vellet maritali affectione tractare, assignati sunt certi dies et certus locus ad causam, in quo apud Suessionem praesentibus partibus, ambo interfuere legati; coram quibus causa coepit suo marte tractari. Et licet rex plures et maiores Aduocatos haberet, non tamen defuit, qui propter Deum verbum faceret intrepidus pro Regina (b). Videns ve-



(a) *Gesta Innocentii* III. n. LIV. PONTANVS p. 288. P. DANIEL p. 1349. ROGERIVS HOVEDENVS *Hist. Angl.* p. post. p. 810.

(b) RIGORDVS p. 44. *anno Domini MCCI. in Natiuitate beatae virginis, Octauianus Ostiensis et Velletrensis episcopus venit in Franciam legatus. Per cuius admonitionem dominus rex Ingeburgem vxorem suam in qualemcunque gratiam recepit, et superinductam ad tempus a se separauit. Tunc vero conuocatum est concilium Suessioni ab Octauiano et Ioanne de S. Paulo presbytero cardinali, apostolicae sedis legatis: cui interfuit Philippus rex cum Archiepiscopis, Episcopis, et totius regni Principibus mense Aprili, vbi tractatum fuit per XV. dies de matrimonio Ingeburgis Reginae confirmando et separando. Post varias et multas Disputationes Iurisperitorum, rex longa mora taedio affectus, relictis ibi Cardinalibus et episcopis, cum Ingeburge vxore sua summo mane ipsis insalutatis recessit: mandans*

vero rex quod parum proficeret, cum diebus aliquot litigasset, indignatus recessit, nolens coram ipsis legatis vlterius litigare. Summus autem Pontifex, etsi nunquam potuerit regem inducere, vt ipsam Reginam diligeret, nunquam tamen cessabat nec blandis nec asperis agere apud ipsum, vt eam faceret regaliter honorari, consolatorias et confortatorias ei litteras saepe transmittens (c), et per proprios nuntios eam faciens visitari, de contingentibus nihil mittens, etiamsi regi plurimum displiceret. Nam eadem regina conquerebatur, se magis esse incarceratam, quam restitutam, cum etsi rex in victu et vestitu competenter ei faceret prouideri, adeo tamen arcte faciebat eam apud Stampas (d) in regio palatio custodiri, quod nec ipsa permittebatur intrare, sicque manebat omnino solatio destituta (e). Habuisse etiam ipsum in animo Hermanni Thuringiae Landgrauii filiam ducere in matrimonium, docet ipsius Conuentio de A. MCCX. apud BALVTZIVM (f) huius tenoris: *Haec est Conuentio, quam fecimus iurari in animam nostram, quod nos filiam Landgrauii Thuringiae accipiemus in vxorem, nisi ita esset indecens, quod nobis displiceret, si dictus Landgrauius procuraret erga dominum Papam, quod diuor-*

*dans illis per nuntios suos, quod vxorem suam secum ducebat, sicut suam, nec separari tunc ab ea volebat. Quo audito, solutum est concilium, stupefactis cardinalibus et episcopis, qui ad diuortium faciendum conuenerunt. Et tunc Ioannes de S. Paulo cum nimia erubescentia penitus recessit. Octauianus autem in Francia remansit. Et sic Philippus rex hac vice manus Romanorum euasit.*

(c) Talis est inter Epistolas Innocentii lib. XIII. ep. LXVI.

(d) IO. TILIVS *Chron. reg. Franc.* ad A. MCXCVI. *Rex vxorem ducit Gelbergam Dani regis sororem, quam intra tertium mensem repudiatam et in Stamparum arcem coniectam asseruari iubet, mense Iunio sequenti Agnetem ducis Morauiae filiam accepit.*

(e) *Gesta Innocentii n. LV.*

(f) *Miscell.* lib. VIII. p. 1245.

*uortium celebraretur inter nos et Reginam vxorem nostram, vel nisi ei tantum daremus de pecunia nostra, quod quitaret nos de hac Conuentione.* Actum Parisiis A. Domini MCCX. mense Nouembri.

## §. XXXVII.

Diuersae autem diuortii cum Ingeburge causae allegantur: Prima, quod in gradu cognationis prohibito cum ipso fuerit constituta: altera, quod eidem cohabitare nequiret, tertia foetidus oris spiritus. Verum licet primum iuramento fuerit confirmatum, consanguinitas tamen cum priore coniuge non adeo propinqua erat, vt matrimonium potuisset impedire (g). Nec alteram iustam fuisse



(g) Patet hoc ex schemate apud PONTANVM p. 281.

Sueno
Estritius Rex Danorum.

| | |
|---|---|
| Ericus bonus | S. Canutus. |
| I. | I. |
| Canutus dux Slesuici et rex Obotritorum vxor Ingeburga Ruthenia. | Carolus. |
| I. | I. |
| Waldemarus R. Daniae. | Theodoricus Flandriae Comes. |
| Canutus R. Daniae. — Ingeburga Philippo Augusto Galliae R. nupta. | I. |
| | Philippus Flandriae Comes. |
| | I. |
| | Isabella prima coniux Philippi Augusti. |

MEZERAY *Albregé Chronolog. p. 600. Tom. I.* Hanc tamen affinitatis proximitatem praetextam causam fuisse, testatur Innocentius

fuisse, satis ex superioribus patescit, dum ipsam omnino carnaliter cognouerit. Tertiam causam scriptores quidam edunt, ab ipso autem rege vnquam fuisse prolatam, non legi, nec etiam ista iustam diuortii causam praeberet. Licet enim talem infirmitatem, vt quis coniugi non possit cohabi-

tius III. Papa c. *per venerabilem, qui filii sint legitimi*, ad nobilem virum Gu. Montispessulani rescribens: *Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulandi, quod cum rex Francorum I. Reginam dimiserit, et ex alia postmodum superducta puerum suscepit et puellam, et tu similiter, exclusa legitima, superduxeris, ex qua filios suscepisti; sicut cum filiis regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate Apost. se dispensandum. Verum si veritas diligenter inspicitur, non res similis sed valde dissimilis inuenitur: nam rex ipse a Regina per Rhemensem Episcopum. apostolecae sedis legatum fuit per sententiam separatus: tu vero vxorem tuam a te temeritate propria separasti. Ipse quoque priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse, sed tu in contemptum ecclesiae, aliam superinducere attentasti. Praeterea rex ipse contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, et coram praefato Archiepiscopo testes induxit: cuius sententia, quia cassata fuit solummodo propter iudiciarium ordinem non obseruatum, nos post restitutionem Reginae alios cognitores duximus deputandos; tu vero vxori tuae nihil quod diuortium induceret, obiecisti: cum etsi fides thori sit vnum de tribus bonis coniugii, non tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset. De filiis ergo eiusdem regis, vtrum legitimi vel illegitimi fuerint, quamdiu pendet quaestio affinitatis obiectae, potest non immerito dubitari. Nam si affinitas fuerit comprobata, praedictam Reginam non esse regis coniugem apparebit, et per consequens etiam videbitur sibi legitime copulata et filios eos legitimos peperisse. Insuper cum rex superiorem in temporalibus minime cognoscat, sine iuris alterius laesione in eo se iurisdictioni nostrae subiicere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per se ipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam Princeps cum subditis, potuit dispensare) tu autem nosceris aliis subiacere: Rationibus igitur his adducti, regi gratiam fecimus requisiti.*

bitare, inter diuortii causas referat Gregorius II. (h); et Stephanus II. (i) Papa daemonum saltim infirmitatem et leprae maculam eo ducat, ad haec tamen oris foetidi spiritus minime erit referendus.

## §. XXXVIII.

Carolus IV. dictus Pulcher rex Gallorum duxerat in matrimonium Blancam, Ottonis Burgundici Comitis filiam, sed dum de adulterio esset conuicta, ad mortem fuit condemnata (k). Verum, postmodum in castrum Gaillard captiua fuit ducta. Ab hac igitur diuelli cupiebat Carolus, causam ad Iohannem XXII. Papam deferebat, praetexens cognationem spiritualem, dum Blancae mater Mathildis Carolum ex baptismatis fonte susceperit, et quod quarto consanguinitatis gradu inuicem essent coniuncti (l). Et licet Clemens V. Papa ratione dicti matrimonii dispensasset, illud tamen non in forma fuisse factum, dum legitima impedimenta non omnia fuerint expressa, iisdemque prospectum. Iohannes XXII. causam episcopo Parisiensi et Bellouanensi atque Godofredo de Plessis Protonotario papali examinandam committebat. Examinata ab ipso Papa Clementis V. dispensatione, et facta a commissario super di-

(h) c. 18. c. 32. qu. 3.

(i) Inter responsa in villa Carisiaca cap. II. BOEHMER *de iure principis euangelici circa diuortia* c. III. §. XXVI.

(k) P. DANIEL Tom. II. p. 387. - - -

(l) Sic enim in sententia exauctorationis. *Pro parte vero dicti regis fuit propositum replicando, quod dicta dispensatio, tum propter multiplicem consanguinitatem et affinitatem ex diuersis prohibitis gradibus prouenientem, tum etiam propter cognationem spiritualem ex eo contractam, quod praefatus Carolus per matrem dictae Blancae vna cum quibusdam aliis fuerat de sacro fonte leuatus, de quibus in dicta dispensatione sufficiens mentio non fiebat.*

diuortii caussis relatione, Papa XIV. Kal. Iunii MCCCXXII. pro nullo declarabat matrimonium et regi permittebat aliam vxorem in matrimonium ducere. Talis autem erat sententia (m): *de fratrum consilio, deliberatione prius diligenti praebabita, cum iisdem processimus in hunc modum. Quia per proposita et probata, primo coram Episcopo Parisiensi, et subsequenter coram nobis, euidenter apparet et clare, praefatos Regem et Blancam quarto consanguinitatis gradu ex vtroque latere respectu vnius stipitis esse coniunctos; constat etiam praefatam Mathildim comitissam Atrebatensem fore genitricem Blancae praefatae, et quod eadem comitissa ipsa vna cum prolibus aliis dictum Regem de sacro fonte leuauit, sicque comitissa ipsa matrina et Blanca praefata soror spiritualiter sunt dicti Regis effectae, quarum profecto consanguinitatum praedictarum quaelibet, ac spiritualis ipsa proximitas inter ipsum Regem et Blancam praedictam contracta sufficit ad impediendum non solum contrahendum inter ipsos Regem et Blancam matrimonium, sed contractum etiam dirimendum; nisi authoritate sedis apostolicae Impedimenta praefata per sufficientis dispensationis praedictae, data illa a Clemente V. fuerat, quae non omnia Impedimenta canonica exprimebat dissoluebatque, tam coram Episcopo Parisiensi praefato, quam coram nobis exhibitae pro parte Blancae praedictae, et ex aliis propositis et probatis, quod illa nequaquam omnia impedimenta expressa superius comprehendit, nec ad illa omnia aliquatenus se extendit; ipsosque Regem et Blancam volentes a vinculo, quo occasione dicti matrimonii mutuo tenebantur adstricti soluere, ac ipsorum cuilibet, quantum ad dictum matrimonium attinet, abeundi, quo voluerint, licentiam impertiri; sententiam inter ipsos diuortii proferentes, pronunciamus, et sententia-*

(m) Extat haec bulla vnacum procuratoriis apud BALVZIVM *de Papis Auenionensibus Collect.* actor. publ. p. 439. et apud RAYNALDVM *Annalibus* ad A. 1322. p. 235. VILLANI lib. VIIII. c. 161. P. DANIEL Tom. II. p. 420.

*tialiter declaramus, dictum matrimonium nullum esse, nec fuisse de iure; ipsis et eorum cuilibet impertientes licentiam, ad vota alia transeundi, praefato matrimonio non obstante, etc.* Blancae mater Mathilda et Dux Burgundiae aegre quidem hoc ferebant, vt se opponere cogitarent, dum vero animaduerterent, Blancam non tanquam adulteram condemnari, adquiescebant (o).

§. XXXVIII.

Ludouicus XII. Dux antea Aurelianensis, Carolo VIII. Rege sine liberis defuncto, a. MCCCCLXXXXIIX. in regno Francorum successit. Vidua erat Anna Britannica de mariti morte nimium adflicta. Huic adhuc ducatus competebat Britanniae, quem per nuptias cum Anna adquirendi Ludouicus omnibus adnitebatur viribus. Ast impedimento erat matrimonium, in quo cum Ioanna Ludouici XI. filia gibbosa et deformi viuebat. Inde hasce nuptias dissolui eo magis exoptabat, quo magis exosa ipsi erat Ioanna. Hanc veram causam fuisse, docet nos FERRONVS: *angebat alia cura Regem, nam Anna Carolo prius nupta Brittannorum Principatum secum aufferebat Visa res est grauissima et quietem Gallicam conuulsura. Adhibito intimorum consilio, de repudianda Iohanna Valesia vxore, Caroli nuper Regis sorore, consilium iniit. Huic vni vitam acceptam et captiuus et odio apud fratrem flagrans Ludouicus debebat. Repudiaretne Regis sororem et eam sororem, cui tantum deberet? Quod si proceres Gallici grauiter id ferant? Haec aliquantulum agitata torserunt Regem. Denique populus, Vxorem, cui tot annis Rex assueuit, repudiari, quo tandem pacto augurabitur? Vicit aliorum sententia, qui et metu cum Iohanna contractum matrimonium, et*

(o) Innocentii III. Epistola, qua reginam super hoc repudio consolatur, extat apud du CHESNE T. V. p. 716.

*et contestationibus eo tempore adbibitis id constare, neque foedere vllo naturali contractum aiebant, asserente id Ludouico. Maligni rerum aestimatores varie id eius factum incessebant, quasi aiebant, vero id esse simile potest, cum Regi Carolo tres essent liberi? cum moerens Vxor captiui vitam a fratre, multis lacrymis impetrasset, metum, si quis initio adbibitus sit, nunquam purgatum, nullum mariti officium in tam bene de se meritam vxorem ab eo collatam, cubantem vna ex illius complexu aeque discessisse, atque aliam mulierem amplexantem pari amplexu non acceptam, desiderii eius expectationem non expletam, non pellectum animum non mitigatum tot lacbrymis, quas profunderant Vxoris oculi pro marito liberando* (p). Papam igitur adiit, matrimonium esse illicitum, repraesentans, eo quod Ioanna ipsi in quarto consanguinitatis gradu esset cognata et sine papali dispensatione contractum. Alteram causam praeferebat, quod Ludouicus XI. Ioannae pater, parens fuerit spiritualis ipsius, ideoque matrimonium ob cognationem spiritualem illicitum. Tertiam, quam Ludouicus XII. adlegabat, in eo consentiebat, vt dum sine parente esset, omni auxilio destitutus, minis Ludouici XI. eo fuerit adductus, dum ipsi de vita et bonis amittentibus fuisset metuendum, vt

(p) De Ludou. XII. p. 46. ROBERT. GVAGNINVS *Ludouico* lib. II. c. II. p. 280. *Mox iudicio Ecclesiae dimissa Ioanna, quam Vxorem, Ludouici metu, (cum gibbosa deformiter esset) inuitus duxerat; Annam Caroli relictam sibi copulauit, dato Iohannae in partem successionis Biturigum Ducatu.* BELCARIVS lib. VIII. *Comment. rer. Gallic.* p. 223. *Iudices causa cognita, Theologis doctissimis adbibitis, matrimonium nullum esse, Ludouico aliam Vxorem ducere, Ioannae alii Viro nubere licere, pronunciarunt: Ea Biturigum Ducatu donata innupta permansit, et septennio post e vita excessit. Ludouicus Annam Britannicam Caroli viduam Vxorem duxit, ne Britannia minor, priore Annae cum Carolo matrimonio trium ordinum consensu sceptro Gallico adiuncta, inde diuelleretur, et vel Anglis, vel aliis exteris nationibus Galliae inuadendae occasionem daret.*

vt Ioannam duceret vxorem. Dum etiam post Ludouici XI. mortem, de nullitate matrimonii sui dixisset, Carolum VIII. in tantum contra ipsum fuisse animatum, vt pro seruanda vita in Britanniam fugere fuisset coactus, vbi dum se in libertate constitutum videret, de separatione matrimonii cogitauerit. Causam etiam Romam detulerit, Carolum VIII. vero impediuerit, quo minus ad effectum duceretur, vt ideo negotium hoc vsque ad mortem Caroli VIII. differre fuerit coactus. Quartam causam adlegabat (q), quod ob corporis vitium ad coniugale debitum sit inhabilis (r). Haec singula, vt demonstraret, plures adduxerat testes iuratos. Licet potius singula haec adlegaret, vt tanto certius Caroli VIII. antecessoris sui viduae, quam a pluribus annis adamauerat, et cum ipsa Ducatu Britannico potiretur (s).



(q) LOBINEAV *Histoire de Bretagne* Tom. I. p. 823. ARGENTRE *Histoire de Bretagne* lib. XII. p. 805. *Le Roy iura que le mariage avoit estè faite de force, et qu'il ne l'avoit jamais cognue en douze ans de temps.*

(r) LOBINEAV *dans les Preuves* p. 1558.

(s) De quo VARILLAS *Histoire de François I.* Tom. I. p. 8. *ce Prince avoit pour sa femme toute la tendresse de l'Amour, et toute la force de l'amitié. Il l'avoit aimée de sa jeunesse, et s'étoit engagé pour elle à une prison de plusieurs années. Sa passion n'avoit point diminué par le chagrin de la voir mariée à Charles VIII. et s'il avoit eu de la joye à la mort de ce Prince, c'avoit plus été pour la femme, que pour la Couronne, qu'il lui laissoit. L'impatience de l'epouser lui avoit fait même violer plus d'une fois la justice, et la bien-seance. Il avoit solicité la dissolution de son mariage avec Jeanne de France fille et soeur des deux derniers Rois quoi qu'il lui eût obligation de la liberté et de la vie: il avoit juré devant les Commissaires du Saint siege, que le mariage n'avoit point été consommé, quoique cette Princesse eût juré le contraire, et les mirac[illegible] fit depuis semblerent confirmer ce qu'elle avoit dit:*

## §. XXXIX.

Dum igitur caussam ad Alexandrum Papam detulisset Ludouicus XII. iste primum commissarios ordinabat Ludouicum d'Amboise, Episcopum Albiensem, et Ferdinandum Episcopum Septensem. Quibus deinde ob causae difficultatem tertium addebat, Philippum Luxenburgensem, Episcopum Cenomanensem et Cardinalem S. Petri et S. Marcellini, coepit etiam Processus Turoni d. X. Augusti MCDXCVIII. Ast eo durante cum Anna vidua tractauit Ludouicus XII. eamque in matrimonium inuenit consentientem, si diuortium cum Iohanna fuerit insecutum. Vt igitur magis accelerarretur matrimonium cum Anna ineundum, Papae rogauit dispensationem, eamque obtinuit, licet gradus consanguinitate, et cognatione spirituali inuicem fuerint coniuncti (t). *Dictus enim Alexander Papa regi potissi-*

*st: il avoit soûtenu par écrit d'autres faits sur ce suiet qui n'etoient pas plus vraisemblables: il avoit corrompu par argent le secretaire du legat; et ayant sçu de lui que la permission de se remarier estoit expediée, il avoit epousé la Reine sans attendre que cette permission lui eût été mise en main, ce qui fut cause que le Legat emprisonna son secretaire. La Reine avoit été tellement maitresse de l'esprit du Roy, qu'il lui laissa la disposition entiere des affaires de Bretagne, après lui avoir donné la meilleûre part dans celles de France, cependant lors qu'elle voulut user de son credit contre la comtesse d'Angoulesme, et qu'elle parla de l'envoyer en Savoye sous pretexte d'y recueiller une succession considerable, le Roy lui fit entendre, qu'elle n'obtiendroit rien de lui sur ce point; et la raison qui l'obligea de s'expliquer si netement, fut qu'il etoit informé de quelques autres intrigues de plus grande importance que la Reine avoit commencées contre la comtesse et contre son fils, qu'il faloit deconcerter d'abord en ne lui laissant aucune esperance d'y reüssir.*

(t) LOBINEAV p. 824. *Louis XII. comptoit avec tant d'assurance que la sentence des Juges delegvez du Pape lui seroit favorable, que sans attendre qu'elle fust prononcée, il envoia demander*

*potissimum fauebat, eo quod non solum filium ipsius naturalem Caesarem Borgium ducem Valentinum fecisset, sed etiam se eum ad ciuitates ab Aemiliae Flaminiaeque vicariis possessas pontificio imperio subiiciendas iuuaturum, et trecentas auri libras maiores ad custodiam suam alendi specie in praesentia numeraturum susceperat.* Sic etiam GVICCIARDINVS (u): *Dum vero Italia ob Pisanas res in his molestiis versatur, nouus Galliae rex ad Insubriae imperium sequenti anno inuadendum, Venetos, qui incredibili in Mediolanensium ducem odio flagrantes, magno studio foedus cum eo moliebantur, sibi coniunctos fore sperans, se comparare non cessabat: sed maiori studio agebant rex et Pontifex, qui a Friderici affinitate exclusus, in eadem regni Neapolitani cupiditate perseuerans, toto animo ad gallicas spes conuersus, Valentino Cardinali, Carolotam, Friderici filiam, quae nondum nupta, in Gallica aula viuebat, copulare procurabat: cuius rei ab rege, in cuius potestate ea locata esse videbatur, spe accepta, Cardinalis mane sacrum senatum ingressus patrem et purpuratos reliquos, vt cum ipse nunquam animo ad sacerdotia procliuis fuisset, dignitatis cum ornatu deponendae facultatem sibi concederent, quo fata sua sequi posset, supplex rogauit: Sicque pallio et sago pro toga sumptis, iter in Galliam quam citissime adornabat, cum iam Pontifex regi diuortii cum vxore sua autoritate faciendi facultatem promisisset, et rex vicissim, quam primum Mediolanense imperium occupasset, se eum ad ciuitates ab Aemiliae Flamineaeque Vicariis possessas pontificio imperio subiiciendas iuuaturum, et trecentas auri libras maioris ad custo-*

 *diam*

*der a Rome les dispenses necessaires pour épouser Anne de Bretagne, dont le pere estoit petit fils de Louis Duc d'Orleans et de Valentine de Milan, aussi bien que lui; et d'ailleur la Reine Anne et lui avoient contracté une alliance spirituelle, Louis XII. aiant tenu sur les fonds un des enfans de la Reine. Le Pape accorda les dispenses a Rome le 13. de Septembr.*

(u) Lib. IV. p. 376.

*diam suam praesidii alendi specie, in praesentia numeraturum suscepit, quasi ipsius cum rege coniunctio multos in Italia ad insidias, quibus ipsum opprimeret, parandas, esset impulsura, quare rex, vt promissa praestarentur, pecuniam numerare coepit, et Pontifex diuortii causam, Settensi Episcopo nuncio suo, et Parisiensi ac Rotomagensi demandauit, quo in iudicio regis vxor per suos procuratores ab initio contradicebat: Sed tandem, cum Iudices non minus quam aduersarii potentiam suspectos haberet, Berrensi Ducatu, cum triginta millibus francicorum, ad victus sui sustentationem annuis acceptis, liti foroque cessit, sicque diuortio iudicum sententia comprobatò, ad nouum matrimonium perficiendum, nihil aliud quam Caesaris Borgiae, qui iam ex cardinali et Valenciae archiepiscopo miles ac Valentinus dux factus erat, aduentus expectabatur, quoniam rex eum centum cataphractis cum viginti millium Francicorum stipendio praefecerat, et Valentiam Delphinatus vrbem, cum totidem Francicorum millibus annuis et ducis appellatione concesserat: qui Ostiae a rege missis nauibus conscensis, sub anni finem ad aulam, pompa ac fastu incredibili peruenit, a rege quoque magno honore acceptus, et purpureum gelerum Georgio Amboysio Rotomagensi Archiepiscopo, qui cum antea periculorum eiusdemque cum rege fortunae particeps fuisset, summae erat apud eum authoritatis, secum attulit, tamen ipsius ab initio actiones minime gratae fuerunt, quoniam paternum consilium secutus, liberationis desiderio regem magis ad consilia sua propensum, quam accepti beneficii memoria futurum sperans, se diploma secum attulisse negabat: sed cum a Settensi episcopo, clam regi veritas esset patefacta, ipse coram Deo diploma confectum esse sufficere ratus, eo non amplius petito, nouam aperte sibi matrimonio iunxit: quod in causa fuit, vt dux Valentinus, cum Diploma amplius retinere non posset, resciuissetque a Settensi episcopo eam rem fuisse patefactam, alio tempore post veneno illum clam sustulerit.*

§. XL.

## §. XL.

Interim continuabatur processus diuortii. Dicta Iohanna ad regis argumenta respondebat; licet alias metus causa esset sufficiens separandi matrimonium, is tamen, qualis fuerit Ludouici XII., dum vanus fuerit et friuolus, non suffecerit. Immo etiam tale matrimonium metu contractum progressu temporis factum fuisse validum. Dum ab ipso fuerit consummatum, ipsamque semper pro legitima vxore habuerit. Falsum etiam esse excipiebat, quod ratione consanguinitatis et cognationis spiritualis nulla interuenerit *dispensatio*, dum potius per Cardinalem S. Petri legatum Auenionensem, cui haec potestas a Papa concessa, ad vtrumque casum consanguinitatis et cognationis spiritualis directa, mandatum Francisco episcopo Aurelianensi hoc concessum, vt tanquam Iudex delegatus dispensauerit et vtrosque d. VIII. Septembr. MCDLXXVI. in castro Montrichard copulauerit (x). Et licet nihil ipsam impediuerit, quo minus post Ludouici XI. mortem, de praetexta coactione conqueri potuisset, ipsum tamen neque apud status regni Turonis congregatos neque Parisiis, vbi tamen contra Regem, eiusdemque regionem plurimam fuerit conquestus, quidpiam de ea protulisse. Et

(x) LOBINEAU c. l. *Qu'il n'estoit point vrai que leur mariage se fust celebré sans dispense du Saint Siege, tant sur la consanguinité que sur l'affinité spirituelle; sur quoi elle produissit vne copie du mandement de dispense accordé par le Cardinal de saint Pierre aux Liens Legate d'Avignon autorisé du Pape pour donné cette dispense, où les deux empeschemens estoient également specifiez, que ce mandement avoit esté, presenté à François Evesque d'Orleans encore vivant, lequel, comme Juge delegué, avoit accordé la dispense, et marié le 8. de Septembre en 1476. dans la Chapelle du chasteau de Montrichard les deux conioints, tous deux en âge de puberté, Louis estant né le 27. de Junii en 1462. et elle le 23. de Avril 1464.*

Et licet per aliquod tempus in custodia fuerit detentus, hoc tamen minime factum ad impediendum diuortium, sed quod arma contra Carolum VIII. adprehenderit, Iohannae etiam, postquam per ipsius sollicitationem fuerit liberatus, frequentius cohabitauerit. Nec statum corporis sui ipsam impedire, quo minus conciperet, de quo aliquoties spes adfuerit. Immo Christiano et honesto homini parum esset conueniens, tanto tempore cum ipsa vixisse, et eandem pro coniuge non habuisse. Ad haec Ludouicus XII. saltim replicabat, ipsam defectu quodam singulari laborare, qui nemini quam ipsi sit cognitus, qui ipsam impediat, quo minus conciperet. Dum vero iste aliter non, quam per inspectionem corporis cognosci poterat, Ioanna vero eidem se nollet subiicere, talem inspectionem foeminis Principibus non conuenire adlegans, potius contrarium patere, quod ipsam saepius carnaliter cognouerit, ac inde totum factum plane denegabat (y). Causa hinc inde agitata conue-

(y) LOBINEAV p. 825. *Tout ce que repliquoit Lois XII. sur la plus-part de ces responses, estoient de pures chicanes. Il insistoit particulierement sur vn defaut dont il n'y avoit, que lui, qui pust avoir connoissance, et qui selon lui, mettoit la Princesse dans l'impossibilité de concevoir et d'enfanter. Elle n'en convenoit pas, et ce different ne pouvoit estre evidé que par la visite, à moins qu'elle ne consentist de s'en rapporter au témoignage de celui contre qui elle se defendoit. Sa pudeur avoit deja trop souffert, d'avoir à parler et à repondre sur des matieres de cette nature, elle ne pût se resoudre à souffrir la visite et fit representer aux Iuges: que l'on n'en vsoit pas avec vne Princesse de son rang comme on en vseroit avec des femmes du commun, que le iugement que l'on pouvoit porter sur vne visite de cette sorte estoit trompeur; enfin qu'il lui restoit encore selon la forme du droit, de presenter des faits peremptoires, entre les quels estoit celui de sa compagnie charnelle que le Roy son epoux avoit eue tant de fois; qu'elle pretendoit le faire reponire sur cet*

uenie bant Iudices in Ecclesia S. Dionysii, Ambosiae, atque hoc matrimonium Ludouici XII. cum Ioanna lata d. XVII. Decembris MCDXCVIII. sententia pro nullo declarabant, facultatem regi tribuentes alteri nubendi. Talis autem erat sententia (z). Rescriptis apostolicis nobis in hac parte directis, petitione domini actoris, exceptionibus peremptoriis, et defensionibus praedictae dominae reae, replicis eiusdem domini actoris, responsionibus eius ad positiones, eiusdem dominae reae super ipsis suis exceptionibus et defensionibus in eius propria persona factis, testium pro parte praefati domini actoris productorum depositionibus, obiectis reprobatoriis per ipsam dominam ream contra eosdem testes, et saluationibus domini actoris in contrarium datis, litteris, contractibus, et munimentis hinc inde productis, conclusione in causa, assignatione ad audiendum ius, cum actis causae; ceterisque visis et consideratis, quae videnda et consideranda erant in hac parte, exquisito et communicato nobis cum Reuerendissimorum vnius cardinalis, Archiepiscoporum, Episcoporum, et literatissimorum, tum Doctorum Theologorum, quam Iurisperitorum, in magno numero, consilio, deliberatione prouida, per hanc nostram sententiam definitiuam (quam pro tribunali sedentes, solum Deum, ex cuius ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus prae oculis habentes, ferimus in his scriptis) dicimus, declaramus et pronunciamus matrimonium inter ipsas partes contractum et de cuius viribus fuit in hoc iudicio actum, non tenuisse aut tenere, sed fuisse et esse nul-

*cet article et qu'elle esperoit, qu'il auroit assez la crainte de Dieu devant les yeux, pour ne pas nier vn fait si constant.*

(z) Extat apud LOBINEAV *dans les Preuves* p. 1559. et apud DV MONT *corps Diplom.* Tom. III. P. II. p. 404. Vide P. DANIEL p. 1653.

nullum, nulliusque momenti, obligationis vel efficaciae, nec obſtare, quo minus cum alia matrimonium efficax in Domino contrahere valeat praelibatus Dominus actor, licentiam ſibi de hoc faciendo (quatenus opus eſſet) concedendo, et authoritate apoſtolica impartiendo, prout concedimus et impartimur, cauſis mediis et rationibus in proceſſu declaratis, ipſam Dominam ream ab expenſis, damnis et intereſſe releuantes. Licet haud deeſſent, qui hanc ſententiam pro iniuſta haberent (a). Inde d. VII. Ianuarii MCCCCLXXXXIX. Annam Britannicam duxit vxorem (b).

## §. XXXXI.

Magnus ille Gallorum Rex Henricus IV. duxerat anno MDLXXII. Margaretham Francisci I. Regis filiam, Caroli

(a) LOBINEAV p. 825. *Enfin apres vne longue ſuite de procedures, les iuges delegvez s'eſtant aſſemblez dans, l'Egliſe de S. Denis d'Amboiſe prononcerent le 17. de Dec. que le mariage qu'avoit eſté contracté entre Louis XII. et Jeanne de France eſtoit nul, et qu'il pouvoit ſe marier avec telle autre perſonne qu'il voudroit. Que ces Iuges euſſent eu vniquement Dieu en vûë, comme ils le proteſterent dans leur ſentence, c'eſt de quoi tout le monde ne convint pas; et l'on voit au College de Montaigu à Paris le tombeau, d'un homme qui oſa reprocher à Louis XII. qu'il avoit repudié ſa femme légitime ſans raiſon.*

(b) Extat contractus matrimonii apud LOBINEAV *dans les Preuves.* 1560. *et Argentre Hiſtoire de Bretagne* lib. XII. p. 806. P. DANIEL p. 1653. *Ce ne fut pas neanmoins ſans quelque ſcrupule du coté d'Anne de Bretagne: car la deſtinée de cette Princeſſe fut tout à fait bizarre à cet egard; Elle n'avoit eu pour mari Charles VIII. qu'apres vne eſpéce de Divorce, fait avec Maximilien d'Autriche, qu'elle avoit épouſé par Procureur: et elle n'epouſoit Louis XII. qu'apres vn autre divorce, fait par ce Prince avec celle qu'avoit touiours paſſé pour ſa femme.*

roli IX. sororem (c) eandem etiam post nuptias Parisienses in Nauarram fuerat secuta. Verum, dum sterilis esset, et Rex aliarum amore, maxime Gabrielidis d'Etrée fuisset captus, ipsam exosam habere coepit, cogitans, qua ratione matrimonium hoc dissolueret. Ast ista quousque Gabrielis viueret, consentire nollebat: ex metu Gabrielidem ne duceret vxorem, quod etiam in animo habebat Henricus (d),



(c) Reformatorum consultationes super hoc matrimonio, an propter diuersitatem religionis et gradus proximitatem possit consistere, vide apud BAPTISTA LE GRAIN *la Vie et gestes de Henry IV.* p. 204.

(d) *Histoire des Amours de grand Alcandre* p. 243. *Devantque le Roy fut amoureux de Crisante* (Gabrielis) *il poursuivoit de faire trouver bon à Melisse* (Margarethe) *de se demarier d'avec luy: C'estoist vne tres grande Princesse fille et soeur de Rois: mais qui estoit moins chaste que Lucresse, aussi estoient ils separer il y avoit long temps, et elle l'avoit quitté et s'estoit fait conduire dans vn chateau extremement fort, pour estre situé sur vne haute montagne en vn païs tres aspre, qu'elle avoit fait fortifier entre cela autant qu'il luy avoit esté possible: Elle avoit monstré de vouloir consentir à cette separation sous de certaines conditions, et on estoit comme d'accord; mais cette nouvelle amour, eloigna fort ce traitté, d'autant, qu'Alcandre avoit peur qu'estant libre, ses plus affectionnés serviteurs le pressassent de se marier, ce qu'il n'eut voulu pour quoy que ce fut ne voulant ny ne pouvant aymer que Crisante, qu'il eut tachée de luy parler de cela. Elle estoit aussi mariée de son costé; si bien qu'il ne parloit que d'amours sans nopces et* p 255. *Elle avoit aussi gagnè des gens pour porter la Reyne; lors femme d'Alcandre, de rompre leur mariage, qui ne luy pouvoit produire qu'vne fortune tres malheureuse et pleine de mefance; mais pour l'heure elle ne pût rien obtenir sur son esprit.* PEREFIXE p. 801. *La Reine Margarethe, qui depuis plusieurs années avoit quité le Roy et apres diverses avantures s'estoit enfermée volontiairement au fort Chateau d'Vsson en Auvergne, eut permission de venir à Paris.*

Gabrielide vero defuncta, ipſa Margaretha pro diſſoluendo matrimonio apud Papam Clementem VIII. agebat, eo quod ad illud ineundum a Carolo IX. fratre fuiſſet coacta, ipſi etiam tertio conſanguinitatis gradu cognata (e). Dum etiam Parlamentum penes ipſum inſtaret (f), vt Vxorem aliam duceret, ne ſine haeredibus moreretur.

## §. XXXXII.

Hac de re ſic ſcribit THVANVS (g): Margaretha quippe Ioannae Labretanae Regis matris parens Franciſci I. ſoror erat, et ita tertio gradu inuicem ſe contingebant, de quo Pontifex ante contractum matrimonium minime gratiam fecerat, quippe Rege tunc proteſtantium doctrinae ad-

(e) PEREFIXE *Hiſtoire de Henry IV.* p. 299. *Les bons françois deſiroient avec paſſion, qu'vn ſi bon Roy pût laiſſer des enfans legitimes. Ils n'avoient pas oſé le trop preſſer de prendre vne femme capable de luy en donner tandis que Gabrielle vivoit, de peur qu'il ne l'epouſaſt; Et dans la meſme crainte la Reine Margarite n'avoit point voulu auſſi preſter ſon conſentement à diſſoudre ſon mariage. Mais lorsque Gabrielle fut morte, elle y donna Volontiere les mains et adreſſa vne requeſte au ſaint Pere, pour demander elle meſme cette diſſolution, ſe fondant principalement ſur deux cauſes de nullité. La premiere eſtoit le defaut de conſentement; Car elle alleguoit qu'elle avoit eſté forcée de l'epouſer par le Roy Charles IX. ſon frere. La ſeconde eſtoit la proximité de parenté, qui ſe trouvoit entre eux au troiſieme degré dont elle diſoit qu'il n'y avoit point eu de diſpenſe valable.*

(f) SVLLY *Memoires* T. I. c. LXXX. p. 392. *Hiſtoire des Amours* p. 362. FR. d'AVBIGNE *hiſtoire vniverſelle lib. V.* c. V. p. 40. *La cour de Parlament prit lors les affaires du Royaume á coeur et par vne harangue bien premeditée, que prononça la Guesle procureur general, exhorta le Roi á penſer á vn mariage, par le quel il puſt donner á la France vn Dauphin et vne ſucceſſion directe pour eviter les maux, que les collaterales portent avec Roi.* PEREFIXE p. 299.

(g) Lib. CXXIII. p. 885.

addicto, et gratiam illam ac clauium potestatem spernente, quam licet post tumultum Parisiensem a Gregorio XIII. quasi praua doctrina tunc eiurata, adeptus sit, tamen gratiam a Pontifice factam minime valere: quippe Margaritha minime postulante, atque adeo contra ipsius voluntatem concessam. Nam illam reuerentia materna, et vt Carolo fratri, qui ipsi loco patris et Regis erat, morem gereret, coactam, nec sponte ab initio nupsisse, et Pontificem rei ignarum, illi vt consentienti, atque Regi Nauarrae, tanquam ad gremium ecclesiae verae reuerso, prohibiti gradus gratiam fecisse. Atqui quantum ad Regem spectat, subito patuisse, quicquid post tumultum fecit, id metu qui in constantissimum virum cadere potest, coactum fecisse, protestatione, vbi ex aula post profugit, edita, qua Caluini doctrinam se semper retinuisse professus est, ab eoque tempore semper in eodem errore perseuerasse. Margaritham vero semper metum et reuerentiam postea obtendisse, neque de dispensatione post consummatas nuptias concessa quidquam resciuisse, et XIV annos continuos ab Henrico seorsim mansisse, quae cum ita sint, Pontificem cum neutro dispensare aut voluisse, aut potuisse. Nam dispensationem, quae contra Ius est, stricte intelligendam et interpretandam esse, sicuti ab Alexandro rescriptum est, et iuxta Concilium Tridentinum dispensationes gratiose concessas nullum sortiri effectum, nisi prius ab ordinariis tanquam delegatis apostolicis de iis cognoscatur. Nullum autem nouum partium consensum, nullam parochi, Episcopiue cognitionem ad dispensationem accessisse; nullum proinde matrimonium ab initio fuisse, neque ex postfacto conualuisse. Aliud et impedimentum subesse, quod, quo minus legitimae nuptiae coierint, obstitit, nempe cognationem spiritualem. Nam Henricum II. Francorum Regem Margaritae patrem, Henricum, qui nunc felicissime regnat,

 de

de ſacro fonte anno MDLIV. leuaſſe. antequam res in aula Romana agitaretur, ex compacto Margareta, quae tamdiu iam a Viro abfuerat, publico Vſſoni in Aruernis Inſtrumento confecto pridie Non. Febr. procuratores ſuos conſtituerat, Martinum Anglum libellorum ſupplicum Magiſtrum et Eduardum Molaeum in Senatu digniſſimum aſſeſſorem, per quos apud Regem petebat, quandoquidem propter prohibitum conſanguinitatis gradum, religionis diſſidium, neque adhibitum ea in re neceſſarium conſenſum, aliaque impedimenta, nuptiae legitimae inter Regem et ipſam coire ab initio non potuiſſent; neque proinde cum Rege, a quo diu iam abfuerat, tanquam cum marito ſalua conſcientia manere poſſet, inſuper ad eam iam aetatem perueniſſet, qua de prole ſuſcipienda deſperaret, quod vnice non ſolum a Rege, ſed a cunctis regni ordinibus exoptabatur, Rex in bonam partem acciperet, ſi apud Pontificem alioſue quosuis Eccleſiaſticos Iudices inſtaret, vt matrimonium illud nullum declararetur, liceretque Regi libere ac legitime aliam vxorem, ad ſperatam prolem ſummo regni bono ſuſcipiendam ducere.

## §. XXXXIII.

Rex tandem petitionibus et vxoris et parlamenti motus matrimonii diſſolutionem dictas ob rationes itidem a Papa petebat, legatis ſuis, Cardinali Oſſato et Nicolao Brularto Sillerio negotium hoc committens (h). Cauſa in conſiſtorio papali agi-

(h) SVLLY *Memoires* Tom. I. c. LXXX. p. 392. *Hiſtoire des Amours* p. 362. PEREFIXE p. 300. *La cauſe rapportée au Conſiſtoire, le Pape donna commiſſion a des Prelats de la juger ſur les lieux ſelon les droits de cette Couronne; Qui ne ſouffrent point que l'on traduiſe les François pour pareille nature d'affaires de-la les Monts, ou il leur ſerait presque impoſſible de faire aller les temoins et les preuves neceſſaires.* - - -

agitata, secundum Priuilegia regni Gallicani, quae postulant, vt eiusmodi causae in ipso regno indagarentur. Pontifex Cardinalem Ioiūsam, Casparem Mutinensem episcopum, suum apud regem Oratorem et Horatium Montanum Archiepiscopum Arelatensem delegauit, qui de causa cognoscerent, diplomate ad eos VIII. Kal. Octobris directo. Cum igitur aliquoties delegati in aedibus Henrici Gondii Episcopi Parisiensis conuenissent, et quoniam in causae cognitione res versabatur, diligenter eam adhibitis probationibus, et interrogationibus ac declarationibus inspectis examinassent, tandem matrimonium ob consanguinitatis gradum, erroris in fide vitium, cognationem spiritualem, alterius partis metum, ac dissensum ab initio nullum pronunciarunt, libertatemque vtrique parti fecerunt, coniugium cum alia parte contrahendi. Sententia mox Romam missa, vt a Pontifice, a quo iudices dati erant, confirmaretur (i). De quo BAPTISTA LE GRAIN (k) sic scribit: *On faloit-il commencer par la dissolution du Mariage qui avoit esté pratiqué entre le Roy lors Roy de Navarre et ladite tres illustre Princesse M. Marguerite de Valois pour accomplir ce massacre detestable de la S. Barthelemy, le quel on fait eclorre par la conjonction de deux Ames innocentes, et qui n'ont jamais rien plus detesté que meurtre: Le Pape Clement VIII la vie du quel a esté vne perpetuelle sollicitation de Paix aux Princesse de la Chretienté ordonna des Juges pour cognoistre de la validité où invalidité de ce mariage; qui furent Monsieur le Cardinal de Joyeuse, l'Evesque de Modene, Nonce du Pape en France et l'Ar-*

(i) Verba sunt THVANI p. 886. qui etiam p. 885. scribit: *Sed nec deerant exempla domestica, huiusmodi matrimoniorum ob sterilitatem, cognationem, mores aliasque iustas causas publicam tranquillitatem spectantes, summo regni bono dissolutorum.* Inde diuersa allegat exempla PEREFIXE p. 300. P. DANIEL Tom. III. p. 1853.

(k) *La vie et les gestes de Henry IV.* p. 749. seq.

*l'Archevesque d'Arles, lesquels le declarerent nul; et sur leur sentence sa sainɛteté permit au Roy de se marier ou bon luy sembleroit.*

## §. XLIV.

De hoc diuortio optime P. DANIEL tali ſcribit ratione (1): *Ce n'étoit pas seulement depuis la paix, que le Roy avoit pris le dessein de faire casser son mariage avec la Reine Marguerite. Il y pensoit meme avant sa conversion, et de l'an MDXCII il travailloit à obtenir la dessus le consentement de cette Princesse. Les humeurs sympathisoient si peu, que quoy qu'il en dut couter le rang de Reine de France à Marguerite, elle s'y resolut sans beaucoup de peine; peut-être meme la chose auroit elle été faite bien plûtot, sans que le Roy se fit Catholique; et qu'après cette démarche, c'étoit une necessité pour luy d'avoir sur ce divorce une sentence du saint Siége. Il falloit avant que d'en venir là, qu'on le reconnut pour Roy à Rome, ce qui ne ce fut pas si tot; et quand il eut receu son absolution, les guerres qu'il eût â soutenir, l'empecherent de presser cette affaire.*

*Désque Monsieur de Sillery fut arrivé â Rome, le Cardinal d'Ossat et luy en parlerent au Pape, qui ayant fait examiner la chose par des Cardinaux et des Theologiens, nomma des Commissaires, pour en faire une plus exaɛte discussion sur les lieux. Ce furent le Cardinal Francois de Joyeuse retourné depuis peu de Rome en France. Suspard Silingardi Evêque de Modéne, que le Pape envoya, avec la qualité de Nonce aupres du Roy, et Horatio ad Monte Archevêque d'Arles. Comme les deux parties se trouverent consentantes, et qu'il n'y avoit point l'enfans du Mariage, tout consistoit à bien vérifier les faits, sur les quels la Requête pour le divorce étoit fondée. Il y en avoit*

(1) Tom. III. p. 1852. adde KHEVENHÜLLER *Annal. Ferdinandeos* Tom. II. p. 342.

*avoit trois principaux. Le premier étoit, que la Reine Marguerite, n'ayant encore que dix neuf ans, avoit été violentée dans ce mariage par le Roy Charles IX. son frere, et par la Reine Catharine de Medicis sa mére; Le Second que Marguerite et le Roy étoient parens au troisieme dégré, et qui ni luy ni elle n' avoient point demandée la dispense de consanguinité, le Roy parce qu'il etoit Huguenot; et la Princesse, parce qu'elle ne consentoit pas â ce Mariage. Il est bien vray que le Roy Charles IX. l'avoit obtenüe de Rome; mais il l'avoit demandée sans consulter la Princesse. Il est vray encore que depuis le Mariage consommé le Roy de Navarre l'avoit demandée luy méme, mais c'etoit sur un faux allégué, disant par la crainte de la mort aprés la saint Barthelemy, qu'il étoit catholique, quoy qu'il ne le fut pas en effet. Outre que cette dispense n'avoit point été présentée et à l' Evêque de Paris n'insinuée. Le troisieme fait étoit la cognation spirituelle. Henry II. pére de Marguerite ayant été Parrain du Roy; car bien que cet empechement de Mariage entre les enfans du Parrain et le Baptiste eut été retranché par le concile de Trente, cependant ce concile n'ayant point été receu en France, il y faisoit une difficulté particuliere.*

*Le Roy et la Reine furent interrogez juridiquement sur ces trois points, et sur plusieurs autres motifs, de la Requête presentée au Pape pour le Divorce. La Reine attesta avec serment, qu'elle avoit été forcee contre sa volonté à ce Mariage; qu'elle n'avoit non seulement jamais demandé la dispense; mais qu'il n'y avoit qu'un an ou deux qu'elle sçavoit qu'il y en eût eu une et que depuis qu'elle en eut eu connoisance, elle n' avoit eu nulle intention de l'accepter, ni de s'en servir, y ayant quatorze ans qu'elle n'avoit veu le Roy. L'Article de la violence faite fut examinée avec toute l'exactitude possible. Neuf témoins furent oüis la plûpart gens de qualité: c'étoient le Cardinal Pierre de Gondi le Marechal de Retz, Estienne le Roy Abbé commendataire de S. Martin de Nevers, Jerôme de Gondi*

*Premier Gentilhomme de la Chambre, Claude Pinart conseiller d'Estat, Nicolas Brulart conseiller d'Etat, Estienne Pean sieur du Sauger Secretaire de la feue Reine Mére, Charlotte de Beaulieu femme de François de la Tremoüille Marquis de Nermontier, Françoise Miquelot fille de chambre de la Reine Maire. Tous attestérent unanimement la violence et les menaces qu'on avoit faites â la Princesse, avec diverses circonstances, qui rendoient la chose indubitable.*

*Surquoy le Cardinal de Joyeuse, l'Archevêque d'Arles, et le Nonce du Pape rendirent leur sentence le dix septiéme de Decembre, par la quelle ils declarerent nul le mariage, contracté entre Henry Roy de France et de Nauarre, et Marguerite Duchesse de Valois. La procedure ayant été envoyée â Rome, le Pape approuva tout ce qui s'etoit fait, et le Roy fut entiérement libre, pour contracter un autre mariage selon les voeux de toute la France, qui souhaitoit passionement de luy voir un Successeur, et il n'y avoit pas lieu de l'espérer de la Reine Marguerite qui avoit déja quarante six ans, et qui passoit pour étre stérile.*

*Cette Princesse vécut depuis avec plus de douceur et de regularité, qu'elle n'avoit fait dans les prémieres années de son mariage. Le Roy luy ayant rendu son amitié, que ses anciens deportemens luy avoient fait perdre, elle s'occupa de l'etude et des conversations scavantes qu'elle avoit toûjours aimées, et fit de grandes aumones aux pauvres des revenus considerables qu'elle tiroit des comtez d'Auvergne et de Clermont, et de la Baronnie de la Tour. Elle mourut en MDCXV. dans son Hotel du Fauxbourg saint Germain, et son coeur fut déposé dans l'Eglise des Augustins, qu'on appelle encore aujourd'huy les Augustins de la Reine Marguerite, parce que cette Princesse fut leur fondatrice. On y voit au dessous de son coeur, son Epitaphe composée par l'Advocat General Servin.*

§. XLV.

## §. XLV.

Inter Galliae duces comitesque Henricus II. Dux Guisiae, Bruxellas se contulit, ibidemque viduam comitis Bossuuiani connubio sibi sociauit, magno gentilium suorum fremitu et stupore, et nemine non indignante, quod Annae Gonzagae, Caroli ducis Mantuae filiae, quam deperierat vsque adeo, vt ipsius inprimis amore clericatui et tot opimis beneficiis se abdicasse crederetur, cuique fidem matrimonii dederat, repudium inexcusabili leuitate miserit, animumque ad comitissam viduam ac pauperem contulerit. Hanc ipsam autem postea pari inconstantia deseruit, et in Galliam impetrata venia anno MDCXLIII. rediit (m). De Iacobo Commontio IMHOFIVS (n): *Prior eiusdem coniux Maria Sansimonia de Courtemer nupta initio fuerat Renato de Cordovan M. de Languey, cum qua diuortium fecit sententia curiae, apud quam impotentiae eum postulauerat, d. 8. Februarii MDCLIX. lata, approbatum: licet ille deinceps, ducta alia vxore, nempe Diana de Montaut de Nauailles, liberos 7. genuerit; quemadmodum in actis forensibus* (Plaidoyez) *Aeg le Maitre legere est.*

## §. XXXXVI.

Gastonis equidem Io. Baptistae Ducis Aurelianensis nuptiae cum Margaretha Lotharingica a Parlamento d. V. Septemb. MDCXXXIV. eo quod Rege non consentiente contractae eique contrariae sint, pro nullis fuerunt declaratae (o) et



(m) Verba sunt IMHOFII *Gen. Gall.* cit. L. p. 87.

(n) c. L. p. 201.

(o) Sic enim KHEVENHVLLER *annalibus Ferdinandeis* Tom. XII. p. 1630. *den 5. Septembr. ist durch das Parlement zu Paris die Heyrath des Hertzogs von Orleans, des Königs Bruder, für null und nichtig erkläret, und alle des Hertzogs von Lothringen Güther confiscirt, und der Cron Franckreich zuerkandt worden.* Rationem, cur

et licet Philippus III. Rex Hispaniae per legatum restitutionem peteret, nihil tamen obtinuit (p) et desuper inter Theologos atque Politicos plurimum fuit disputatum, vsque dum Dux anno MDCXVII. Regi iterum conciliaretur, qui demum matrimonium illud adprobauit (q).

## §. XXXXVII.

Hugo Comes Campaniae duxerat in vxorem Philippi I. Regis Francorum filiam Constantiam, sed causa parentelae factum fuit inter eos diuortium, de quo IVO (r): *Quia Deo annuente sategimus cum Rege Francorum et filio eius Rege designato, vt iam displiceat eis incestum coniugium; quod est inter Constantiam filiam praedicti Regis, et Comitem Trecassinum: fulti authoritate legum, et adiutorio bonorum, cupiunt huius coniugii maturare diuortium. Dum ergo haec Voluntas ita feruens est, eorum instinctu, moneo et rogo paternitatem vestram, vt commonitorias litteras mittatis Archiepiscopis et Episcopis ad Curiam, quae habenda est in natali Domini Suessionis: quatenus a Rege ipso audiant computationem Genealogiae; quam ipse, sicut dicit, paratus est iureiurando approbare, et idoneis*

cur Dux secesserit, adlegat IMHOFIVS *Gen. Gall.* p. 50. *Exoptabat vehementi adfectu nuptias Mariae Gonzagae, quae Caroli Ducis Niuernensis filia erat, aduersabantur vero iis Rex et Regina mater; huius rei culpam ille in Cardinalem Richelium transtulit, adeoque erga eum exarsit, vt ab aula, in qua is primas tenebat, in Campaniam et Lotharingiae fines discederet.* Adde p. 83.

(p) KHEVENHILLER c. l. p. 1642.

(q) KHEVENHVLLER p. 2187. *In Franckreich war man zu Anfange dieses Iahrs mit der Aussöhnung des Hertzogs von Orleans beschäfftiget. Demselben hatte der König seinem Bruder die Heyrath mit der Lothringischen Princessin (darüber so viel Wesens und Schreibens unter geist- und weltlichen Rechtsgelehrten und Staats-Leuthen entstanden) endlich verstattet.*

(r) Epist. CLVIII.

*neis testibus confirmare. Et quia haec Genealogia ab Avernensibus multoties est vobis computata: obnixe precantur, vt eandem computationem litteris aperte signatis per praesentium portitorem Episcopis ad Curiam transmittatis, et rei Veritatem literarum testimonio manifestiorem faciatis.* Nupsit vero Constantia postmodum Böemundo, Principi Antiocheno, de quo ALBERICVS (s): *Böemundus in Gallias veniens, vxorem duxit Constantiam, filiam Regis Francorum, hanc Constantiam duxerat Comes Hugo Trecensis, siue Campaniensis in vxorem, sed causa parentelae factum fuerat inter eos diuortium, secundum quod in quadam Iuonis epistola ad Archiepiscopum Hugonem Lugdunensem est expressum.* De eodem diuortio sic scribit ANDREAS, vetus autor et ineditus, in Historia Francorum (t): *Philippus, defuncto tutore suo Balduino Comite suo, consilio Roberti Frisionis filiam Florentis Ducis Frisionum Bertam in vxorem duxit, ex qua Ludouicum et filiam Constantiam genuit: quae cum adulta esset, vsque ad nubiles annos nupsit Hugoni Trecassino Comiti, a quo postea disiuncta propter consanguinitatem nupsit Boadmundo Principi, viro magnanimo et strenuo.* Eiusdem mentionem facit SVGERIVS (u) *Boadmundi ad partes istas adventus causa fuit, vt nobilissimam Domini Ludouici designati R. sororem Constantiam moribus facetam, persona elegantem, facie pulcherrimam matrimonio sibi copulari quibuscunque modis quaeritaret. Tanta etenim et regni Francorum et Domini Ludouici praeconabatur strenuitas, vt ipsi etiam Sarraceni huius terrore copulae terrerentur. Vacabat Domina, Comitem Trecensem Hugonem procum aspernata, nec decentem sponsum iterata copula appetebat. Callebat Princeps Antiochenus, et*

Z 3 *tam*

(s) Ad a. 1103.

(t) Lib. III. adlegante FRANCISCO IVRETO *notis in Iuonis epist.* CLVIII.

(u) In vita Ludouici Grassi c. VIIII.

*tam donis quam promissis copiosius, dominam illam celeberrime sibi copulari Carnoti, praesente Rege et Domino Ludouico, multisque adstantibus Archiepiscopis, Episcopis, et Regni Proceribus deuote promeruit.*

## §. XXXXVIII.

Vortigernus Britanniae Rex, Hengisti Saxonum Ducis filiam, ob pulchritudinem naturae miraculum, conspectam, adamare coepit, nuptias petit, patrem quasi nolentem vrget, totam Cantiam pro munere probat. Celebratis his nuptiis Vxorem legitimam repudiat, ex qua tres inclytos Iuuenes procreauerat, Vortimerum, Categirnum et Pascentium (x).

## §. XXXXVIIII.

Henricus II. Rex Anglorum Adelam Ludouici VII. Gallorum Regis filiam, iampridem Ricardo filio desponsam, quam ipse penes se, ad spem coniugii seruabat, noua quotidie impedimenta excusans, filio iungere de industria differebat. Porro senex turpiori intemperantiae deditus, mirifice puellam amare, ac multorum verborum illecebris stuprum illi offerre coeperat, sic, vt ei pudorem paulatim soluerit, secundum prouerbium illud decantatissimum; *corrumpunt mores bonos mala colloquia:* atque eam, vti rumor erat, postremo vitiauit. Hanc igitur moram fraudis pariter atque sceleris plenam Ludouicus Rex ferendam non ducebat, qui vti Henricus in Normanniam venit, antequam odium palam erumperet, longum ac familiare cum eo colloquium habuit, cui ille promisit intra paucos dies se filiae nuptias facturum (y). Ricardus vero filius appetebat, vt

(x) RANVLPHVS HIGDENVS *Polychron.* lib. V. p. 222. LARREY Tom. I. p. 222.

(y) POLYDORVS VERGILIVS lib. XIII. p. 307.

vt Adelam diu apud eum seruatam, sibi iam in matrimonium ducere liceret, quam amator senex multa excusando, multumque procastinando tradere negabat, vtpote, qui eam puellam iam secreto compressisset, statueratque, facto cum Eleonora diuortio, vxorem ducere, atque illa affinitate fretus, si ex Adela liberos susciperet, filios, ex Aleonora genitos, abdicare. Exinde vero ipsi bellum cum Philippo Gallorum Rege et filio Philippo fuit enatum. Henricus vero, antequam diuortium perficeret, anno MCLXXXIX. ex moerore fuit defunctus (z).

§. L.

Filius ipsius Ioannes sine terra a. MCC. diuortium fecit cum vxore sua Hawisa, Glocestriae Comitis filia, eo quod adfines erant in tertio gradu consanguinitatis, de quo MATTHAEVS PARISIENSIS (a): *eadem tempore, celebrato diuortio inter Regem Anglorum et vxorem suam Hawisam Comitis Glouerniae filiam, eo quod affines erant in tertio gradu consanguinitatis, duxit idem rex, Consilio Regis Francorum, Isabel, filiam Comitis Engelismi.* Duxit postea idem Rex, consilio Regis Francorum, Isabellam, filiam Comitis Engolismensis, quam prius susceperat in suam Hugo, cognomento Brunus Comes Marchiae, et Dominica proxima ante festum Sancti Dionysii apud Westmonasterium consecratur in Reginam, quae copula postmodum regi et regno Angliae magno detrimento fuit (b). Vberius vero hoc diuortium sic de-

(z) POLYDORVS VERGILIVS lib. XIII. p. 311. Licet LARREY Tom. I. p. 396. Henricum excuset, quod potius ex ratione status eo quod Gallis esset infestus, quam ex amore Adelae Richardo copulam cum eadem denegauerit.

(a) Ad A. MCC. p. 168.

(b) Sic MATTHAEVS PARISIENSIS c. l. ANNALES WAVERLEIENSES ad A. 1200. p. 160. MATTHAEVS WESTMONASTERIENSIS p. 263.

describit LARREY (c). *Il avoit vu en Poitou une jeune personne, dont la beauté l'avoit charmé et son mariage avec la fille du Comte de Glocester n'avoit pas empêché, qu'à l'exemple du Roy de France il n'eût resolu de repudier sa femme, pour épouser cette Maitresse. Elle se nommoit Isabelle, fille d'Aymur, Comte d'Angoulême et d'Adelaide de Courtenai, fille de Pierre de France. Ainsi elle étoit d'un sang trop illustre pour que Jean pût esperer de contenter sa passion autrement que par un mariage. Il y avoit pourtant deux obstacles. Non seulement Jean etoit marié; mais Isabelle, qui plus est, avoit été fiancée â Hugues de Lusignan, Comte de la Marche, chez qui même elle etoit élevée, selon la coûtume de ces tems là, en attendant qu'elle fût en âge de l'épouser. Ces deux difficultez ne furent pas capables de rebuter le Monarque amoureux. Toute jeune qu'etoit cette aimable fille, qu'avoit à peine douze ans accomplis, il en avoit éte enchanté; et c'etoit, pour en obtenir la possession, qu'il avoit hâté son retour en France. Le consentement de Philippe, dont Isabelle avoit l'honneur d'être proche parente, luy étoit necessaire, c'est pourquoi il lui portoit les trente mille marcks qu'il lui avoit promis par un des articles du Traité de paix; et le Comte de la Marche n'étoit pas assez puissant, pour oser lui refuser le sien. Il ne le donna pourtant qu'avec beaucoup de peine, n'aiant pas moins d'amour que son rival; mais il falut ceder au plus fort. Ce ne fut qu'avec le dessein de se venger de sa violence â la premiere occasion; et en conservant toujours son amour pour celle qu'il lui ravissoit. Il parut dans la suite, que de son côté elle lui avoit aussi gardé une place dans son coeur, et que son mariage avec un Roi n'avoit pu l'enchasser; puis qu'en etant devenüe veuve, elle ne fit aucune difficulté d'ecoûter les nouvelles recherches de ce premier Amant, et de passer à de secondes noces avec lui. Elles furent funestes à l'Angleterre, où les enfans de ce second lit vinrent engager le Roi Henry III. leur*

(c) Tom. I. p. 531. IMHOFF. p. 13.

*leur frere, à des profusions, qui troublerent son Royaume. Ce fut Elie, Archevêque de Bourdeaux, assisté de deux autres Prelats, qui jugea le divorce d'Isabelle de Glocester, fondé sur la parenté des parties; et qui celebra ensuite dans cette capitale de la Guyenne, le mariage de Jean avec Isabelle d'Angoulême. La repudiée se remaria quelques années après à Geoffroy de Mandeville, Comte d'Esse, à qu'elle porta en dot le Comté de Glocester, et les autres biens de cette illustre famille. Jean se soucioit peu de tout le blâme et de tout le prejudice, qui pourroit lui revenir de son divorce; et ne pensoit qu'à satisfaire sa passion. Il en avoit le coeur tout rempli, et il sembloit avoir oublié sa cruauté et son ambition. Son ardeur à faire perir le jeune Arty s'etoit tout d'un coup rallentie; il n'en avoit plus que pour sa jeune amante; et des qu'il l'eut épousée, il repassa la mer, pour venir la faire couronner en Angleterre. La solennité s'en fit le 8. Octobre à Westmünster; et il n'y eût pas moins de Magnificence qu'au sacre du Roi.*

## §. LI.

In Anglorum regno illustre est exemplum Henrici VIII. Anglor. regis. Hic, instante patre Henrico VII. duxerat in matrimonium Catharinam Aragoniam, Arthuri fratris viduam, quam hic, vt ferebatur, reliquit intactam. Sane ipsa Catharina, dum in iudicio super hoc diuortio facto, regem adlocuta, inter alia sic dixisse fertur: viduam duxisti, fateor, Germani tui, si forte vidua censenda est, quam maritus intactam reliquerit, nam virginitate integra ad te me accessisse, Deum omnipotentem cito testem, teque ipsum latere non puto. BACO DE VERVLAMIO (c) ait: *Verum autem est, Catharinam ipsam rem negasse, vel saltem aduocatos illius et rei institisse, et vt firmamentum causae non contemnen-*

(c) Historia Henrici VII. p. 340.

*temnendum omitti noluisse; Etsi plenitudo potestatis papalis in dispensando, quaestio fuisset primaria.* Paulo post: *illud certae memoriae est, intercessisse tempus semestre, inter mortem Principis Arthuri, et creationem Henrici in Principem Walliae. Quod eo pertinere homines interpretabantur, quo spatium illud temporis in certo poneret, vtrum Catharina ex Arturo grauida facta fuisset. Quin et Catharina ipsa, nouam a Papa Bullam procurari fecit, ad matrimonium melius corroborandum cum clausula illa* (vel forsan cognitam) *quae in priore Bulla comprehensa non erat. Datum etiam in euidentiis fuit, dum causa diuortii tractaretur, scomma quoddam facetum; Nimirum, quod Arthurus mane cum e lecto Principissae surrexisset, potum postulasset, praeter consuetudinem suam; Cumque generosus quidam e cubiculo suo, qui potum ei porrigeret, subrideret, remque notasset, Princeps iocans ad eum dixisset; se in medio Hispaniae, quae calida esset regio, fuisse, iter autem suum sitibundum eum reddidisse; Quodque si adolescens ille, e tam calido climate venisset, potum auidius haussisset. Quin etiam Princeps fuerat annorum sexdecim, cum mortuus est, et corpore sanus et robustus.* Hoc etiam confirmat GILB. BVRNETVS (d). Cum hacce Catharina Hispanica Henricus VIII. satis vixit feliciter. Verum, a. MDXXVIII. de diuortio primum coepit cogitare, conscientiae scrupulo, vt praetexebatur, actus, de quo IOHANNES SLEIDANVS (e): *Henricus igitur eius nominis VIII. quum a morte parentis eam duxisset, post complures annos in regno iam satis confirmatus, Episcopis aliquot animi sui scrupulum*

(d) *Histor. reform. Anglic.* lib. II. p. 20. Ex quo facile patet non recte se habere ea, quae SANDERVS *de Schismate Angl.* p. 2. et lib. I. p. 40. scribit: Henricus mulierem vetulam thoro nouarum nuptiarum intermediam esse voluisse, quae, dum Arthurus phtisi laboraret, impediret, ne concumberent inuicem.

(e) Lib. IX. p. 238. idem adserit MART. BELLAI *Comment.* lib. III. p. 107.

*pulum proponit, et in deliberationem adducit, an legitimum sit, cum ea, quae fratris fuisset vxor, matrimonium, et multos menses a congressu vxoris abstinuisse dicitur.* Licet facile sit credendum, alias subfuisse causas, quarum plures adlegantur, dum virtuosa alias dicatur Catharina, de qua FRANCISCVS BELCARIVS (f): *Catharinam, Ferdinandi Tarraconensis regis, Elisabethae Castalonensium Reginae filiam, sanctissimam foeminam, vxorem duxit Arcturus Henrici Septimi Angliae regis maior natu filius, quae viro non ita multo post immatura morte sublato de patris socerique consensu, Iulio secundo Pontifice maximo approbante, Henrici viri prioris germano fratri nupsit, ex quo filium, qui paucis post mensibus fato functus est, suscepit: Suscepit et filiam, nec vllos postea liberos genuit: vnde quod incestum matrimonium esse videretur, regem priuari mascula prole Angli murmurabant; tametsi propter tenerem Catharinae aetatem Arthuro cum illa rem nunquam habuisse, traditur. Quam calumniandi ansam arripiens Thomas Vulseus mox Eboracensis cardinalis nuncupatus, Henrico suadere coepit, vt, repudiata Catharina, aliam, ex qua liberos mares procrearet, vxorem duceret: non deesse Theologos Parisienses, qui matrimonium incestum firmis rationibus nullum esse confirment. Id procurabat Eboracensis, non vt Henrico liberi mares, quorum cupidissimus erat, nascerentur, sed vt vel Caesarem vlcisceretur, qui illum mortalium omnium arrogantissimum contemnebat: vel vt Franciscum regem demereretur: siquidem matrimonium inter Henricum et Renatam Ludouici duodecimi Galliarum regis filiam procurare in animo habebat.* Wolsaeum etiam pro diuortii auctore habet SLEIDANVS (g). GILBERTVS BVRNETVS (h) de Catharina sic loquitur: *contractis nonnullis morbis, qui eam regi minus acceptam reddiderunt; coeteroquin grauis et virtuosa Prin-*



(f) *Rer. Gall.* lib. XIX. p. 607.

(g) Lib. IX. p. 238.

(h) *Hist. Reform. Anglicanae* lib. II. c. XXI. p. 444.

*ceps, in magno pretio et amore tum apud regem, tum apud vniuersam nationem.* Potior subfuisse causa videtur, quod, dum Catharina austeris moribus esset, ipsam fastidire coeperit (i), accedente maxime erga Annam Bolenam amore (k).

## §. LII.

Causam primum ad episcopos deferebat Henricus, qui ex ipsius mandato priuatim cum Regina agebant, atque, dum Catharina, dispensante Papa, cum Henrico VIII. fuisset copulata, pontificis diploma non esse idoneum atque sincerum asserebant (l). Illa nunc sero cognosci de diplomate, respondet, quod olim approbarint. Cumque res tenderet ad iurgium, imploratum est Romani Pontificis Clementis VII. auxilium. Pontifex causam duobus Cardinalibus, Eboracensi episcopo Wolsaeo et Laurentio Campegio, quem in Angliam misit, delegat. Post multam disceptationem, cum regi facta spes esset ex vrbe Roma, fore,

(i) CAMDENVS *in apparatu ad ann. Elis.* f. II. *ille Catharinam coniugem, foeminam moribus sanctissimis et hispanica grauitate; sed saepius abortientem et quae filiam vnicam superstitem habuit Mariam, fastidire, post XVII annos, coeperat; idque artibus Thomae Wolsaei Cardinalis, qui iam in fastigio potentiae apud regem, sui quoddammodo erat impotens.*

(k) P. IOVIVS lib. XXXI. p. 484. *exardebat enim iam tres annos rex ille, alioqui multarum virtutum laude insignis, saeuo ac impotente amore Annae Bolenae, quae in aula reginae liberius educata, eo insaniae amatorem regem propulerat, vt Catharinam Ferdinandi regis filiam, ipsiusque Caroli Caesaris materteram praestanti pudicitia et singulari humanitate, modestiaque reginam, exturbandam domo repudiandamque decerneret, scilicet, vt ipsa in vacuum thorum ex pellicatu in spem masculae atque legitimae prolis reciperetur.*

(l) BVRNETVS *Hist. Reform. Anglic. lib. II. p. 11.*

fore, vt secundum se iudicaretur, Campegius in ipso prope vestigio futurae iam iudicationis, monitu pontificis tergiuersari coepit, et procrastinare, cuius quidem rei causam fuisse dicunt, Caesarem, Catharinae e sorore nepotem, cui per Italiam cum omnia feliciter euenirent, eum non esse temere offendendum credebatur. Campegius itaque, nulla re perfecta, non sine maxima regis offensione tandem discedit. Rex autem ne quid temere videretur agere, missis internunciis per Galliam, Italiam, Germaniam, exquirit Theologorum sententias, et Parisienses quidem videbantur diuortium approbare, non sine largitionis opinione, sicut alii plerique. Dum autem Wolsieus, qui antea diuortii auctor fuerat, animaduerteret, quod Henricus Annam Bolenam in matrimonium ducere in animo haberet, mutat propositum, et datis ad pontificem litteris, monet, ne diuortium approbet; nam alioqui futurum, vt Catharinae succedat altera, quae Lutheri sit infecta dogmate. Quod vbi rex per legatum suum, qui tunc Romae erat, accepit, magnopere fuit offensus (m). Pontifex autem, vt discedendi causam aliquam Campegius haberet, litem ad se reuocauit, et quod Annae coniugium sibi perniciosum esse futurum, videret, regem subinde monet, ac animo etiam territat, vt ab instituto desistat.

§. LIII.

Licet autem rex et Praesules a Papa peterent, vt hoc, quod pleraeque Academiae et fere omnes totius regni Episcopi decreto suo adfirmauerant, confirmaret, iste tamen renuebat. Hinc de ratione cognoscendi iudiciumque in causa diuortii instituendi, sex totos menses a legatis consultabatur, nec aliud quidquam agebatur, nisi quod rex se aduersa fama laborare intelligens apud subditos, praesertim vero mulieres propter hanc actionem (quasi insano pe-



(m) SLEIDANVS c.l.

penitus amore, haud perinde conscientiae pacandae gratia ac libidinis explendae cupidine ista moliretur ) vt rumoribus iret obuiam, omnes regni proceres, iudices etiam et iurisconsultos et de ingenua plebe, quotquot adesse poterant, iussit conuocari, coram quibus d. VIII. Nouembr. MDXXVIII. habita solenni oratione, qua ratione incestus ipsi fuerit obiectus, exposuit (n). Aprilis tandem mensis sub initium, coeptum est de causa matrimonii regii publice cognosci. In coenobio Dominicanorum Londini tribunal ad id ipsum extructum est, rege interim in aedibus vicinis, quae a Brigittae fratre nomen habent, moram trahente. Visebatur ibi, Monarcham potentissimum die sibi dicta, intra ditionis suae limites, praeconis voce citatum, coram iudicibus iussum comparuisse. Regi in sublimi solium collocatum erat, ita vt gradibus aliquot ad id ascenderetur, et iuxta id, sed paulo humilius, aliud item Reginae. Coram rege sedebant legati, quasi ad quartum gradum, sed ita, vt vnus dextram, alius sinistram tenere videretur. Iuxta eos stabant apparitores et alii Curiae ministri, interque eos Gardineus, paulo post Wintoniensis episcopus, actorum in eo negotio scriba: Ante Iudices, et intra Curiae Cancellos, sedebat Archiepiscopus Cantuariensis, cum caete-

ris

(n) *Haec plerumque verbis Annalium rerum Anglicarum Henrico VIII. Eduardo VI. et Maria regnantibus p. 121. exposui Annal. Rer. Angl. Henric. VIII. p. 130. Hoc ideo dixit: quod omnes totius regni episcopos communi decreto matrimonium suum cum rege initum damnasse inaudierat. Et huiusmodi reuera decretum singulorum sigillis ac subscriptionibus munitum in ipsa Curia publice postea recitatum est, ipso rege praesente, quamuis refragante Fischero Roffensi, qui nunquam illud a se probatum contendebat. Et Cantuariensem falsi insimulabat, quasi is se inuito et repugnante sigillum, nescio quod, pro suo apposuisset ascripto etiam aliena manu nomine.*

ris totius regni episcopis. Ad extremos deinde angelos erant vtriusque partis aduocati et procuratores: pro rege videlicet Sampsonus et Bellus, quorum hic Wigarniensis, ille Cicestrensis episcopus, postea euasit, Tregonellus item et Petreus, omnes legum Doctores. Pro Regina aderant episcopi, Roffensis, Fischerus et Assaphensis Staudicius, vna cum Ridlaeo quodam. Omnibus ita rebus ordinatis, bulla Papalis recitata est, in qua legatis ius cognoscendi attributum: Deinde praeco, monitus a scriba, vt Henricum Angliae regem citaret, *Henrice*, inquit, *Anglorum rex adesto in Curia*, respondente illo, *adsum.* Regina similiter vocata, *Catharina Angliae Regina adesto in curia*, ne verbo quidem edito; surrexit e loco, et regem recta petens, ad genua eius prouoluta, ipsum orauit, vt sic cum illa agatur, vt neque de iniustitia queri, nec regis clementiam desiderare cogatur, se mulierem peregrinam esse, Henrico virginem intactam legitime copulatam, ipsum semper obseruanter coluisse, nec vllum antea incestus scrupulum fuisse motum. Ista vero multis verbis Regina cum dixisset, exurgens, flexu corporis regem pro more venerata est, cumque ad pristinum locum redituram praesentes expectarent, exire properat e curia et dum omnes attoniti mirarentur, quid pararet, aliquantum iam praecesserat, cum praeconem rex iubet, abeuntem denuo arcessere: quod cum ille sublata voce faceret, Reginae nomen inclamando et nobilis, cuius humero illa nitebatur, vocatam se admoneret, *audio*, inquit: illa, *tu nihilominus pergas, non habeo, cur sperem, in hac curia mecum iuste actum iri: faciant ipsi, quod videbitur, ego vero non manebo.* Ita discessit illa, neque vnquam postea adduci potuit, vt in ea Curia, vel ipsa, vel alius quisquam suo nomine compareret; rex, postquam abiisse videt, absentem ad coelum laudibus sustulit, de cupiditate sua in eo coniugio permanendi multa professus, modo sine animae

iactu-

iactura reipublicaeque damno id fieri posset. Ad instantiam etiam Wolsaei, episcopum Baiocensem talis consilii primum autorem testatur, ac post illum Limcolniensem Confessorem suum, deinde alios episcopos, quibuscum ea de re consuluisset. Mensem deinde vnum aut alterum haec lis agitata est, contendentibus regiis, non esse in potestate Papae illud coniugium ratum facere, quod sacra scriptura tanquam iure naturae prohibitum vitiosum pronunciasset. Inter Catharinam Reginam et Arthurum principem regis fratrem natu maiorem matrimonium legitime contractum, publiceque celebratum fuisse, neminem negare, consummatum porro per copulam carnalem multis argumentis probare nitebantur. At qui Reginae causam propugnabant, iudicialem eam esse legem, non naturalem asserebant, qua fratris vxorem ducere Iudaei prohibebantur, et idcirco per Christum abrogatum, quatenus vero ab ecclesia retenta fuerit, eiusdem ecclesiae authoritate dispensabilem esse, praesertim cum vltimam matrimonii consummationem nullo modo posse probari confiderent. His altercationibus postquam aliquamdiu certatum est, ad promissam et tamdiu expectatam sententiam ferendam, solito frigidius, Campeium properare rex animaduertit. Nam potentia Caesaris in Italia iam multum aucta, cum eum Papa non modo non offendere deinceps vellet, sed potius offensionem illatam abolere cuperet, Franciscum quendam Campanum in Angliam miserat, alio quidem praetextu, sed hoc praecipue habentem in mandatis, vt Cardinalem iuberet, decretum illud iudiciale, quo irritum matrimonium regium iam olim pronunciarat, igne protinus corrumpere, et reditum, quantum posset, maturare. Cum vero simul cum hoc mandato aegrotare Pontificem nunciatum esset, rem exequi distulit, aliquamdiu Campeius, vt si forte moriente illo, facultatem haberet, regis satisfacere voluntati. Dum enim

enim ipsi spem fecisset certam, omnia pro voluntate successura, verebatur, ne non solum ingratus, sed etiam perfidus videretur, si regem ita ludificari permitteret; Postquam vero conualuisse Clementem audiuit, non ausus reniti, mandato obtemperauit, et bullam in focum coniecit. Rex interim, qui Boleniae suae potiundae cupidine flagrabat, et moram omnem vel minimam molestissimam habuit, mutationem cito persentiens, inquirere non destitit, donec rem, prout gesta est, totam, ordine resciuit (o). Ac tum primum omnem iracundiae vim in Wolsaeum effudit, cuius ingenio cum nihil non effecisset, huc vsque per illum solum stetisse credidit, quo minus pro animi sui sententia hoc negotium iamdum fuisset confectum. Rex igitur Wolsaeo demandabat, vt cum Campegio reginam adeant eandemque hortentur, ne lite amplius velit contendere, rei suae et vtriusque honori melius fore consultum admonentes, si regiae voluntati se permittat, neque ad damnationis ignominiam inferendam, ipsum cogat. Eo siquidem peruentum, vt differre amplius iudicium non possit. Regina tamen abnuente Mense Iunio MDXXIX. die praestituta, aulicorum procerum multi, et de plebe numerus ingens in Curia aderat, sententiam pro rege a Cardinalibus ferendam, sibi certo persuadentes. Verum, recusabat Campeius, partim quod Regina iudicio se subtraheret, partim quod Papa causae cognitionem ad se vnum retraxerit, ideoque ab vlteriori huius causae cognitione deinceps supersedendum denunciabat. Rex vero per Thomam Cranmerum libellum confici fecit, in quo ex sacrae scripturae, antiquiorum patrum et conciliorum authoritate demostrabatur, non licere cuiquam fratris relictam ducere, ne-

(o) Verba plerumque sunt *Rer. Anglic. Annal. p. 132.*

neque esse Pontificis, per quamlibet dispensationem huiusmodi matrimonii copiam facere. Hunc libellum cum Thoma Boleno et dicto Crannero Romam mittebat, qui, dum promissam disceptationem de die in diem prolatatam expectaret, tandem tempus ibi loci frustra animaduertentes, domum discesserunt. Interea a Parisiensi, aliisque Galliae Academiis, Papiensi, Patauiensi, Bononiensi et nonnullis aliis pronunciatum est, Papae nefas esse concedere, vt frater fratris defuncti vxorem ducat, cum apertis sacrae paginae verbis id prohibeatur (p). Cum his nouos anno MDXXX. ad Papam legatos mittebat rex; qui ipsum denuo tentarent, quibus nihil aliud responsum a Pontifice, quam Romam se reuersum, daturum operam, vt secundum iustitiae normam cum rege agatur. Aliud interim non haberi, quod statuat rex, itaque qui blanditiis nihil apud eum profici satis cernebat, ad vim conuersus, publica praeconis voce per vniuersum regnum edici curauit sub magna poena, ne quis subditorum suorum aliquid omnino commercii haberet cum Pontifice Romano, neue aliquid acciperent ab eo aut ad illum mitterent, praesertim pecuniam siue per collybum seu alia quauis ratione, tyrannum eum vocans, et praedonem orbis terrarum, bellorum incentorem et quouis potius alio nomine dignum quam vicarii Christi, quem titulum sibi haud bono iure et perperam irrogauerit. Inde ecclesiae Anglicanae se caput supremum declarari fecit, authoritati cuicunque exoticae renuntians (q). Clemens interea VII. Papa datis ad regem d. XV. Nouembris MDXXXII. litteris (r) ipsum admonebat, vt Catharinam in Reginae honore ac solita cohabi-

(p) *Annal. Rer. Anglic.* p. 158.

(q) *Annal. Rer. Anglic.* p. 164.

(r) Extant apud DV MONT, T. IV. part. II. p. 91.

habitatione haberet, ab Anna vero desisteret, in quibus haec habentur: *Potes enim, fili in Christo charissime, meminisse, cum tu abhinc quadriennio a nobis studiose contendisses, vt legatum nostrum in regnum tuum mitteremus, eique et altero legato tunc in tuo eodem regno existenti, causam validitatis matrimonii inter te et charissimam in Christo filiam nostram Catharinam Angliae Reginam, olim contracti, ac per viginti annos et vltra continuati, committeremus, nos etsi id subiniquum videbatur, causam ad preces tuas in tuo regno committere, tamen tuae voluntati morem gessimus, ac tamdiu eandem causam ibi manere permisimus, donec pro parte Reginae appellatio, facta iuramentoque horrescentiae praestito, causam eandem, non in regnis aut Dominiis Nepotum Reginae, aut aliis in quibus Regina potior fauoribus esset, verum Romae in communi Orbis Christiani Patria, atque in nostro Rotae auditorio commisimus, nobis postea et sacro collegio venerabilium fratrum nostrorum, S. R. E. Cardinalium referendam, ac a nobis et dictis Cardinalibus decidendam, quo pendente iudicio, cum tu nihil innouare vel attentare in praeiudicium litis pendentiae debuisses, ecce nobis non solum ipsius Reginae lamentabili querela, verum etiam multorum litteris et testimoniis affertur; te non expectata vlteriore nostra declaratione, ipsam reginam a tua cohabitatione separasse, et quandam Annam in tuum contubernium et cohabitationem publicam recepisse. Quae res cum diuinam iustitiam, litispendentiam et auctoritatem nostram, tuaeque animae salutem et honorem laederet, nos paterno affectu et charitate litteras ad te dedimus, tenoris subsequentis. CLEMENS Papa VII. charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Quod pro nostra in te beneuolentia, tuoque honore et salute, falsum esse cupimus, relatum nobis est, et a multis confirmatum serenitatem tuam, quae non solum antea, verum etiam post motam litem inter te et Charissimam in Christo filiam nostram Catharinam Angliae Reginam illustrissimam super validitate Matrimonii inter vos contracti*

*tracti, eam apud se vt decebat in sua regia Curia tenuerat, atque vt Reginam et vxorem habuerat et tractauerat, a certo citra tempore, eam non solum a se, et sua Curia sed etiam a ciuitate seu loco suae residentiae separasse, alioque misisse. Loco autem eius quandam Annam in suum contubernium et cohabitationem publice recepisse, eique maritalem affectum vxori tuae debitum exhibere. Quae res, fili Charissime, si modo vera est, tuque parum per animum ab humanis affectibus collegeris, non dubitamus, quin etiam tacentibus nobis perspecturus sis, quam multis modis indigna te fuerit, vel ob contemptum litis pendentiae, et iudicii nostri, vel ob scandalum ecclesiae, vel ob communis pacis perturbationem, quae omnia ita a recto et religioso principe, qualem te semper habuimus, aliena sunt, vt tanquam tuae naturae et consuetudini repugnantia, etsi nobis in dies magis confirmantur, difficilius tamen credamus. Quid enim minus tibi et tuae probitati conuenit, quam hic apud nos, per Oratores et literas super causa istuc remittenda instare, inde te ipsum tuo facto caussam decidere. Quod simile tui, armis et scriptis olim ecclesiam et sanctam fidem defendisse, nunc tali facto ecclesiam videri contemnere. Iam vero communis salus et tranquillitas a nullo vnquam nostri temporis rege acrius, quam a te, custodita est, qui bellum pro ecclesia olim susceptum, et gloriose confectum pro communi quiete deposueris, semperque Arbiter quidam pacis et communis concordiae inter Christianos principes conciliandae fueris existimatus, quo magis haec noua de te audientes admiramur simul ac dolemus. Vnum hoc tuum factum, si modo verum est, ab omni vitae tuae gloria et consuetudine discrepare. Quamobrem cum nec rem tantam non explorare certius, nec neglectam omittere debeamus, hanc ad te quasi amantis et solliciti patris vocem praecurrere voluimus, antequam Iudicis vllas partes tecum sumamus, faciunt enim tuae celsitudinis dignitas, vetera tua in nos merita, nostraque ex his erga te beneuolentia, vt tecum omni respectu et lenitate agere velimus, sumpta parentis persona*

*sona*

*sana, et iudicis tantisper deposita, donec ex tuis literis consilium progrediendi capiamus. Cupimus quidem fili, vt diximus, haec penitus falsa esse, aut non tam aspera, quae nobis referuntur. Teque ipsum deinceps pro tua singulari sapientia prouidere, ne cuiquam de serenitate tua omni virtute conspicua, in hoc tantum obloquendi detur occasio. Si quis enim vel ex Catholicis dolens, vel ex Haereticis gaudens, audiat te reginam, regumque filiam, caesarisque, et regis Romanorum Materteram, quam in vxorem accepisti, viginti amplius annis tecum commoratam, prolemque ex te susceptam habentem, nunc a tuo thoro, et contubernio procul amouisse, aliam quoque publice apud te habere, non modo sine vlla licentia nostra, verum etiam contra nostram prohibitionem. Is profecto necesse est, vt sententiam quodammodo de optimo principe ferat, tanquam ecclesiam, et publicam tranquillitatem parui faciente, quod nos fecimus ab intentione et voluntate tua longissime abesse. In tantum, vt, si quis alius hoc idem in tuo regno audeat, quod a tua serenitate factum dicitur, vllo modo te probaturum, sed etiam seuere vindicaturum, pro certo habeamus. Quamobrem, fili, etiamsi tu rectissime sentias, vt nos quidem constanter credimus, tamen causam praebere rumoribus et scandalis non debes, hoc praesertim tempore tam calumnioso, plenoque haeresium et aliarum perturbationum, ne tuum factum latius pateat ad exemplum. Sunt enim facta regum, praesertim illustrium sicut tua serenitas est, proposita, quasi in specula hominibus caeteris ad imitandum. Nec praeterea negligenda tibi est communis salus et totius Christianitatis tranquillitas, quod semper fuit optimorum regum. Nec, fili, debes Serenissimos Caesarem et Romanorum regem dictae Catharinae Reginae Nepotes, nulla te prosequutos contumelia, hac tam graui iniuria, indecisa lite, afficere, et exinde pacem perturbare vniuersalem. Qua sola aduersus imminentem nobis Turcam tuti sumus, nec scandali in ecclesia, periculi in tota Christiana republica causam praebeas. Propterea que rex caelestis a te irritatus, tantum suam erga te beni-*

*nignitatem aliqua serenitatis amaritudine permisceas. Te igitur fili, per eam qua semper te sumus prosequuti beneuolentiam, semperque, si per te liceat, prosequemur, omni studio et amore hortamur, et paterna charitate monemus, vt, si haec vera sint, quae tuam veterem pietatem et gloriam denigrant, tute ea corrigere velis, ipsam Catharinam reginam ad te humaniter reuocando, atque in eo Reginae honore, et vxoris quo decet affectu apud te habendo. Ipsam vero Annam a publico tuo conuictu et cohabitatione, propter scandalum, remouendo. Donec nostra sententia inter vos subsequatur. Quod nos quidem, etsi est a te debitum, tibique est maxime futurum honorificum, beneficii loco recepisse a tua Serenitate videbimur. Nam quod te in pristina tua voluntate erga nos, obseruantiaque erga hanc sanctam sedem, cum qua mutuis officiis et beneficiis semper certasti, conseruare maxime cupimus, summo sane cum dolore ad ea descenderemus iuris remedia, quorum necessitatem non nostra priuata contumelia, quam tibi libenter condonaremus, sed Dei omnipotentis honor publicaeque vtilitatis, et tuae animae salutis ratio ad postremum nobis, quanquam inuitis, imponeres. Sicut etiam Nuntius apud te noster haec tuae Serenitati vberius explicat. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima quinta Ianuarii millesimo quingentesimo trigesimo secundo. Pontificatus nostri anno nono. Cum autem, id, quod dolentes referimus, in dies magis nobis confirmetur, et asseueretur, licet ipsae literae tibi per nuntium nostrum repraesentatae, eiusque conformis sermo, in idem te nostro nomine hortatus fuerit, vt a tanto scandalo et contemptu ecclesiae desisteres, nihilominus te in separatione cohabitationis cum Catharina Regina, et continuatione cohabitationis cum Anna praedicta publice perseuerare. Nos cum neque dei honorem, nec nostrum officium, nec tuae animae salutem negligere debeamus, Te fili, sine tamen tuorum iurium et causae pendentis praeiudicio, iterum hortamur, ac sub excommunicationis poena monemus, vt si praedicta vera sint, eandem Catharinam Reginam apud te*

*in reginali honore, ac solita cohabitatione habere, ipsam vero Annam a publica cohabitatione tua reiicere, intra vnum mensem a die praesentationis praesentium tibi factae computandum debeas, donec nostra sententia et declaratio inter vos fuerit subsequuta. Aliter enim nos, dicto termino elapso, te et ipsam Annam excommunicationis poena innodatos, et ab omnibus publice euitandos esse, ex nunc prout ex tunc, et e contra, authoritate Apostolica declaramus, et nihilominus, tametsi abhorret animus talia de Serenitate tua opinari, licetque id ipsum iam Serenitati tuae a nobis nostroque Rotae Auditorio et iudice, cui huiusmodi causa fuit commissa, inhibitum fuerit, et ab omni tam humano quam diuino iure, etiam prohibeatur, tamen permoti hominum fama, denuo Serenitati tuae inhibemus, ne lite huiusmodi coram nobis, et dicto Rotae Auditorio indecisa pendente, et sine sedis Apostolicae licentia speciali, matrimonium cum dicta Catharina Regina Apostolica authoritate contractum, et prole subsequuta, tantoque temporis spacio confirmatum propria authoritate separare, aut diuortium cum ea facere, neue cum dicta Anna, aut quauis alia matrimonium contrahere praesumas, irritum, prout est, denuo decernentes, si quid forsan attentari super hoc a tua Serenitate, aut quouis alio, quauis authoritate contigerit, vel forsan hactenus fuerit attentatum, sicque a quibusuis iudicibus tam extra Romananam Curiam, quam in ea, etiam S. R. E. Cardinalibus, et dicti Palatii Auditoribus sententiari, definire, iudicari, interpretari debere. Sublata eis omnibus aliter sententiandi, diffiniendi, iudicandi, et interpretandi facultate.*

§. LIV.

Vlterioris morae pertaesus rex, Bolenam suam iam tandem d. XXV. Ianuarii MDXXXIII. duxit vxorem, sed clancŭlum et paucissimis testibus adhibitis. Paulo deinde post, publica regni comitia ad Westmonasterium fuerunt habita, in quibus matrimonium regis et Catharinae irritum pronunciatum fuit et incestum, lata simul lege, ne quis sub

ſub graui multa Romam deinceps quacunque de cauſa prouocaret, neue Catharinam aliquis reginam diceret, aut alio nomine, quam Walliae principis compellaret et Arthuri relictae, aut (vt loquimur) dotariae. Huiusce porro legis vi et authoritate, Archiepiſcopus Cantuarienſis, epiſcopis aliquot comitatus, Danſtaoliam veniens, ſex millia paſſuum ab Antilla diſtantem, vbi Catharina tunc temporis manebat, citandam eam curauit, vt coram ſe ſummo iam cauſarum eccleſiaſticarum in prouincia Cantuarienſi iudice proxime poſt regem compareret ad reddendam rationem, quare coniugium inter regem et ipſam haud rite initum, non diuelleretur protinus, et lata ſententia nefarium, impium, inceſtum, adeoque inualidum diiudicaretur. Quibus illa pertinax in propoſito, per miniſtrum quendam ſuum reſpondit: coram ſummo Pontifice, Chriſti in terris vicario, hanc cauſam indeciſam adhuc pendere, neque Archiepiſcopum decere in alienam meſſem falcem immittere: Decretum ſibi Papae ſolius iudicio ſtare, neque alium iudicem quemcunque ſe agnituram. Quindecim propterea dies continuos vocata, cum non veniret, contumax pronunciata, et in poenam contumaciae a regis thoro conſuetudineque amouenda decernitur. His ita pactis, Anna iubente rege, Regina praeconis voce per vniuerſum regnum declarata, in vigilia Paſchatis proceſſit in publicum regiis ornamentis induta: ac in feſto Pentecoſtes ſequenti coronata eſt, pompa qua nulla vnquam Reginarum ſplendidior (s). Verum, parum diuturna haec felicitas, dum Anna Bolenia, adulterii, immo inceſtus cum Rochfordio duce, fratre ſuo accuſata (t), iudicio ſubiiceretur, et

(s) Haec ſingula verbis ſaepius excitatorum Annalium pag. 175. ſcripſi.

(t) Dicti *Annales p. 193. Quodnam illis crimen fuerit intentatum pro certo*

et dum illud probari nequiret, nihilominus ob aliam causam, eo quód ante iamdum cum comite de Northumberland contractum matrimonii iniuisset, coram curia ecclesiastica, cui Archiepiscopus Cantelburiensis praesidebat, matrimonium ipsius cum rege dissoluebatur, ipsaque ad mortem condemnata d. XIX. Maii. MDXXXVI. gladio vitam finiebat (u).

§. LV.

*certo non habeo compertum. Si pontificios percontetis, respondebunt, opinor, quod etiam editis palam libellis perscripserunt, veritam mulierem, ne Elisabetha filia, viuente adhuc Catharina suscepta, spuria censenda esset, ac cupiditate proinde nouae prolis accensam, praesertim masculae (quam ex regis fere quinquagenarii concubitu desperabat) aulicorum quorundam Iuuenum expediisse complexus, neque his contentam, proprio fratri incesta copula coniunctam. Ista quibus authoribus dicant, ipsi viderint: publicae profecto tabulae nihil tale loquuntur, vt inuidiae Papisticae haec tela esse, non veritatis praeconia, merito possimus suspicari. Quodcunque vero crimen fuerit obiectum, certum est, ipsam, cum carceris fores ingrederetur, a duce Norfolciae deductam, vna cum Andleo Cancellario, Cromwello Secretario, et Ringstono arcis, siue vt loquimur, turris Londinensis praefecto, in genua prolapsam omnibus diris se deuouisse, ni insons foret, et Deum comprecatam, vt miserae in hac calamitate ita succurreret, prout a scelere, de quo accusaretur, immunis esset.*

(u) LARREY *Histoire d'Angleterre* Tom. I. pag. 385. *Les ennemis de la Reine vserent encore dans cette rencontre d'une supercherie. Ils se rendirent dans sa chambre et l'ayant trouvée toute étourdie du terrible arret qu'on venoit de lui prononcer, ils se prevalurent de son desordre, pour lui faire avouer qu'il y avoit eu un contract entre elle et Mylord Percy; c'est ainsi qu'on appelloit le Comte de Northumberland, pendant la vie de son pere. On ne perdit point de temps, aussitôt qu'elle eût lâché la parole on la mena de la Tour devant la cour Ecclesiastique: et le 17 de May elle declara; en la presence de l'assamblée, à laquelle le Roi voulut, que l'Ar-*

## §. LV.

Altero post mortem Annae die, Ianum Seymour duxit vxorem, quae altero anno puerpera fuit extincta. Hinc authore Thoma Cromwello (x) Annam, Iohannis III. Cliuensis ducis filiam, sibi mediantibus legatis desponsauit. Verum dum ista in Angliam deduceretur; et rex eandem non tam venustam, nec ea viuacitate ingenii reperiret, qualem expectauerat, statim ab ea coepit alienari. Veritus tamen protestantium et potissimum Iohannis Friderici Saxoniae electoris indignationem, dissimulabat (y). Postquam sex menses in hoc essent coniugio transactae, et nemo quisquam scrupulum iniiceret, firmum id esset, nec ne, rex etiam et Regina vtrique laeti amoris mutui plurima quotidie ederent testimonia (z), rex Catharinam Howardam coe-

*l'Archevêque de Canterberi presidât, qu'il y avoit eu de justes empêchemens à son mariage avec le Roi, et que par consequent il ne pouvoit être valable. Ce fut sur cette confession que la sentence lui fut prononcée. Il n'y a dans cette procedure ni plus de justice ni plus de regularité, ni plus de fondement, que dans cette des Pairs qui venoient de la condamner au feu. La jalouse fureur du Roi, son juge, et sa partie faisoit tout cela. C'étoit ce Prince violent, qui presidoit à l'un et à l'autre tribunal: les Pairs et les Prelats n'étoient que les instrumens de sa vangeance. Elle l'aveugla, aussi bien que ces juges trop partiaux, ou trop timides. Ils commencerent par où il eût fallu finir.* Adde BVRNETVM *hist. Reform. Angl.* lib. III. p. 112. seqq.

(x) *Annales* p. 196. SLEIDANVS lib. X. p. 289. LARREY Tom. I. p. 360.

(y) Haec latius deducit LARREY *Hist. d'Angleterre* Tom. I. p. 430. Hic etiam p. 432. Regem inducit, quod Cromwellus dixerit, *J'ai douté meme qu'elle soit vierge, et je croi avoir raison d'en douter sur de certaines marques.*

(z) *Annales* p. 259. *Aduentus causa non alia fuit, quam vt nuptias inter regem et Annam, Cliuensis sororem conciliarent. Earum praecipuus*

coepit adamare. Hinc die Iunii vicesimo Reginae imperabatur Londino, (vbi tum propter Parleamentum rex morabatur) Richmondiam secedat, locum scilicet et salubriorem et amoeniorem multo, quam is, vbi antea degebat. Paucis vero tum postea diebus procerum quidam ad secundum siue inferiorem Parleamenti senatum venerunt, rationes adferentes, ex quibus demonstrabant, inualidum esse regis cum Cliuensi matrimonium, vt vtrique liceat, pro lubitu nouum inire, atque hae rationes, ad ecclesiasticam synodum, tum congregatam, similiter delatae, omnium consensu approbatae sunt. Quapropter ab vniuersis Ordinibus, consentiente etiam Regina (siue metus id expresserit, siue sponte fecerit, non habeo pronuntiare) lex lata est, in qua irritum id matrimonium et viribus cassum pronunciatum. Quaenam fuerint rationes praedictae non possum pro certo affirmare. Sunt, qui dicunt, vitium corporis mulieri obiectum, quod eo probabilius videtur, quia in litteris, quibus illa Parleamenti iudicio et ordinationi se submisit, a rege se nunquam carnaliter cognitam asseuerat. Vtut fuerit in ordinem redacta, priuatam vitam multos egit annos, et cum non sustineret tali affecta ignominia ad suos reuerti, in agris sibi assignatis diu vixit, a rege semper benigne habita, ac die Iulii XV. MDLVII. defuncta, Westmonasterii ad australe latus presbyterii in tumulo nondum absoluto condita est. Caeterum rex Synodi et ordinum decreto vix dum perfecto, sydere haud magis fausto du-



*cipuus inter nostros suasor Cromwellus extitit, nusquam dicens aduersus papales machinationes firmum reperiri fidumque praesidium, nisi inter eos, qui tyrannidis pontificiae secum aeque pertaesi eiusdem similiter jugum excussissent. Quod consilium haud dubie saluberrimum, consultori tamen exitio fuisse creditur.*

duxit Houardam Norfolciae ducis ex Edmundo fratre neptim (a).

§. LVI.

Qua ratione Carolus II. M. Britanniae rex diuortium cum Catharina Lusitanica quaesiuerit, ad longum docet GILBERTVS BVRNETVS ita scribens (b): *Vne chose, qui survint dans ce tems là, rendit cette affaire le sujet commun de la conversation dans toutes les compagnies. Mylord Roos, qui fut ensuite Comte de Rutland, avoit intenté Procés à sa femme dans l'officialité, pour cause d'adultere, et y avoit obtenu sentence de Divorce. Cette sentence n'emportant qu'une separation de lit et de table, il presente requête au Parlement, pour obtenir la Rupture entiere et la Permission de convoler en secondes Noces. Le Duc d'Yorck, et ses Partisans, craignant les consequences de la Proposition, s'y opposerent avec une extrême chaleur, et furent vivement soûtenus par tous les Evêques, à l'exception de Cosins et de Wilkins. le Roi, de son côte, appuyoit la Requête avec autant de feu, que son frere en opposoit pour l'attaquer; Ce vif empressement de ces deux Princes fit comprendre à tout le monde qu' ils prenoient plus d' intérêt à la chose qu' il n' en paroissoit. La grace fut accordée; et cela fit que quelques uns proposérent au Roi de permettere qu' on la demendât pour lui. Il ne rejetta point cette Ouverture; et la chose alla si loin, que le jour étoit pris pour faire la proposition dans la Chambre des Communes. Trois jours seulement avant celui la, le Roi donna vn contr' ordre, et dit que l'expedient ne lui plaisoit pas, et qu'il n' y falloit plus penser. Je tiens ce fait d' un homme qui ne pouvoit qu' en être bien instruit, puis que c' est de la personne, qui s' etoit chargée de diriger tout dans la Chambre des Communes, et qui avoit déjà pris les devans pour emboucher les Mem-*

(a) *Rer. Anglic. Annal.* p. 242. LARREY p. 441. BVRNETVM lib. III. p. 153.

(b) *Memoires de la Grande Bretagne* lib. I. p. 528.

*Membres : je veux parler de Mr. May, Garde de la Bourse Privée, qui posseda le plus long temps, et le plus intimement, la confidence de ce Monarque. L' affection de son Maitre se refroidit bien quelque fois, à la verité, parceque ce serviteur n' aimoit, ni la France, ni le Papisme, ni le Pouvoir arbitraire. Mais, cette contrarieté des sentimens Politiques n' empêchoit pas que leur humeur ne s' accordat merveilleusement sur tout le reste; et cette conformité d' esprit, jointe à la complaisance, que May eut toujours de favoriser les Vices du Prince, maintint entre eux une liaison, que l' on ébranla quelque fois et que l' on ne rompit jamais. Parmi tant de moyens differens que l' on proposoit pour donner une seconde Femme à Charles II. il s' en presentoit un facile à éxécuter mais plus odieux que tous les autres. La cour etoit alors dans la fureur des Masquarades. Le Roi, la Reine, tout le monde, alloit en Masque heurter à la premiere Maison, où l' on faisoit cent Danses grotesques. Ces Masques, inconnu à tous autres, qu' aux personnes qui sçavoient le deguisement, se faisoient volturer par la premiere Chaise de loüage, qu' ils trouvoient dans la rue. Un soir, la Reine avoit pris des Porteurs, qui, après l' avoir laissée à la Maison ou elle volut entrer, ne revinrent point pour la reporter. Se trouvant seule, et dans un grand embarras, elle prit un fiacre pour se rendre au Palais, d' autres ont dit que ce fut une Charlette. Dans ces occasions, il n' auroit pas èté difficile de l' enlever; et Mylord Buckingham s' offrit au Roi de le faire, si sa Majestè le vouloit bien permettre. On l' envoyeroit, disoit il aux Colonies de l' Amérique, ou l' on prendroit grand soin, que rien ne lui manquât, mais ou personne ne la connoitroît; de sorte que l' on n' en entendroit plus parler, et que dans l' opinion que l' on pourroit donner ici de sa desertion volontaire, on trouveroit des gens qui en feroient une raison valable de divorce. Le Chevalier Murray m' a dit que le Roi, frappé d' horreur à cette proposition representa qu' il seroit infame de rendre une pauvre*

*Dame malheureuse, seulement parce qu' elle etoit sa femme et n' avoit point eu d' Enfans, sans qu' il y eût de sa faute. Le Duc Buckingham ne pouvoit rien taire, et il se repandit quelque vent de ceci. Sur des avis confus qu' en eût le comte de Manchester, Chambellan de la Reine, il lui conseilla de ne se plus exposer comme elle l' avoit fait; la chose ne lui faisant point de honneurs, et la mettant en danger: et cette Princesse suivit ses conseils. Enfin, tous ces Projets aboutirent à une concussion que le Roi gouta. C' etoit de gagner le Confesseur, pour persuader à la Reine, de sortir du monde et de prendre le Voile. On ne doutoit point qu' après cela le Parlement ne consentit à prononcer le divorce. Cette proposition fut aussi eventée, et je ne sai point jusqu' où l' on en porta l' éxécution. On crût que la Duchesse de York, ayant oui parler du dessein, dépecha un Courier au Pape pour lui notifier sa Conversation, et que de Rome on écrivit à tous les Serviteurs de Catherine pour leur donner ordre de s' oppeser de concert à la proposition, en cas qu' on la fut à leur Maitresse. Peut être n' etoit il pas besoin que le Pape s' en melât. Toutes les femmes, que nous avions ici, s' entendoient assez pour faire échouer la chose. La Reine n' avoit aucun goût pour le couvent. La Duchesse d' York craignoit extrémement de se voir une autre Belle soeur, et Madame Palmer, créé Duchesse de Cleveland, redoutoit encore plus une nouvelle Reine à qui l' on ne manqueroit pas de la sacrifier, et pour parer le coup, elle se reconcilia avec le Duc d' York.*

## §. LVII.

Catharina Graja apud Anglos duplex divortium fuit passa, de quo IMHOFIUS (c): *Eduardus Seymorus II. quem parens exhaeredatis filiis è primo matrimonio prognatis, quorum progenies in comitatu Devoniensi superat, in dignitates ac opes à se acquisitas substituerat, illis penitus cum magna patri-*

(c) *Historia Genealog. M. Britanniae p. 78.*

*patrimonii parte, aduersariorum inuidia spoliatus, et primo demum anno Elisabethae in titulos Baronis Bellocampii et Comitis Hertfordiae restitutus est. Inito postea et clanculum matrimonio cum Catharina Greja, Reginae agnatione juncta; et ab Henrico filio natu maximo comitis Pembrochiae repudiata, ac diu neglecta, cum id Catharinae grauiditate palam factum esset, neque illi conjugium diffiterentur, in carcerem ambo conjecti sunt lataque est ab Archiepiscopo Cantuariensi aliisque ad caussam cognoscendam delegatis sententia; illum illicitam, et illegitimam carnalem copulam cum illa habuisse, atque ea propter ambos ex lege puniendos. Catharina mox filium primogenitum in carcere peperit, posteaque et alterum, corruptis custodibus ex Hertfordio progenuit; quare denuo in Camera stellata triplici de crimine accusatus fuit: nempe, quod virginem regia stirpe natam in regia vitiarat, carcerem effregerat, et iterum compresserat: Ille protestatus se matrimonium cum ea legitime contraxisse, non dissimulauit, quin per fores carceris patentes eam adiuerit, vt de sententia pronunciata moerentem solaretur debitumque coniugale soluisse. Vnde pro singulis criminibus quinque millibus librarum mulctatus et nouem annos in custodia detentus fuit. Illa post aliquot annos gravi morbo correpta, coram Hamptono Arcis praefecto culpam a Regina, quod matrimonium ea inconsulta contraxisset deprecata, liberosque et mariti libertatem eius fidei obtestando commendans pie et placide in Christo obdormiuit, quemadmodum Camdenus memoriae prodidit. Hertfordius e custodia denique emissus duas adhuc vxores successiue duxit, e neutra vero prolem suscepit, senectaque aetate fato suo functus est.*

## §. LVIII.

Iacobi III. Scotiae regis Soror Maria marito Thomae Bodio, Araniae comiti, erat nupta. Verum, dum iste regi esset infestus, de diuortio cum ea rex agit: et affixis libellis publice, ac multis ascitis testibus, Kilmernoci,

(quod

(quod ante res afflictas, Bodionum princeps erat domicilium) iubetur Thomas, intra sexagesimam diem adesse, quem sciebant omnes, vix fide publica data, reuerti ausurum. Cum diem non obiisset, priores nuptiae decernuntur, illegitimae; ac diuortio cum absente et inaudito transacto, Maria, regis soror, inuita Iacobo Hamiltonio, homini prope nouo, ac multum dignitate et opibus, quam prior maritus, inferiori nubere cogitur (d).

## §. LIX.

Qua ratione Margaretha, Iacobi IV. Scotiae regis vidua, post mariti mortem, Archibaldum Angusiae comiti nupserit, postea vero, quod aliam foeminam adamaret, diuortium cum eo fecerit, obtendens, quod matrimonii fidem ante nuptias secum initas, comitis Bothwelliae filiae dederit; narrat IOANNES LESLAEVS (e): *Regina vehementi quodam animi impetu concitata nec regni proceribus in consilium adhibitis, nec fratre suo rege Anglo consentiente Archibaldo Angusiae comiti VI. die Augusti MDXIV. nupsit, ac Angusii necessariis obsecuta, totam regni molem, ac reipl. administrationem in illum quamprimum transtulit. Sed Iohanne D. Albaniae in Scotiam delato in Angliam cum marito secessit, et fratris iussu Herbotellae eousque baesit, quoad filiam, quam Margaretham Duglassiam vocarunt, in lucem suscepisset. Reuersa postea in Scotiam fama constanti ineunte Aug. anno MDXVIII. Edimburgi accepit, Angusium, maritum eius foeminae nobili in prouincia Duglasdensi quam perdite amatam secum clam inde adduxerat, fucum fecisse. Cuius rei causa tantas faces animo conceperat, continuoque contentionum fomitu aluerat regi-*

(d) BVCHANANVS lib. XII. p. 434. IMHOF. *Geneal. M. Britann.* pag. 96.

(e) *De rebus Scoticis* lib. LX. IMHOF. *M. Britann.* p. 51.

*regina, vt nisi diuortio facto, nullum vitae spiritum liberum doloreque vacuum duxisse videretur. Causam diuortio obtenderat Regina, quod matrimonii fidem Angusius, ante nuptias secum initas, comitis Bothwelli filiae dederat. Dicta demum a. MDXXV. Angusio die Archiepiscopus Sanctandreapolitanus diuortii sententiam tulit, ea tamen lege, vt proles ex eo matrimonio suscepta, propter parentis, saltem reginae, ignorantiam, nihil inde damni pateretur idque eo libentius, et quod res videbatur nulla dubitatione implicita, et quod Reginae mens in eam partem propendere videbatur, Regina pronunciata diuortii sententia paulo post nupsit Henrico Stuarto Domini Arendalii* (hunc et LESLAEVS alibi (f) et BVCHANANVS (g) *Andream*, Cancellarium regni, Waltheri Stuarti gnatum vocant) *filio, quem postea rex, vt honorem matri deferret, Dominum Meffensem creauit, ac bellicorum tormentorum praefecturae munere cohonestauit.*

## §. LX.

Roberto Stuarto puellaribus annis nupta erat Elisabetha Stuarta, Altnobiae comitis filia, de cuius adulterio atque diuortio ROBERT. IONHSTONVS (h): *Hinc turbidus Arraniae comes, amoto aemulo et contraria factione pulsa, ab auaritia et crudelitate in libidinem prouolutus, turpe matrimonium contraxit. Elisabetha Stuarta Atholiae comitis filia puellaribus annis Marchiae comiti nupta, adulterium cum nouo comite spe dominationis exercuit, et quem marito ardentius et constantius amauit, nunc blandiente fortuna cupit esse vxor, et socia potentiae, ac litem de diuortio obtentu impotentiae apud iudices episcopales marito intendit. Nulla in diuortio mora, intra paucos dies lis diiudicata, iustum et legitimum matrimonium solu-*

(f) lib. VIII. pag. 310.
(g) lib. XII. pag. 407.
(h) *Rerum. Britann.* lib. II. p. 72.

*lutum, abducta nobilissimo viro ex stirpe Leuinia vxor praegnans Arraniae comiti vxorio nomine, pessimo exemplo, coniungitur, qui vno atque eodem die et maritus ac pater infantis, in alieno matrimonio per adulterii consuetudinem procreati, in suo nati, inde crebri vulgi questus impudicitiam mulieris, procacitatem, luxuriam et lasciuiam perditam arguentis. Ministri vxoris impudicitiam detestati, et noui hominis insolentiam perosi, commemorant rem noui exempli a marito propinquo, et gentili regis, vxorem abductam, stupro cognitam; sed nulla subsecuta poenitentia, foemina natura insolens atque superba, capiti mariti potens, transilit metas, quas natura statuit, sexus postulat, consuetudo approbat, coetus saltantium frequentat, et virilia munera vsurpat.*

## §. LXI.

Iacobus Heburnus Bothwelliae comes, postquam Mariam Scotiae Reginam haud inuitus rapuisset, de diuortio cum priore coniuge sua cogitabat, de quo sic scribit BVCHANANVS (i): *Aliud crimen minus inuidiosum, sed pari poena plectendum, erat excogitandum, sub cuius vmbra caedes regia tegeretur, et condonaretur: nihil autem occurrebat, nisi simulatus ille raptus, quo et Reginae voluptati, et Bothwelii securitati prospici posset: igitur ille sexcentis comitatis Equitibus ad Almonis (vt conuenerat) pontem Reginam opperitur, ac eam non inuitam secum Dumbarum ducit; ibi dum libere animo indulgent, diuortium, priore vxore in ius vocata, fit, idque duplici in foro: nempe apud iudices publice constitutos, qui de hoc genere quaestionum cognoscerent: et apud officiales, quos vocant iudices episcopales, etsi decreto publico vetitos quicquam pro Magistratu agere, aut vllam negotii publici partem attingere, Gordonia, Bothwelii vxor cogitur in duplici foro, litem de diuortio intendere; apud iudices regios accusat vxor maritum adulterii, quae vna iusta apud eos erat diuortii causa: apud iudices Papanos, lege*

(i) Lib. XVIII. p. 669.

*lege vetitos tamen ab Archiepiscopo Fani Andreae, ad hanc litem cognoscendam, datos accusatur, idem ante matrimonium cum propinqua vxoris stupri consuetudinem habuisse. Nulla in diuortio faciendo nec in testibus, nec in iudicibus fit mora: intra enim decimum diem lis suscepta et diiudicata est. Sterlini collecta sincerior pars nobilitatis ad reginam mittunt, qui rogarent, spontene, an inuita teneretur, nam si inuita illic esset, se coacto exercitu, eam liberaturos. Illa, nuncio non sine risu accepto, respondit, se inuitam eo adductam, sed ita humaniter tractari, vt de priori iniuria non habeat, quod multum queratur: ita irriso nuncio, properantibus, raptus iniuriam per legitimas nuptias leuare, duo adhuc restare videbantur impedimenta: alterum, si captiua nuberet, pro vitiosis haberi possint nuptiae; atque ideo facile solui: alterum, vt consuetae seruarentur ceremoniae, vt videlicet publice in conuentu ciuium, tribus diebus dominicis, nuptiae futurae inter Iacobum Heburnum, et Mariam Stuartam denunciarentur, vt si quis quid vitii aut impedimenti sciret, quo minus legitime coirent, rem ad ecclesiam deferrent. Haec vt conferrent, Botbwellus conuocatis amicis et clientibus, reginam Edimburgum reducere statuit: vt ibi, obtentu vano libertatis, ipsa libere de nuptiis arbitratu suo statueret. Comites eius cum plerique armati essent, inter reducendum, timor animos multorum incessit, ne aliquando fraudi sibi foret, quod Reginam captiuam adhuc tenerent: nam vt caetera absint, hoc vnum satis argumento esse, quod armati circa eam temporibus et rebus alioqui pacatis conspicerentur; hoc scrupulo iniecto, abiiciunt omnes hastas, et pacatiore, saltem in speciem, agmine in arcem Edimburgensem, quae tum in potestate Botbwelii erat, eam ducunt: postridie in vrbem atque in consessum iudicum eam comitantur, apud quos et ipsa se liberam et sui iuris affirmat. Cum de nuptiis in ecclesia denunciandis ageretur, et lector, cuius id munus erat, constanter recusaret, collecti diaconi et seniores cum reluctari non auderent, iubent ecclesiastem nuptias futuras, de more edi-*

*edicere: et is quidem hactenus paruit, vt se vitium quidem scire profiteretur, ac paratum, seu Reginae seu Bothwello, cum vellent, indicare. Is cum in arcem accersitus venisset, Regina eum ad Bothwelium remisit: qui quanquam nec blanditiis, nec minis ecclesiastem de proposito deduceret, nec rem disceptationi committere auderet, tamen nuptias apparat. Vnus Orcadum episcopus est inuentus, qui gratiam aulicam veritati praeferret, caeteris reclamantibus causasque proferentibus, cur legitimae non essent nuptiae, cum eo, qui duas vxores adhuc viuas haberet tertiam, ipse nuper suum fessus adulterium, dimisisset, ita indignantibus omnibus bonis, vulgo etiam execrante, propinquis per literas improbantibus, incboatas, et publicis ceremoniis simulatis, etiam factas detestantibus, tamen matrimonium celebratur. Qui aderant e nobilitate (nam omnes fere domos discesserant, praeter paucos Bothwelii amicos et propinquos) ad coenam inuitati, et vna cum iis Crocus Gallus legatus. Is quamquam Gusianae factionis esset, et in propinquo diuersaretur, constanter tamen venire recusauit: neque enim existimabat, e dignitate legationis, qua fungebatur, esse, vt eas praesentia sua nuptias probasset, quas audiebat, diris execrationibus vulgo deuoueri; propinqui quoque Reginae et incboatas et factas improbarunt; et reges Galliarum et Angliae, per legatos rei foeditatem auersabantur.*

## §. LXII.

Ottocarus, Bohemiae rex vxorem suam Margaretham Austriacam Alexandri IV. Pontificis indultu ob sterilitatem dimisit, de quo PESS. de CHECHOROD (k): *vxorem quoque Margaretham, quod ad generandam prolem impotens esset, et quod Treuiris, Parthenonem sacrum praedicatorii ordinis, post Henrici prioris mariti mortem ingressa, caelibem vitam professa diu fuisset, quod postea cognitum est, dimisit, nam se ipsum procreandis liberis idoneum, in nobili quadam puella austriaca*

(k) *Marte Morauiae* lib. III. c. VII. p. 368.

*ſtriaca e Gynecaeo vxoris oſtendit, permittente eadem vxore Margaretha, vt ſcribit Franciscus canonicus noſter, vicinus illorum temporum, cuius verba ſunt: Et quia praedicta Margaretha ſterilis fuit, opprobrium ſterilitatis regi adſcripſit, aſſeuerans ipſum propter hoc ſterilem, quod natus in die S. Petri fuiſſet: (credebant enim ſuperſtitioſae quaedam mulieres, eo die natos, genus non propagare), rex vero ait: Da mihi vnam de virginibus tuis, et infra annum ex ea puerum generabo. Cui Regina praebuit aſſenſum, rex vero inter ceteras virgines familiares elegit vnam, quae habebat tonſuram virilem, et ideo Palczerzik vocabatur; et generauit ex ea primo anno filium, nomine Nicolaum, et poſtea filias plures, a ſummo pontifice legitimatas, quae poſtea nupſerant, vna Nicolao de Strakonicz, altera N. de Wartmberg et Drnholcz, tertia Wickoni de Kravarz, quarta Wickardo de Polna. Itaque dimiſſam illam et obtento ab Alexandro IV. de Sacroſanctae authoritatis eius poteſtate indulto, (prius tamen Archiepiſcopo Mogontino cauſam cognoſcente) vt a praeteriti matrimonii iure abſolutus, aliam, quam vellet, ducere poſſet, Kungundam Hoſtislaei Bulgariae regis filiam Belae regis neptem duxit. Qua affinitate cum rege Hungaro inita firmam poſtea ac perpetuam pacem cum illo pepigit, eoque modo pacata et tuta per Morauiam cuncta reſtituit.*

## §. LXIII.

In hiſtoria Beatricis Ferdinandi Neapolitani regis filiae, quae vltimis nuptiis Ladislao regi nupſit, exemplum repudii inſimul occurrit atque diuortii, de quo PETRVS BAYLE ſic ſcribit (1): *Ferdinand la maria avec le fils de Marin de Marciano duc de Seſſa; mais il rompit cet accord, que les parties fuſſent en âge de puberté. Comme il n'avoit eu pour but que de desarmer par cette alliance le duc de Seſſa, l'un des principaux chefs de la faction Angevine, il ne ſe vit pas plutôt au deſſus de ſes affaires, et maitre de la deſtinée de ce duc, qu'il fit revenir ſa fille. Il la maria â Matthias Corvino Roy de Hongrie et deuxiemement â Ladislas, frere du Roy de Pologne, qui fut auſſi*



(1) *Reſponſe aux queſtions d'un provincial* T.II. p.271. Deſumſit iſta ex THOMAE THOMASI *Vie du Duc de Valentinois* pag. 289. et 290.

*aussi Roy de Hongrie; Princesse doüée de tant de vertus, que ses merites ayant gaigné l'inclination des Hongariens, et les ayant soûmis agreablement aux volontés de son premier mary, furent cause, que Maximilian d'Austriche creut aussi bien que le mesme Ladislas, competiteurs de cette couronne, que de l'epouser estoit autant qu' acquerir le Royaume. Le sort tomba donc sur Ladislas: voyla pourquoi estant couronné à Albe Royale en qualité de Roi de Hongrie, il resta durant dix ans avec Beatrix, assis sur le throne, au bout desquels estant autant desgouté de l'âge deja avancé de la Reine, que charmé par la fameuse beauté d'Anne de Candale* (quae Iohannis de Foix II. filia erat, Germanae de Foix cognata) *Françoise, proche parente du Roi Loüis, avec qui il jugeoit á propos, pour le bien de ses affaires, de s'unir, et sollicité beaucoup par la facilité qu'il y avoit à Rome, à faire dissoudre les mariages, sollicita dans cette cour, non pas sans noircir sa reputation d'une tâche d'ingratitude tout à fait scandaleuse, la dissolution de son dit mariage sous des pretextes empruntés de nullité et l'obtint; parcequ'on faisoit tout ce que l'on pouvoit sans aucun respet á la honte et au prejudice de la maison d'Aragon de Naples; de sorte que le Pape Alexandre VI. donna la sentence en plein Consistoire, par laquelle il declaroit, non obstant les protestations et les deffenses des Ambassadeurs de Naples, que le mariage de Ladislas avec ladite Beatrix estoit nul et presomptif, ordonnant à celle-cy de garder un perpetuel silence, et de payer 25000. Ducats sous pretexte qu'on luy avoit fait grace en luy donnant un present d'une grieve sentence, ainsi qu'on avoit convenu en secret avec le Roi, le quel fit en sorte, que les deniers de son dot servissent à faire la guerre à cette Dame mal deffendüe, et l'obligeassent á succombre sous la violence d'un ingrat mary, et d'un pere commun tout à fait mechant et pervers.*

## §. LXIV.

De Ladislao Siciliae rege AENEAS SYLVIVS (m): *recens memoria est: qui repudiata legitima coniuge, alteram superduxit.* Addit tamen SYLVIVS: *Idem Lotharius rex egit: Idem rex Bohemiae Ottocarus. Ludouici Bauari Caesaris*

(m) *Hist. Friderici III.* p. 84. - - -

*ris filius comitissam Tirolis, quae a viro suo Ioanne regis Bohemiae filio sine lege diuerterat, vxorem duxit. Quos pro suis iniquitatibus etiam in hoc seculo poenas dedisse manifestum est.*

## §. LXV.

De Balduino I. Hierosolymorum rege narrat BARONIVS (n): *Hoc anno (MCXVIII.) execrabile illud facinus perpetratur, vt Arnolpho, Hierosolymitano Patriarcha agente, Balduinus, viuente adhuc prima coniuge, duceret in vxorem comitissam Siciliae, quae vxor fuerat Rogerii comitis. Ita infenso nomine res Christianorum coeperunt in deterius labi.* Et plenius CHRISTOPHORVS BESOLDVS (o): *Dum autem hisce in periculis, regnum vniuersum, ipsaque vrbs, ab Ascalonitis diuexaretur: adfuit nuntius, regi significans, quod comitissa Siciliae, apud vrbem Acconensem applicuerat. Fuerat praedicta comitissa, Rogerii comitis, qui cognominatus est Bursa, qui frater fuit Roberti Guischardi, vxor: Nobilis, et potens, et diues matrona. Ad hanc anno proxime praeterito, quosdam nobiles, de regno suo rex direxerat, inuitans eam, et cum instantia postulans, vt cum eo, lege coniugali vellet conuenire. Quae verbum filio communicans, videlicet Rogero, qui postea fuit rex Siciliae, coepit cum eodem de verbo illo deliberare: Et tandem visum est ambobus, quod si rex, sub certis conditionibus praedictum verbum vellet confirmare, ipsi petitionis eius parati erant acquiescere. Forma autem conditionum haec erat: Quod si rex ex praedicta comitissa prolem susciperet, ei post regis obitum, sine contradictione et molestia regnum concederetur. Quod si absque haerede, ex eadem comitissa suscepto, defungeretur: comes Rogerus filius eius, haeres existeret, et in regno, sine contradictione et molestia rex futurus succederet. Rex autem abeuntibus legatis in mandatis dederat, vt quibuscunque petitionibus parentes, eam secum modis omnibus deducere laborarent. Audierat enim et vere sciuerat, quod mulier locuples erat, et filio accepto, bonis omnibus abundabat. Ipse vero e conuerso, pauper erat et tenuis, vix ad ne-*

(n) Ad ann. 1113. n. 4. Christ. BESOLDVS *de Regibus Hierosolymorum* p. 175.

(o) *De Reg. Hierosol.* p. 173.

*necessitates quotidianas, et equitum stipendia, sibi poterat sufficere: Vnde et de illius redundantia suae sitiebat inopiae subueniri. Missi igitur legati, conditiones praedictas gratanter suscipiunt. Et interpositis iuramentis, prout exigebantur, quod his pactis a rege et suis Principibus bona fide, sine fraude et dolo malo, staretur. Comitissa, filio vniuersa necessaria suggerente, se accingit ad iter, et oneratis nauibus frumento, vino et oleo, et salsis carnibus, armis praeterea et equitaturis egregiis, assumens secum infinitam pecuniam omnibus eam prosequentibus copiis, appulit Palaestinam. Haec autem, vt praedictum est, Arnulfi, Patriarchae machinabatur malitia, vt illa nobilis et honesta deciperetur foemina. Deceptam quippe negare non possumus eam, quae in simplicitate viarum suarum, regem putabat idoneam gerere personam, ad hoc, vt ei nuberet legitime. Erat autem longe secus: Nam vxor, quam ipse apud Edessam legitime duxerat, adhuc in rebus agebat humanis. Postquam ergo applicuit dicta comitissa, praesente rege, Patriarcha, et regni Principibus, innouata sunt iuramenta. Et quia intentione sinistra, et oculo non simplici, haec fuerunt inchoata; Respiciens dominus ad eorum intentionem, nec solitam mulieri, licet innocenti, in regno concessit foecunditatem: Et extrema huius gaudii luctus occupauit. Difficile est enim, vt bono claudantur exitu, quae malo sunt inchoata principio.* Qua ratione vero poenitentiam egerit, narrat GVILIELMVS TYRIVS (p): *Hierosolymam* (ex peregrinatione, quam susceperat ad mare rubrum) *rediens Rex graui et insperata correptus est aegritudine. Qua cum supra vires defatigaretur, et timeret deficere, laesam habens conscientiam super eo, quod legitima vxore iniuste abiecta, aliam superduxerat: Corde compunctus, et facti poenitens, viris religiosis, et Deum timentibus, aperiens conscientiam, reatum confessus est, satisfactionem promittens. Cui cum pro consilio daretur, vt Reginam, quam superduxerat, a se dimitteret, abiectam vero ad regiam, vnde deciderat, reuocaret dignitatem, acquieuit; et quod ita facturus esset, si vita ei concederetur productior, voto se obligauit. Quod praestitit, dum reginam, quam superinduxerat, in Siciliam dimisit. Verum, quod prior dimissa fuerit reuocata, non legimus.*

§.LXVI.

(p) *De Bello sacro* lib. II. c. XXIX.

## §. LXVI.

Qua ratione Annam Mauritii, Saxonum ducis filiam, ob adulterium A. MDLXXV. Brilae Hollandiae vrbe dimiserit Wilhelmus Arausionensis princeps, docet FAMIANVS STRADA, dum ita scribit (q): *Hic enim dum sororis interesset nuptiis, suum quoque* (defuncta iam prima vxore Anna Egmontia) *cum Anna altera Maurtii Saxonum ducis filia matrimonium firmauerat, communicato ante cum Gubernatrice consilio: Quae principio auersata coniugium ab Lutheriana familia petitum, negauit posse vnquam probari aut regi, aut sibi, eum puellae iungi in regia Lutheri natae, quam haeresi non magis pater imbuisset iam pridem vita functus, quam Augustus patruus, qui in Septemuiratum Mauritio successerat, et maternus auus Philippus Hassiae regulus quotidie cumularent. Verum id a se prouisum affirmauit Orangius, actumque diserte cum Augusto Annae tutore, non ducendam a se puellam, nisi Catholice victuram; in eamque conditionem et Augustum, et ipsam obsignatis litteris conuenisse, quamquam Philippo auo auersante, impositamque de religione conditionem respuente. Nempe quod ipse in animo haberet, iis interim nuptiis religionis specie disturbatis, filiam suam Orangio tradere. Id quod clam cum illo per litteras egit, pollicitus pro filia, se eandem conditionem de abiiciendo Lutheriano cultu non grauate subiturum. Vsque adeo religione abutuntur ii, quibus sua demum vtilitas DEVS est. Sed fraudem assecuto, questoque grauiter Augusto Philippum respondisse, narrabat Orangius, sibi non locupleti, et multorum liberorum parenti non indecorum esse, ab alio conditionem accipere: at dedecere septemuirum Saxoniae ducem, si pateretur a Guilielmo Nassouio legem imponi: Idcirco se repudiasse conditionem in nepte, admisisse in filia. Sed non ideo placatus est eo responso Augustus: occupauitque propterea cum Orangio transigere. Et Margarita, cum toties eadem affirmasset Orangius, testatur: Nihil esse sibi, ne futurum ante animae suae decorisque curam, ac debitum regi obsequium; assensa tandem est: non tamen potestatem fecit Prouinciarum Praefectis Orangium comitandi, quod ipse flagitabat; causata*

(q) Decas I. Lib. III. p. 91. et 92.

*necessitates quotidianas, et equitum stipendia, sibi poterat sufficere: Vnde et de illius redundantia suae sitiebat inopiae subueniri. Missi igitur legati, conditiones praedictas gratanter suscipiunt. Et interpositis iuramentis, prout exigebantur, quod bis pactis a rege et suis Principibus bona fide, sine fraude et dolo malo, staretur. Comitissa, filio vniuersa necessaria suggerente, se accingit ad iter, et oneratis nauibus frumento, vino et oleo, et salsis carnibus, armis praeterea et equitaturis egregiis, assumens secum infinitam pecuniam omnibus eam prosequentibus copiis, appulit Palaestinam. Haec autem, vt praedictum est, Arnulfi, Patriarchae machinabatur malitia, vt illa nobilis et honesta deciperetur foemina. Deceptam quippe negare non possumus eam, quae in simplicitate viarum suarum, regem putabat idoneam gerere personam, ad hoc, vt ei nuberet legitime. Erat autem longe secus: Nam vxor, quam ipse apud Edessam legitime duxerat, adhuc in rebus agebat humanis. Postquam ergo applicuit dicta comitissa, praesente rege, Patriarcha, et regni Principibus, innouata sunt iuramenta. Et quia intentione sinistra, et oculo non simplici, haec fuerunt inchoata; Respiciens dominus ad eorum intentionem, nec solitam mulieri, licet innocenti, in regno concessit foecunditatem: Et extrema huius gaudii luctus occupauit. Difficile est enim, vt bono claudantur exitu, quae malo sunt inchoata principio.* Qua ratione vero poenitentiam egerit, narrat GVILIELMVS TYRIVS (p): *Hierosolymam* (ex peregrinatione, quam susceperat ad mare rubrum) *rediens Rex graui et insperata correptus est aegritudine. Qua cum supra vires defatigaretur, et timeret deficere, laesam habens conscientiam super eo, quod legitima vxore iniuste abiecta, aliam superduxerat: Corde compunctus, et facti poenitens, viris religiosis, et Deum timentibus, aperiens conscientiam, reatum confessus est, satisfactionem promittens. Cui cum pro consilio daretur, vt Reginam, quam superduxerat, a se dimitteret, abiectam vero ad regiam, vnde deciderat, reuocaret dignitatem, acquieuit; et quod ita facturus esset, si vita ei concederetur productior, voto se obligauit. Quod praestitit, dum reginam, quam superinduxerat, in Siciliam dimisit. Verum, quod prior dimissa fuerit reuocata, non legimus.*

§.LXVI.

(p) *De Bello sacro* lib. II. c. XXIX.

## §. LXVI.

Qua ratione Annam Mauritii, Saxonum ducis filiam, ob adulterium A. MDLXXV. Brilae Hollandiae vrbe dimiserit Wilhelmus Arausionensis princeps, docet FAMIANVS STRADA, dum ita scribit (q): *Hic enim dum sororis interesset nuptiis*, *suum quoque* (defuncta iam prima vxore Anna Egmontia) *cum Anna altera Maurtii Saxonum ducis filia matrimonium firmauerat, communicato ante cum Gubernatrice consilio: Quae principio auersata coniugium ab Lutheriana familia petitum, negauit posse vnquam probari aut regi, aut sibi, eum puellae iungi in regia Lutheri natae, quam haeresi non magis pater imbuisset iam pridem vita functus, quam Augustus patruus, qui in Septemuiratum Mauritio successerat, et maternus auus Philippus Hassiae regulus quotidie cumularent. Verum id a se prouisum affirmauit Orangius, actumque diserte cum Augusto Annae tutore, non ducendam a se puellam, nisi Catholice victuram; in eamque conditionem et Augustum, et ipsam obsignatis litteris conuenisse, quamquam Philippo auo auersante, impositamque de religione conditionem respuente. Nempe quod ipse in animo haberet, iis interim nuptiis religionis specie disturbatis, filiam suam Orangio tradere. Id quod clam cum illo per litteras egit, pollicitus pro filia, se eandem conditionem de abiiciendo Lutheriano cultu non grauate subiturum. Vsque adeo religione abutuntur ii, quibus sua demum vtilitas DEVS est. Sed fraudem assecuto, questoque grauiter Augusto Philippum respondisse, narrabat Orangius, sibi non locupleti, et multorum liberorum parenti non indecorum esse, ab alio conditionem accipere: at dedecere septemuirum Saxoniae ducem, si pateretur a Guilielmo Nassouio legem imponi: Idcirco se repudiasse conditionem in nepte, admisisse in filia. Sed non ideo placatus est eo responso Augustus: occupauitque propterea cum Orangio transigere. Et Margarita, cum toties eadem affirmasset Orangius, testatur: Nihil esse sibi, ne futurum ante animae suae decorisque curam, ac debitum regi obsequium; assensa tandem est: non tamen potestatem fecit Prouinciarum Praefectis Orangium comitandi, quod ipse flagitabat; causata*

(q) Decas I. Lib. III. p. 91. et 92.

*sata eorum necessitatem in Belgio, armatis iuxta Galliae prouinciis. Verum ne tristis abscederet, permisit ei ceteram nobilitatem: cuius dein comitatu septus in Saxoniam venit, secutusque Florentius Momorantius Montini dominus, qui Margarithae nomine nuptam inuiseret, donaretque gemmeo monili. Et Orangius Lipsiae Saxonum in vrbe, celebratis ineunte Augusto mense nuptiis, quibus rex Daniae Federicus interfuit, praeter alios Germaniae Principes, in Belgium confestim rediit, renouato Gubernatrici promisso super vxoris religione. Cuius tamen promissi fidem tam impleuit ipse, quam ipsi fidem coniugalis pudicitiae seruauit vxor. Quam propterea post annos tredecim adulterii manifestam remisit in Germaniam, ducta Carlotta Borbonia ducis Mompenserii filia*, de eodem dicit HVGO GROTIVS (r): *nam, quia Arausionensis facto dissidio ab vxore Saxonica ob causas ipsius genti approbatas, Mompenserii filiam, inter DEI sacras virgines educatam, in matrimonio habebat.* Nuptias hasce describit MVLLERVS (s) atque addit: *Diese Heyrath ist nicht allerdings wohl gerathen, indem die Braut, sowohl wegen wiedriger Religion, als bösen Verdachts von dem Bräutigam, wiederum zurück zu ihren Vetter, Churfürst Augusten, geschickt worden, welcher Sie in leidliche Verwahrung nehmen lassen, worinnen dieselbe auch bis an ihr Ende verbleiben müssen.*

## §. LXVII.

Iacobus dux Sabaudiae et Nemarensis per verba de praesenti matrimonium contraxerat cum Francisca Rohanea Domina de la Garnache in ditione Pictauiensi, filia Renati, vice-comitis Rohanei, Principis de Leon, comitis de Porhoet et Isabellae Albretanae. Verum, hoc matrimonium a Papa pro nullo et per Arrestum Parleamenti anno MDLXVI. pro clandestino, atque Henricus, filius ex eodem

(r) *Annal.* lib. III. exeunte.

(s) *Annal. Saxonic.* ad d. 24. August. 1561.

dem matrimonio progenitus, pro illegitimo fuit declaratus (t).

## §. LXVIII.

Vincentius II. Dux Mantuae duxerat in matrimonium Isabellam, Ferdinandi, Principis in Bozzuolo filiam. Verum, dum ista ob aetatem ad liberos proferendos esset inhabilis, a Papa matrimonii petebat dissolutionem, qua ratione Francisci II. fratris sui filiam Mariam sibi coniungeret, in animo habens, Gallorum etiam rege ipsius petita Romae promouente. Verum, dum Papa in dissolutionem matrimonii consentire nollet, dicta Maria Carolo duci Niuerniensi nuptui fuit collocata, istaque in Ducatu Mantuano successor declaratus (u).

## §. LXIV.

De Iohannis Basilidis matrimonio atque diuortio sic loquitur HERBERSTEINIVS BARO (x): *Basilio Iohannis de vxore ducenda deliberanti, consultantique, visum tandem fuit, vt potius subditi alicuius filiam, quam externam duceret: tum vt maximis parceret sumptibus, simul ne vxorem peregrinis moribus diuersaque religione imbutam haberet. Huius autem consilii Georgius cognomento Paruus, principis et thesaurarius et consiliarius summus, author fuit. Putabat enim, principem filiam suam vxorem ducturum. Sed tandem publico de consilio, Bojaronum filiae numero mille et quingentae, cum in vnum locum conductae essent, vt ex illis, quam vellet, eligeret; delectu princeps* ha-



(t) GVICHENON lib. III. p. 1065.

(u) GVICHENON Tom. I. p 842. *il avoit épousé la Princesse de Bozzola, et parce qu'elle étoit hors d'âge d'avoir des Enfans, il poursuivit à Rome la dissolution de son mariage dans la resolution qu'il avoit prise d'épouser la Princesse Marie sa Niece pour laquelle il avoit beaucoup d'estime.*

(x) *Rerum Moscouiticarum* p. 25.

*habito, Salomeam, Iohannis Sapur, Bojaronis filiam, contra Georgii opinionem in vxorem elegerat. Ex ea porro cum ad vnum et viginti annos liberos non suscepisset, sterilitate vxoris offensus, eam eo anno, quo nos Moscouiam veneramus, nimirum MDXXVI. in monasterium quoddam in Susdali principatu intrusit. Huic Metropolitanus in monasterio lacrymanti, eiulantique, capillis primum abscissis cum cucullam porrexisset, eam sibi iniici haec adeo non patiebatur, vt apprehensam, in terramque proiectam cucullam pedibus calcauerit. Qua rei indignitate, Iohannes Schygona, vnus ex primariis consiliariis, commotus, eam non solum acriter obiurgauit, sed flagello cecidit, superaddens:* Tu ne voluntati Domini resistere audes? illiusque iussa capessere moraris? *Hunc Salomea cum interrogaret, qua se authoritate caederet? mandato Domini, cum respondisset: animo illa tum fracto coram omnibus, quod cucullam inuita atque coacta induat, protestatur, tantaeque iniuriae sibi illatae Deum vltorem inuocat. Salomea itaque in monasterium coniecta, cum princeps Helenam filiam Knes Basilii Lintzkii Caeci, iamque vita defuncti, fratris inquam Ducis Michaelis Lintzkii, qui tum captiuus detinebatur, vxorem duxisset; continuo fama exoritur, Salomeam grauidam propeque partum esse. Rumorem confirmabant duae matronae primorum Consiliariorum, Georgii parui Thesaurarii, et Iacobi Mazur Cubicularii, vxores: agebantque sese ex ore ipsius Salomeae audiuisse, vt quae grauidam se, et prope partum esse fateretur. Qua re audita, grauiter commotus princeps, vtramque a se repulit: alteram, Georgii vxorem, etiam verberibus affecit, quod tempestiuius de hac re ad se non retulisset. Mox vt rem compertam haberet, Theodoricum Rack consiliarium et Potat Secretarium quendam, ad monasterium, in quo detinebatur, mittit: illisque vt veritatem rei diligenter inquirerent, demandat. Quidam nobis tum Moskouiae existentibus, sancte affirmabant, Salomeam filium, Georgium nomine peperisse; nemini tamen infantem ostendere voluisse. Quin cognoscendae veritatis gratia, quibusdam ad*

*se*

*se missis, dicitur respondisse, indignos illos esse, quorum oculi infantem viderent: dum in suam Maiestatem veniret, matris iniuriam vlturum. Quidam vero, eam peperisse, constanter negabant. Ambigua itaque ea de re est fama. Basilii porro Lintzkii et Lithuvania profugi filiam, cur vxorem duxerit princeps, duas causas, praeterquam quod se ex ea liberos suscepturum sperabat, fuisse accepi: tum quod socrus generum suum duxisset ex familia Petrovuiz, quae magni quondam Nominis in Hungaria erat Graecorumque fidem sequebatur: tum quod Michaelem Lintzkii, singulari dexteritate ac rara quadam fortitudine virum, patruum liberi habituri essent. Habebat etenim princeps duos germanos fratres superstites, Georgium et Andream: atque ideo si forte liberos ex aliqua alia vxore susciperet, eos fratribus viuentibus, parum tutos fore in regni Administratione putabat. Michaele autem in gratiam recepto, libertateque donato, filios ex Helena susceptos, authoritate patrui in maiore quiete futuros non dubitabat, de cuius liberatione nobis praesentibus tractabatur: quem etiam vinculis solutum, liberisque custodiis honeste mandatum, vidimus tandem libertate donatum, interque ceteros Knesos Testamento a principe nominatum, Tutorem denique Nepotum suorum Ioannis et Georgii institutum fuisse. Sed postea Principe mortuo, cum viduam regium thorum continuo cum quodam Boiarone cognomento Ovuczina contaminantem, inque mariti fratres vinculis constrictos saeuientem, crudeliusque imperantem videret, eam, vt honestius et sanctius viueret, aliquoties sola pietate ac honestate adductus admouerat: sed huius illa admonitionem adeo moleste impatienterque tulit, vt mox qua ratione e medio tolleretur, consilium quaereret. Causaque reperta, Michaelem aiunt continuo proditionis crimine fuisse insimulatum, atque in carceres rursus coniectum, misere tandem periisse: viduam quoque non ita diu post veneno sublatam, Ovuczina vero adulterum in partes dissectum fuisse. Matre itaque e medio sub-*

*lata, maior natu filius Iohannes MDXXVIII. anno natus, in regno successit.*

§. LXX.

Philippus Maria vltimus dux Mediolanensis Beatricem Falikanis Facini viduam cum dote CCCC millium aureorum duxit vxorem (y). Hanc adulterii cum Mich. Orumbello citharoedo suspectam magis quam conuictam vltimo supplicio affecit (z). Licet Euerardus Windeck potius velit dictam Beatricem ab ipso parum fuisse adamatam, et potius eo, quod, dum ipse puerorum amori pessime fuerit deditus, ipsum increpasset, eandem fecisset occidi, dum ita scribit (a): *Du solt mercken: zu der Zeit, als König Sigmunds Räthe in Bothschafft zu Meyland gewesen waren, da hatte der Herr von Meyland ein Weib, die hatte vor einen gehabt, der hieß Falikan, und war um das Land Meyland herum gantz gewaltig, und als er sterben sölte, da sprach er zu dem von Meyland: er solte sein Weib zur Ehe nehmen, dete er das nit, so künte er nit Herre zu Meyland seyn, über das Land; Denn das Land war der Frauen gar holdt, und sie doch auch gar ein gut Wort hatte in dem Lande. Also do der Falikan starb, do nahm der von Meyland das Weib, doch hatte er sie nit lieb, er hatte die jungen Knaben lieber, als man saget, und er auch das beweiset; denn als des Königs Sigismunds Räthe zu Meyland waren gewesen, do hatten sie etwas übertragen mit der Frauen, als mann meinte, und als sie hinweg gezogen waren, da zog der Pabst*

(y) RIPAMONTIVS *Hist. Mediolan.* lib. XI. p. 794.

(z) RIPAMONTIVS lib. V. p. 608. *etiam praeter honestas eas solicitudines, decorasque molestias imperii nomine, miserabilis cum ignominia angor exercuerat virum ob Beatricis vxoris impudicitiam, quae deprehensa cum adultero, clementer tamen punita est, dato moriendi spatio intra Bianfetii arcem quasi flagitium aliud, et non extremum illud muliebre puniretur.* IMHOF p. 177.

(a) *Hist. Sigismundi c. LXII.*

*Pabst Martinus V. der zu Costentz erwehlet war, hinein, und kam gen* Pafia, *und als der Pabst kommen solte, was dem von Meyland bedeuchte in seiner Bosheit, er lies von seiner Frauen fordern alle ihre Kleider, Kleinodien, und nahm sie zu seinen Händen, das macht einer, der hiess* Conthe Carmegel *und der von Meyland lies darnach seiner Frauen ihr Haupt abschlagen, und konte doch niemand erfahren, was, oder wie sie das verdienet hätte, und geschach zwischen Meyland und Pasie auf halben Wege, auf einem Castelle; Mann sprach, sie hätte ihn gestraffet, von Büverey weigen, von den Knaben, und hätte gesprochen, lieber Herr! müget ihr mein nit, so will ich in ein Closter kommen, und nehmet zu euch, welche euch wohl gefällt, dasselbe ist mein guter Wille. Es mochte aber leider! nit geseyn, sie muste ersterben, da sprachen ein Theil, er züge sie, sie hätte mit dem Romissen Könige eine Vereinigung gemacht, und wolte ihme zu viel zulegen, es dürffte aber in seinem Lande niemand davon reden, er thäte denn, als er andern Dingen thäte.*

---

# CAPVT III.

# DE DIVORTIIS ILLVSTRIVM PRAESERTIM GERMANORVM.

## SECTIO I.

## DE DIVORTIIS ILLVSTRIVM GERMANORVM IVRIS EXHIBENS PRINCIPIA.

PROPOSITA
A
IO. AVG. HELLFELD.

§. I.

*Illustres pro diuersa conditione diuersis quoque iuribus in diuortiorum causis vtuntur.*

§. II.

*Finas matrimonii secundum naturae iura.*

§. III.

§. III.

*Essentialia matrimonii quaenam sint.*

§. IV.

*Non momentanea sed duratura coniugii est societas.*

§. V.

*Ab vtrisque parentibus suscepta educatio indissolubile facit matrimonium.*

§. VI.

*I. N. parentes obligantur ad continuandam societatem coniugalem, vsque dum educatio sit absoluta.*

§. VII.

*Vberius monstratur, I. N. diuortia pro lubitu facere non permitti.*

§. VIII.

*I. N. interno nuptiae non temporariae, sed perpetuae contrahi debent et contractae praesumuntur.*

§. IX.

*Quatenus mutuo consensu coniugii dissolui possit societas.*

§. X.

*Quaenam iure nat. sint diuortiorum causae.*

§. XI.

*Quaenam iure diuino positiuo sint diuortiorum causae.*

§. XII.

*Hae causae speciatim determinantur.*

§. XIII.

*Iure canonico nullitatis plures sunt traditae causae variique docentur abusus in dissoluendis ob nullitatem matrimoniis.*

§. XIV.

*Pontificii dissoluunt nuptias inter catholicum et euangelicam seu inter vtrosque euangelicos contra canonicas graduum prohibitiones, ast secundum principia Euangel. initas, quod exemplis probatur illustribus.*

§. XV.

*Duo a se inuicem distinguuntur casus.*

§. XVI.

*Examinatur prior casus, quo diuortium petit vnus ex coniugibus, qui tempore contractarum nuptiarum euangelicam professi religionem postea catholicam assumsit.*

§. XVII.

*Simili modo alter expenditur casus.*

§. XVIII.

*Catholici diuortia quoad vinculum non permittunt.*

§. XIX.

*Protestantes solis diuinis tenentur legibus.*

§. XX.

*Applicatio diuersorum iurium ad illustres.*

§. XXI.

*Quaenam illustrium nuptiae sint nullae.*

§. XXII.

*An nuptiae ex ratione status contractae sint nullae.*

§. XXIII.

*An ob defectum patrii consensus nuptiae sint nullae.*

§. XXIV.

§. XXIV.

*Causae dissoluendi quoad vinculum illustrium nuptias sunt adulterium, verum aeque ac praesumptum.*

§. XXV.

*Desertio malitiosa.*

§. XXVI.

*Insidiae vitae structae.*

§. XXVII.

*Praefracta debiti coniugalis denegatio aut eius indecenti modo praestatio vel procuratio abortus.*

§. XXVIII.

*An furor seu morbus incurabilis sit diuortii causa.*

§. XXIX.

*An ex pluribus causis sint permissa illustrium diuortia. quod quidam affirmant; ast*

§. XXX.

*Alii rectius negant.*

§. XXXI.

*An innocens coniux lucretur dotem et Paraphernalia.*

§. XXXII.

*Distinguendum inter illustres viuentes in statu naturali et eos, qui in statu ciuili viuunt. Hic de prioribus.*

§. XXXIII.

*An status imperii innocens lucretur dotem et paraphernalia ex diuortio alterius culpa procurato.*

§. XXXIV.

*Cuinam, soluto matrimonio, ius dotem repetendi competat.*

§. XXXV.

*An maritus dimissae coniugi ad alimenta teneatur, et argumenta negantium afferuntur.*

§. XXXVI.

*Probantur vero eorum, qui affirmant, rationes.*

§. I.

De illustrium acturi diuortiis, illustres, qui alterius subsunt imperio, distinguimus ab iis, qui nullum agnoscunt superiorem (b). Illustres praeter Deum nullum habentes superiorem, aut euangelicas agnoscunt veritates aut pontificum sequuntur castra. Hi, licet non aliis quam diuinis teneantur legibus, ex suae tamen principiis religionis matrimonia ad sacramentorum referunt classem, inque causis spiritualibus, quales sunt matrimoniales, pontificem agnoscunt superiorem, eiusque parent legibus, quas pro-

(b) Confer. diss. prael. p. I. *iurispr. her.* praemissam §. 37.

§. III.

*Essentialia matrimonii quaenam sint.*

§. IV.

*Non momentanea sed duratura coniugii est societas.*

§. V.

*Ab vtrisque parentibus suscepta educatio indissolubile facit matrimonium.*

§. VI.

*I. N. parentes obligantur ad continuandam societatem coniugalem, vsque dum educatio sit absoluta.*

§. VII.

*Vberius monstratur, I. N. diuortia pro lubitu facere non permitti.*

§. VIII.

*I. N. interno nuptiae non temporariae, sed perpetuae contrahi debent et contractae praesumuntur.*

§. IX.

*Quatenus mutuo consensu coniugii dissolui possit societas.*

§. X.

*Quaenam iure nat. sint diuortiorum causae.*

§. XI.

*Quaenam iure diuino positiuo sint diuortiorum causae.*

§. XII.

*Hae causae speciatim determinantur.*

§. XIII.

*Iure canonico nullitatis plures sunt traditae causae variique docentur abusus in dissoluendis ob nullitatem matrimoniis.*

§. XIV.

*Pontificii dissoluunt nuptias inter catholicum et euangelicam seu inter vtrosque euangelicos contra canonicas graduum prohibitiones, ast secundum principia Euangel. initas, quod exemplis probatur illustribus.*

§. XV.

*Duo a se inuicem distinguuntur casus.*

§. XVI.

*Examinatur prior casus, quo diuortium petit vnus ex coniugibus, qui tempore contractarum nuptiarum euangelicam professi religionem postea catholicam assumsit.*

§. XVII.

*Simili modo alter expenditur casus.*

§. XVIII.

*Catholici diuortia quoad vinculum non permittunt.*

§. XIX.

*Protestantes solis diuinis tenentur legibus.*

§. XX.

*Applicatio diuersorum iurium ad illustres.*

§. XXI.

*Quaenam illustrium nuptiae sint nullae.*

§. XXII.

*An nuptiae ex ratione status contractae sint nullae.*

§. XXIII.

*An ob defectum patrii consensus nuptiae sint nullae.*

§. XXIV.

§. XXIV.

*Causae dissoluendi quoad vinculum illustrium nuptias sunt adulterium, verum aeque ac praesumptum.*

§. XXV.

*Desertio malitiosa.*

§. XXVI.

*Insidiae vitae structae.*

§. XXVII.

*Praefracta debiti coniugalis denegatio aut eius indecenti modo praestatio vel procuratio abortus.*

§. XXVIII.

*An furor seu morbus incurabilis sit diuortii causa.*

§. XXIX.

*An ex pluribus causis sint permissa illustrium diuortia. quod quidam affirmant; ast*

§. XXX.

*Alii rectius negant.*

§. XXXI.

*An innocens coniux lucretur dotem et Paraphernalia.*

§. XXXII.

*Distinguendum inter illustres viuentes in statu naturali et eos, qui in statu ciuili viuunt. Hic de prioribus.*

§. XXXIII.

*An status imperii innocens lucretur dotem et paraphernalia ex diuortio alterius culpa procurato.*

§. XXXIV.

*Cuinam, soluto matrimonio, ius dotem repetendi competat.*

§. XXXV.

*An maritus dimissae coniugi ad alimenta teneatur, et argumenta negantium afferuntur.*

§. XXXVI.

*Probantur vero eorum, qui affirmant, rationes.*

§. I.

De illustrium acturi diuortiis, illustres, qui alterius subsunt imperio, distinguimus ab iis, qui nullum agnoscunt superiorem (b). Illustres praeter Deum nullum habentes superiorem, aut euangelicas agnoscunt veritates aut pontificum sequuntur castra. Hi, licet non aliis quam diuinis teneantur legibus, ex suae tamen principiis religionis matrimonia ad sacramentorum referunt classem, inque causis spiritualibus, quales sunt matrimoniales, pontificem agnoscunt superiorem, eiusque parent legibus, quas pro-

(b) Confer. diss. prael. p. I. *iurispr. her.* praemissam §. 37.

proinde in caussis quoque diuortii sequuntur. Euangelici vero, summo gaudentes imperio, nec pontificem nec alterius cuiuscunque iura agnoscentes solis subsunt naturae et Dei positiuis legibus. Eadem quoque intuitu statuum imperii locum habent. Pontificis enim religioni addicti ad iuris canonici diiudicantur praecepta, dum e contrario euangelici status ad pontificia iura in caussis ecclesiasticis non adstringuntur, sed solis naturae et traditis in sacra scriptura iuribus vtantur. Hinc nobis primo examinandum erit, quae naturae iura circa diuortia praecipiant, deinde quae iura Dei positiua constituant, tandemque pontificum circa diuortia tradita erunt consideranda. Romana vero iura in diuortiorum doctrina aut nullius plane aut non admodum magnae sunt vtilitatis.

§. II.

Quod ad naturae iura attinet, non perfecta quidem lege, ast stimulis a Deo sibi implantatis homines ad sobolis procreationem eiusdemque educationem obligantur. Vt hosce obtineant fines, sexus personae diuersi societatem ingrediuntur coniugalem, in qua coniunctis viribus et procreationem et educationem sobolis curare, pacto se inuicem obstringunt.

§. III.

Qui matrimonii ineunt societatem, sibi fines proponunt, procreationem et educationem sobolis (§. 2.). Ingredientes societatem, dum hosce obtinere fines haud cupiunt, aliam potius ac matrimonialem societatem intendunt. Hinc essentia coniugii exigit, vt procreatio et educatio sobolis intendatur.

§. IV.

Non momentaneum, sed per multos annos duraturum negotium liberorum est educatio. Hinc, qui societatem ingressi coniugalem liberorum studere educationi obligan-

gantur, non momentaneam, sed duraturam subiisse societatem, vel ex ipsa colligi potest coniugii essentia (§. 3.).

## §. V.

Parentes educationi liberorum prospicere obligantur (§. 2.). Haec vero vel ab vno parentum, vel ab vtrisque simul suscipitur, vel ex communi eorum consensu tertio cuidam committitur. Si vtrique parentes liberorum educationem coniunctis curare viribus in se susceperunt, vel ipsa educationis indoles docebit, eos in societate, quam inierunt, coniugali tamdiu persistere oportere, donec educatio sit absoluta. Coniunctis enim viribus curanda educatio communia consilia, eaque saepe praesentanea, et vt vnus alteri assistat, requirit, quod fieri non potest, nisi coniuncti maneant coniuges.

## §. VI.

Vt vtrique parentes onus in se suscipiant educationis, communi consilio curandae, non necessario quidem ex matrimonii profluit essentia, ast nemo negabit, perfectius esse illud educationis genus, quo vtrique eam dirigunt parentes. Et cum ad magis perfectum minus perfecto praeferendum natura obligemur, satis patet, parentes non perfecte quidem, ast ex intentione Dei et natura coniugii obligari ad educationem communi consensu dirigendam, sicque tamdiu in societate coniugali permanendum, donec educatio sit absoluta (§. 6.).

## §. VII.

A coniugibus inter se iunctis procreatio liberorum tanquam finis matrimonii principalis aut potest adhuc obtineri, aut non. Priori casu per se patet, coniuges, vt in societate maneant coniugali, ex suo omnino obligari con-

su (§. 2.); posteriori vero casu, licet in ea sint aetate, vt forsan liberorum procreatio locum amplius habere nequeat, nihilominus tamen liberorum educatio supererit adhuc curanda, et donec haec peracta, matrimonii dissolui haud debet societas (§. 6.). Si demum ex coniugio sobolis procreatio amplius sperari nequit, nec liberorum educatio parentum coniunctionem requirat, tunc vtrique in eo erunt statu, vt matrimonium ex sincero amoris affectu initum et continuatum vel ipsi dissolui nolint, sed potius ad mutuum sibi inuicem ferendum adiutorium manere cupiant coniuncti.

## §. VIII.

Societas quam diuersi sexus personae ineunt coniugalem, ex pacto coniugum aut perpetua aut temporaria esse debet. Temporaria matrimonia fini contrariantur matrimoniali (§. 7.) et inde non quidem cum perfecta, ast cum interna naturae lege et cum voluntate pugnant diuina. Hinc naturae legibus illud solum conuenit pactum, quo de perpetua inter coniuges societate conuenit. Ponas vero inter coniuges nec de perpetua nec de temporaria conuenisse societate, eorum tamen nuptiae dissolui haud debent, quia in dubio naturae negotii, fini societatis et intentioni naturae ac diuinae voluntati conuenienter et sic perpetuum matrimonium contraxisse, censeantur socii.

## §. IX.

Nuptiae fiunt coniugum pacto (§. 2.) vni, inuito altero, a pacto recedere non licet. Ergo vna parte contradicente, altera a coniugio recedere nequit. Et licet alias ob mutuum consensum pacta tollantur, minime tamen mutuus consensus iure naturae interno, est nuptias dissoluendi modus. Natura enim coniugii et qui hominibus implantati sunt stimuli, obligant coniuges ad sobolis educationem pro-

procreatae, et ad genus educationis perfectius imperfectiori praeferendum (§. 3.). Iam vero perfectius educationis genus est, quo parentes in societate coniuncti manent coniugali, et communi educationem curant consilio (§. 6.). E. parentes ex natura coniugii et mediantibus sibi inditis a Deo stimulis obligantur, vt in societate maneant coniugali. Haec obligatio cum non ex solo sit consensu, sed potius a natura et Deo proueniat, satis patet, eam mutuo dissensu non perire ideoque coniuges mutuo consensu ex lege naturae interna diuortium facere non posse. Alia tamen ratio est, si nec liberi adsunt, nec quod procreari possint, spes est, quo casu mutuo consensu iure naturae nuptias dissolui posse omnino crederem.

§. X.

Licet vero lege naturae interna nuptiae sint indissolubiles, varii tamen dantur casus, quibus diuortia sunt permissa. Et quidem duplex est diuortii genus, voce generatim sumta. Vnum, quo separantur a se inuicem illi, qui ob benedictionem, qua copulati, sacerdotalem coniuges habiti, reuera in matrimonio non fuerunt, quod diuortium est improprium; alterum, quo matrimonium legitime initum et actu existens ex caussa dissoluitur iusta, diuortium est proprium. Improprium diuortium praeponit impedimentum, cuius existentia ab initio nuptias facit nullas, inde caussae, quae matrimonium reddunt nullum, sunt caussae improprii diuortii. Huiusmodi caussae sunt vel a natura, quales sunt, quae liberorum procreationem impediunt, vt coeundi impotentia perpetua eaque vel absoluta vel respectiua. Vel sunt a lege, prout a nuptiis inter se ineundis arcentur parentes et liberi, fratres ac sorores aliique. Ob consensus quoque defectum nullum est matrimonium, quod fit, quando dolo malo, vi iniusta, metu summo, errore inuinci-

 bili

bili coacti contrahunt, nisi quae ab initio vi, dolo, metu extorta aut ex errore facta ratihabuerint coniuges. Proprium diuortium praeponit nuptias ab initio valide contractas. Huiusmodi nuptiae, quia pacto sunt initae, nec pro arbitrio vnius coniugis, nec consensu vtriusque possunt dissolui (IX.). Potius iustae requiruntur causae, quales sunt I) quando coniux in eum incidit statum, quo fines matrimonii obtineri nequeunt principales. Ea enim omnium societatum ratio est, vt socii certum sibi proponant finem obtinendum, qui, si obtineri nequeat, cessat societas. Inde quoque matrimonia soluuntur, si coniuges fines matrimonii, sobolis nempe procreationem et educationem consequi nequeunt, siue ab initio huiusmodi impedimentum adsit, siue ex post sequatur II) violatio fidei coniugalis eaque enormis, est iusta diuortii causa. Fiunt enim nuptiae per pactum, idque bilaterale, ea vero horum pactorum natura est, vt vno paciscentium sua culpa contra pacti essentialia enormiter agente, pactum amplius locum habere non possit.

§. XI.

Iure diuino positiuo diuortiorum causae itidem sunt vel nullitatis vel diuortii proprie sic dicti. Nullitatis eaedem sunt causae, quae iure naturae in earum numerum referuntur. Diuortiorum vero proprie sic dictorum iure diuino positiuo magis restricta est licentia. In primaeua enim coniugii institutione sapientissimus omnium creator rerum vberius declarauit matrimonia perpetua, nec vlla vnquam ex causa dissolubilia esse debere (c). Haecce pro conditione Paradisi concepta lex, manente hominis statu integritatis perfectionisque, facillime obseruari potuisset, ast, postquam hominum genus malitia omnibusque vitiis est corruptum, Deus, vt contra iniurias et manifestissimas pacti

(c) Gen. II, 24. seq. BOEHMER, *iur. eccles.* lib. IV. tit. 19. §. 2.

pacti violationes matrimonialis innocenti succurreret coniugi, non potuit non diuortia permittere. Inde per Moysem Deuter. XXIV, 41. Iudaico concessum est populo a coniuge, quae gratiam in oculis eius non inuenerit, diuortium facere. Hac cum abuterentur permissione Iudaei, sibi diuortiorum licentiam pro lubitu concessam statuentes, Christus de hac re a Pharisaeis interrogatus Lucae XVI, 18. Marci X, 2. declarauit, ex Dei voluntate et coniugii primaeua institutione indissolubilia esse matrimonia, diuortia a Mose solum ob hominum permissa esse pertinaciam (d). Postea Matthaei V, 31. 32. et Matthaei XIX, 9. eadem repetit Christus, addit tamen, diuortia solum esse permissa παρεκτὸς λόγου πορνείας. h. e. propter rationem adulterii. Quae verba diuersimode theologi aeque ac ICti interpretantur. Sunt enim, qui nulla plane diuortia quoad vinculum admittunt, sunt alii, qui ea ex sola adulterii vere commissi ratione concedunt, sunt denique, qui diuortia concedi posse credunt ex caussis adulterio similibus ratione fractae seu violatae fidei coniugalis, alii tandem, vocem πορνείας de qualibet intelligentes turpitudine, nimis augent diuortii caussas totales (e). Nos non immoramur eorum argumentis, quae ab aliis iam satis sunt exposita et refutata, potius eorum nostram facimus sententiam, qui statuunt, licere

(d) MOSHEIM. *dissert. de diuortio* §. VI. Omnino indissolubile esse debet matrimonium per institutionem diuinam: ast, quoniam Christus rem habet cum hominibus imagine diuina priuatis, illis quoque diuortium propter λόγον πορνείας concedit, quoniam aliter plane sese habent homines post lapsum ac ante eundem; neque enim in statu integritatis, quisquam coniugum aliquid commissurus fuisset, quod λόγον πορνείας in se habiturum fuisset. Ideoque Christus suo tempore lege diuina permittit, quod in statu integritatis non fuisset.

(e) Quod fecerunt MILTONIVS *de diuortiis* et BRVCKNER. *decis. matrim.*

cere diuortium ex adulterii omnibusque aliis caussis, quae pari passu cum adulterio ambulant. Iubent hanc interpretationem vel ipsa verba παρεκτὸς λόγου πορνείας *propter rationem adulterii*, quorum verborum genuinum clarius exposuit sensum MOSHEM (f) quam interpretationem ipse probat PAVLLVS. Nam ille I. Cor. VII, 15. non modo vxori sed viro quoque licitum esse dicit, quando coniux infidelis siue ethnica ob mutatam socii religionem pacto stare nolit matrimoniali, τοῦ χωρίζεσθαι i. e. secundum Matth. XIX, 6. diuortium facere. Nisi igitur nomen τοῦ λόγου (g) Matth. V, 32. explicare velles per rationem, eoque plures diuortii caussas, quam scortationem profiteri: ob vnicam tantummodo scilicet scortationis caussam diuortium Christus concessisset, Paullus vero ob plures. Dicis: disparem esse sermonem Paulli a Christi; agere enim Paullum de eo, quando alter coniugum officia coniugalia imposterum praestare plane nollet, tunc vero sponte per vim hanc ob caussam diuortium fieri; Christum loqui de eo, quando iure diuortium per vim tantummodo factum ab vno coniuge sit nullum, sed per definitionem diuortii legitimas ob caussas adeoque de iure debeat fieri. Si itaque ex concessis pertinax officiorum coniugalium denegatio diuortium importat, id quod diuus Paullus confitetur: omnino praeter scortationem alia adhuc diuortii caussa iusta esse debet ex mente Paulli. Quae cum menti Christi non sit contraria: Christus Matth. V, 32. de iustis diuortii caussis agens, vnicam tantummodo eius caussam esse, docere nequiuit, nisus praesertim voce, qua plures etiam sub se complecti potest. Nam dictum Christi: παρεκτὸς λόγου πορνείας nisi

(f) Dissert. *de diuortio* § X. n. II. adde Ill. BOEHMER. *iure eccles.* lib. IV. tit. 19. §. 27.

(g) Verba quae hic ad finem vsque §. sequuntur sunt verba MOSHEMII l. c.

nisi vocem λόγου superfluam plane esse dixeris, ita debet explicari: *excepta ratione adulterii*, et suppleri, *excepto eo, quod qualitatem habet scortationis.*

§. XII.

Permissa igitur sunt Christianis diuortia ex caussis, quae adulterii habent rationem (§. XI.). Quemadmodum vero matrimonia ob adulterium ea ex ratione dissoluuntur, quod per illud pactum matrimonii in essentialibus enormiter violatur, ita quoque clarum est, omne factum adulterii habere rationem, quod fidem matrimonii et essentialia pacti coniugalis enormiter violat. Hinc ex mente Ill. BOEHMERI (h) iure Dei positiuo diuortia sunt permissa I.) ob adulterium verum aeque ac praesumptum ex grauissimis et vrgentissimis coniecturis et argumentis II.) ob malitiosam desertionem 1 Cor. VII, 15. III.) ob insidias vitae structas (i) IV.) ob praefractam debiti coniugalis denegationem, vbi tamen desideratur, vt matrimonium rite sit consummatum et contumacia frangi nescia, qua ex nulla plane caussa et neglectis admonitionibus aliisque remediis a iudice adhibitis in firmissimo denegandi cohabitationem proposito perseueretur. V.) Ob peruersam debiti coniugalis praestationem huc inprimis directam, vt omnis conceptio prolis euitetur. VI.) Ob sterili-

(h) *In iure ecclesiast. protest.* lib. IV. tit. XIX. §. 24.

(i) Hanc tamen caussam non omnes probant eamque ad separationem quoad thorum et mensam tantum sufficere putant. NICOLAI *de diuort.* c. V. n. 30. BROWER *de iure connubiorum* lib. II. c. XXIX. n. 11. CARPZOV. Lib. II. *iurispr. Consist.* def. 217. n. 2. refutata tamen eorum argumenta sunt a STRYCKIO *dissert. de diuortio ob insidias vitae structas* adde BOEHMER. l. c. §. XXXI.

rilitatem malitiose sibi procuratam, vt concipere non possit, vel ob abortus perpetuam procurationem. Quae caussae tanquam iustae et ad diuortium sufficientes vberius illustrantur et probantur, ab Illustr. BOEHMERO (k), cuius sententiam huc transcribere superuacuum foret.

## §. XIII.

Canonistae in nuptiis ex nullitatis rationibus admodum sunt faciles dirimendis, ideoque plures excogitarunt nullitatis caussas. Iis enim, quae iure naturae nuptias reddunt nullas, quasue iam supra adduximus (§. X.), nouas quasdam addiderunt pontifices. Sic ex nullitatis ratione dissoluuntur matrimonia, quae contracta, a coniugibus salua conscientia continuari non possunt, vtpote si quis ante matrimonium initum voto castitatis obstrictus (l), aut in ordine sacro constitutus. Huc quoque pertinent nuptiae, quae cum velata contrahuntur, quales fuerunt Henrici Aucupis cum Hatburge, quippe quae vidua facta velum acceperat, ast ab Henrico in matrimonium rapta, ideo ab episcopo Halberstadiensi excommunicatus est Henricus (m). Deinde nullae sunt nuptiae eorum, qui in gradu vel consanguinitatis vel affinitatis prohibito sibi sunt coniuncti. Et licet huiusmodi nuptiae tunc demum dissolui deberent, si circa affinitatem seu consanguinitatem nulla plane dispensatio locum habere posit; multos tamen et antiquiori et recentiori tempore hic obseruamus abusus, dum interdum legitima nullisque ex caussis dissolubilia illustrium matrimonia sub conficto consanguinitatis seu affinitatis praetextu nulla declarentur, quod media aetate eo facilius procedebat, cum deficientibus aut non satis cognitis illustrium genea-

(k) *Iure eccles. protest.* lib IV. tit. 17. § 27-35.
(l) c. l. C. XXXII. qu. 8.
(m) Vide Sect. II. *de diuortiis Germ.* §. 13. et potiss. n. 1.

nealogiis testes etiam de auditu deponentes admitterentur (n), qui saepe stipendio conducti affinitatem seu consanguinitatem, quae nunquam extitit, iurabant. Exemplum huc faciens praebet Philippus I. Rex Galliae, qui cum Bertham Florentii Hollandiae comitis filiam duxisset, ex eaque tres liberos procreasset, eam tamen odio habens adimisit, sub praetextu consanguinitatis, licet haec non adesset nisi in sexto gradu (o). Simile factum a Ludouico VII. Galliae rege, qui Eleonoram Guilielmi IX. Aquitaniae ducis filiam, sibi exosam, dimisit, postquam conquisiti testes affinitatem consanguinitatemque inter hos coniuges intercedere iurato confirmarunt (p). Philippus Aug. Gall. rex duxerat Isabellam Hannouiae comitissam, quae tamen cum ob quandam foeditatem gratiam in oculis eius non inueniret, praetextum consanguinitatis sumens rex ab episcopis regni sui obtinuit, vt nullae declararentur eius nuptiae (q). Iacobus I. Aragoniae rex vxorem Eleonoram,



(n) C. XLVII. de *testibus et attestationibus*, notanda huc sunt verba MARIANAE *Histor. Hisp.* lib. XI. c. XI. ibi: *Vrraca ipsa, quod cognatione deuincta esset a viro repudiata. Haec via dissoluendis coniugiis inuenta erat, offensione inter coniuges nata. Nondum enim interpretando sibi quisque leges de matrimoniis aptas faciebat.* PERE DANIEL *hist. de France* T. I. p. 1075. *Les Papes depuis long temps avoit été tres severes sur l'article des degrez de parenté, pour les mariages et en avoient cassé vn grand nombre comme nuls, parcequ'ils avoient eté contractés entre personnes parentés au dessus du septieme degré. Souvent en contractant ces mariages, l'interet ou l'inclination empechoient, qu'on ne s'arretat à vne discussion si exacte de ces degrez de parenté, mais quand les maris estoient las de leurs femmes, c'estoit alors qu'on la faisoit, et le divorce suivoit.*

(o) *De diuortiis extern.* §. XXV.

(p) C. III. *de diuortiis illustr. exter.* §. XXVIII.

(q) l. c. §. XXX.

ex qua filium genuerat, dimisit, quod sibi in quarto cognationis gradu secundum canonicam computationem esset coniuncta: de quo BERNARDINVS GOMESIVS (r): *inopi sane caussa neque digna satis, qua matrimonium alioqui castum et immaculatum tantaque cum dignitate iunctum tum prole cohonestatum dirimeretur, praesertim cum tam facile potuisset illud pontificio confirmari diplomate.* Imo ob cognationem quoque spiritualem, per baptismum contractam, illustrium matrimonia esse dissoluta, docet sententia Clementis V. Pontificis in causa diuortii Caroli IV. Galliae regis lata, qua eius matrimonium cum Blanca Ottonis comitis filia initum tollitur, quia soror eius spiritualis fuit Blanca (s). Inter caeteras causas, quas Ludouicus XII. R. G. ad dissoluendas cum Ioanna nuptias adduxit, ea quoque erat, quod eius pater sibi pater fuerit spiritualis (t).

## §. XIV.

Simili modo pontificii credunt, dirimi posse nuptias, quae inter catholicum et euangelicam, seu inter vtrosque euangelicos, vno tamen coniuge catholicis postea sacris accedente, contra canonicas graduum prohibitiones, ast secundum S. S. leges et protestantium principia sunt initae. Varia hoc probant exempla. Sic Christianus Megapolitanus dux, religionem profitens euangelicam, duxerat Christianam Margaretham, Mecklenburgicam ducissam, itidem euangelicam, sibi quarto consanguinitatis gradu coniunctam. Ortis deinde variis serenissimos inter coniuges dissidiis, dux primo coram consistorio ducis Saxo-Lauenburgici ad diuortium egit, mox vero, cum Lauenburgicis cogni-

(r) Lib. V. p. 429.

(s) Vide sententiae verba supra c. II. §. XXXVII. p. 160.

(t) Supra c. II. §. XXXVIII. p. 162.

cognitio mandatis interdiceretur imperatoriis (u), ipse dux ex propriis consiliariis constituit consistorium, quod tamen ducissa pro iudice nunquam agnouit, nec ei suam submisit caussam (x). Interim dux in Galliam secedit, ibique catholicam amplectitur religionem. Quo facto, facile a pontifice impetrat (y) vt mediante sententia (z) eius nuptiae dis-



(u) Litteras exhibet Ill. MOSER. *Staats-Recht* T. XX. p. 428.

(x) Protestabatur ducissa de incompetentia huius iudicii, quam protestationem vide l. c. p. 429.

(y) Litterae pontificiae hae sunt: *Alexander P. P. VII. - - Sicut nobis pariter relatum fuit, memoratum Ducem Christianum, ante aliquot annos, in ciuitate Hamburgensi, matrimonium cum quadam muliere, Caluiniana haeresi infecta, secundo consanguinitatis gradu sibi coniuncta, nulla praeuia super impedimento secundi gradus consanguinitatis huiusmodi Apostolica dispensatione, quae nec petita fuit, nec haereticis contrahentibus a Sede Apostolica concedi solet, nulliter et de facto contraxisse et carnali copula consummasse: reperitur nunc vero ipse Christianus Dux matrimonio huiusmodi nulliter et inualide contracto, ad alia vota cum muliere Catholica transire sibi licitum esse, auctoritate Apostolica declarari, plurimum desiderat. Hinc est, quod nos, de eximia tua fide, prudentia, pietate et integritate, plenam in domino fiduciam habentes, circumspectioni tuae per praesentes committimus et mandamus, vt, postquam eundem Christianum ducem, abiuratis per eum haeresibus, a censuris et poenis Ecclesiasticis praedictis, absolueris, eumque in gremium S. R. E. receperis et reconciliaueris, ipsum Christianum ducem, si id a te humiliter petierit, ab incestus reatu ac censuris et poenis ecclesiasticis, per eum, ob contractum et consummatum, absque dispensatione Apostolica, matrimonium praenarratum, quouis modo incursis, imposita ei arbitrio tuo aliqua poenitentia salutari, in vtroque pariter foro, dicta authoritate absoluas et plenarie liberes. Praeterea constituto tibi, quod praedictum matrimonium, propter impedimentum dicti secundi gradus consanguinitatis, nulla Sedis Apostolicae dispensatione sublatum, nulliter, vt praefertur, contractum fuerit matrimonium, ipsum nullum penitus et inualidum fuisse et esse, ac propterea dictum Chri-*

dissoluerentur eo sub praetextu, quod in secundo consanguinitatis gradu absque pontificia dispensatione initae subsistere

*Christianum ducem illius vinculo minime teneri et ipsi Christiano duci aliud matrimonium cum aliqua Principissa, muliere Catholica tamen, nec vllo tamen iure sibi prohibitum, publice, seruata forma Concilii, contrahere, illudque in facie ecclesiae solemnisare, et in eo postmodum permanere licere, autoritate praedicta declarare, prolem exinde suscipiendam legitimam nunciando. Nos enim plenam, liberam et amplam praemissorum facultatem, tibi, auctoritate praedicta, pariter tribuimus et impertimur, non obstantibus Apostolicis ac vniuersalibus, Prouincialibusque ac Synodalibus Conciliis, Edictis, generalibus et specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscunque.*

(z) Sententia haec est: *Nos Cardinalis Antonius Barbarinus, Commissarius Apostolicus praefatus, postquam informatione et relatione testium fide dignorum et per nos aestimatorum, nobis constitit, omnia in dicto Breui contenta esse vera, praefatum Dn. Ducem Mecklenburgensem ab incestus reatu ac censuris et poenis ecclesiasticis, per eum, ob contractum et consummatum, absque dispensatione Apostolica matrimonium praenarratum, quouis modo incursis, in vtroque foro, dicta autoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, absoluimus et plenarie liberamus, dictumque matrimonium, propter impedimentum dicti secundi gradus consanguinitatis, nulla Sedis Apostolicae dispensatione sublatum, nullum penitus et inualidum fuisse et esse, ac ipsi Dn. Duci aliud matrimonium cum aliqua Principissa seu muliere, Catholica tamen, nec vllo sibi iure prohibitum, publice, seruata forma Concilii Tridentini, contrahere, illudque in facie ecclesiae solemnisare, et in eo postmodum remanere licere, dicta autoritate Apostolica declaramus, prolemque exinde suscipiendam legitimam nunciando, prout nunciamus per praesentes, non obstantibus Apostolicis, in vniuersalibus Prouincialibusque et Synodalibus conciliis, edictis generalibus et specialibus, Constitutionibus et Ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscunque, quae praefatus Sanctissimus dominus noster Papa voluit non obstare, imposita prius ipsi Dn. Duci poenitentia salutari, caeteraque omnia alia facimus, prout et quemadmodum nobis extitere commissa. In quorum praemissorum fidem etc.*

sistere nequeant. Ad nouas igitur nuptias progrediens dux, sibi quandam Galliae ducissam de Chatillon dictam fecit copulari, quas quoque nuptias Leopoldus imp. singulari diplomate d. VIII. Ian. MDCLXIV. confirmauit, liberisque ex nouo et illegitimo hocce matrimonio natis successionem in temporalia, regalia, feudalia et alia quaecunque bona paterna concessit (a). Contra haec omnia et prae-

(a) Codicilli imperatorii hic sequuntur: *Leopoldus, diuina fauente Clementia, electus Romanorum imperator, semper Augustus etc. etc. Agnoscimus et notum facimus tenore praesentium vniuersis: Quod cum nobis illustris Consanguineus et princeps noster charissimus, Christianus, dux Megapolitanus, per suum ad nos et praesentia comitia Legatum, humiliter exposuerit, quod sua Dilectio, errores a Luthero eiusque Sectatoribus, contra veram Catholicam Romanam ecclesiam, introductos et hactenus pertinaciter defensos, in quibus a Parentibus suis natus et educatus fuerit, obtenta meliori informatione, deseruerit, ac ad antiquam veram Catholicam Romanam ecclesiam, in qua maiores sui vixerunt, pie et Christiane obierunt, redierit ac propterea a Beatissimo et Reuerendissimo in Christo Patre domino Alexandro, huius nominis VII. praefatae S R. et vniuersalis ecclesiae Pontifice, absolutionem, quae in ecclesia Romana requiritur, ab omni haeresi, nec non facta professione fidei, ac nostrae Romanae et Apostolicae religionis declarationem Apostolicam obtinuerit: quod matrimonialis ille contractus cum illustri Christiana Margaretha, nata ducissa Megapolitana, in secundo consanguinitatis gradu sibi coniuncta, ante hac in Hamburgensi Ciuitate, absque dispensatione Pontificia, celebratus, ipso iure nullus, inualidus et irritus, ac ideo autoritate Apostolica suae dilectioni omni iure concessum sit et licitum, etiam viuente praedicta consanguinea sua, obseruata forma concilii, ad alia vota transire et in facie ecclesiae cum alia matrimonium contrahere ita, vt proles, quae exinde nascetur et suscipietur, de iure Canonico et in ecclesia nostra Romana, vera ac legitima sit, et pro tali ab omnibus agnosci et haberi debeat. Quemadmodum nobis sua dicta dilectio Breuia Pontificia et eorum vigore sententiam absolutoriam, a Reuerendissimo domino Cardinale, Antonio Barberino, subsecutam, in authen-*

praesertim contra imperatorios de succesſione illegitimorum codicillos protestati sunt et ipsa ducissa derelicta (b), et

*thentica forma exhiberi fecit sequentis tenoris. - - Cum insuper etiam dilectio sua humiliter a nobis petierit, vt etiam, circa succesſionem futurae prolis in temporalibus, regalibus, feudalibus, et aliis quibuscunque bonis, nos similem declarationem benigne facere dignaremur: Nos aeque et iustae huic petitioni clementer annuentes, nec non praedicta Breuia Pontificia, sententiam absolutoriam Sanctitatis suae agnoscentes, animo bene deliberato, ex certa scientia, et de potestatis nostrae plenitudine declarauimus, prout hisce declaramus, quod si dilectio sua alia repetierit vota, et matrimonium, in forma Concilii Pontificii, sententiae et Breuium, cum alia coniuge futura contraxerit et ex hoc proles procreauerit, quod huiusmodi proles, prout absque dispensatione, omni iure, diuino et canonico, verae et legitimae sunt, verae et legitimae erunt, neque vllum impedimentum erit, quo minus omnium succesſionum habiles sint, in omnibus Regalibus maioribus Feudis imperii, Allodialibus Fideicommisso affectis et quibuscunque bonis, sicut alia quaelibet Principum et Statuum imperii legitima proles succedit, succedere posſint et necessario admittendae sint in succesſionibus S. R. I. Principatuum, comitatuum, aliarumque ditionum, quae sua dilectio pro nunc posſidet et posthac acquirere poterit, secundum tenorem et literam inuestiturarum, exclusis collateralibus quibuscunque, donec ex linea descendente masculina suae dilectionis proles superstes erit, prout tenor nostrae inuestiturae et primogeniturae Megapolitanae, in literis inuestiturarum a nobis confirmatae, ipso iure et absque hac declaratione nostra plenum et indubitatum effectum habere debeat; harum vigore literarum etc.*

(b) Verbis: *Nos Dei Gratia Gustauus Adolphus, Dux Mecklenburgi, - - manifestum facimus vigore praesentium, vniuersis et singulis, ad quos haec res spectabit, inprimis vero - - Domino Christiano, Duci Mecklenburgi, - - nobis singulari animi commotione nuper relatum esse: quod dilectio sua matrimonium, quod cum - - Domina Margaretha Christiana, Sorore nostra dilecta, in conspectu Dei ac facie ecclesiae contraxit, per diuortium distrahere ac Ducissam de Chatillon superinducere praesumat. Cum vero matrimonium prius rite contractum legi-*

et serenissimi agnati et fratres ducis, imo quoque corpus Euangelicum hancce suam fecit caussam (c). Defuncta noua

*legitimumque sit, vtpote quod in verbo Dei nuspiam sit interdictum, iure ciuili Caesareo expresse approbatum, vbi imperator constituit: celebrandis inter consobrinos nuptiis licentiam legis huius indultam esse, vt reuocata prisci iuris autoritate, restrictis calumniarum fomentis, matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, siue ex duobus fratribus, siue ex duabus sororibus, siue ex fratre vel sorore nati sunt. Quodque obseruantia Romani imperii id ipsum inter Principes personas Augustanae Confessionis citra vllam dispensationem sustineat, suaeque dilectionis dominus Parens b. m. consenserit, sequitur indubitato, sicut diuortia tristiora et grauiora sunt, quam repudia, ita etiam maiorem esse adhibendam curam, ne diuortia contra Dei voluntatem aut faciamus aut approbemus, in certissimam eorum perniciem, qui non iustis de causis diuortia faciunt, idque matrimonium nonnisi legitimis ex causis diuelli posse. causam, quam forte dilectio sua intendit, nunquam probare poterit. Nam qualem forte in praetensa desertione ponere gestit, nulla est, neque coram iudicio competente deducta minus decisa. Ex quo simul euincitur, matrimonium illud initio legitime initum, adhuc subsistere, neque viua nostra sorore aliam superinduci posse. Neque dilectionem suam iuuerit mutatio religionis, cum eiusmodi inter modos soluendi matrimonii non sit recepta, neque Papalis dispensatio vel dissolutio, cum Pontificia iurisdictio, vtpote per Pacem Religiosam, nupera Pace Westphalica confirmatam ac fide Christianissimi Galliarum regis roboratam, suspensa in Principem Augustanae Confessionis nihil operari possit, non detrahere, si quid de facto fiat, cum illud iuris effectum habere nequeat. Quibus positis dilectionem suam fideliter monemus ac obsecramus, vt a tali infelicissimo conamine, pro sua prudentia, desistere velit; Sin vero minus, vel si iam forte praedictam ducissam de Chastillon in nostram, dilectae nostrae sororis, dilectae suae coniugis, totiusque Domus nostrae iniuriam superinduxerit, non possumus intermittere, quin nostro omniumque eorum, quorum interest, nomine, contradicamus ac protestemur: Quod tali casu facimus. actui huic superinductionis illegitimo ac plane nullo contradicimus, protestamur, iniurias legitime vindicandas ad animum reuocamus ac quicquid gestum sit,*

noua hac coniuge sine liberis, omnia cessarunt litigia. Similis casus exstitit in domo Palatina lineae Bipontinae, Gusta-

*sit. in puncto praedictae superinductionis, non recipimus, sed reprobamus. In actus huius protestationis ac contradictionis testimonium etc.*

(c) Litterae corporis euangelici ad imperatorem extant apud PFEFFINGER, *in Vitriario illustr.* Lib.III. lit. II. p. 292. *Ew. K. Majest. mögen wir allerunterthänigst nicht verhalten, ist auch ohne das kund und männiglichen bekandt, welchergestalt Herr Herzog Christians zu Mecklenburg Fürstl. Durchl. nachdem Sie die Evangelische Religion zu Paris, in Franckreich, verlassen, und sich zu der Catholischen gewendet, nicht allein darauf so fort die Dispensation, und Freyheit von dem Pabst zu Rom erhalten, sich anderweit, wo es ihr beliebte, zu verheuraten, sondern auch von Ew. K Majest. Zweifels ohne auf ungleiches Angeben, und Bericht, auf ein und des andern Rede, verdrießliges Fatiguiren, Kayserl. Decretum (davon das Original an Königl Frantzösischen Hof vorgezeiget) ausgewürcket, worinne so wohl die Päbstl. Dispensation confirmiret, als auch die Erklärung erfolget seyn soll, daß denen von einer anderweiten Ehe zu erzeugenden männlichen Erben, die Inuestitura nicht versagt werden sollte, Immassen denn Ihre Fürstl. Durchl. hierüber Gelegenheit genommen, mit Madame de Chastillon, eine praetendirte Heyrath zutreffen, wie dann solche nunmehr würcklich consummirt und vollzogen worden. Nun werden Ew. K. Majest. von selbsten allergnädigst erkennen, und ermessen, wasgestalt dieses eine ziemliche, zu gefährl. und weit aussehender Consequentz gereichende Sache seye, welche nicht allein allerhand Turbas, und höchstschädliche Motus, in dem Fürstl. Hauß Mecklenburg über kurtz oder lang, vornemlich aber in Succeßions-Fällen, geben und nach sich ziehen, sondern auch leichtl. in andere hohe Fürstl. Häusser sich diffundiren könte, dergleichen aber zu verhängen und einreissen zu lassen, um desto vielmehr nachdencklicher fället, weilen dem Pabst in Ehesachen, über die Evangelischen, deren Religion Herzog Christians zu Mecklenburg annoch lebende Fürstl. Gemahlin ist, zu dispensiren, keines weges gebühret, und zustehet, zumahlen durch den beschlossenen Religions-Frieden, welcher nicht allein in denen darauf folgenden Reichs-Constitutionibus, bedäch-*

ſtauus Samuel Leopoldus, catholicae addictus religioni, cIↄ Iↄ ccvII. Dorotheam Veldentinam principem legitimo ſibi ſociauerat thoro, et cum ea XVI. annos contento transegerat coniugio. Aſt captus illecebris Ludouicae Dorotheae Hoffmanniae, priorem dimiſit vxorem et mox ſolemnis a pontificibus publicata diuortii exſtitit ſententia, qua



*bedächtig renovirt, ſondern auch in dem Inſtr. Pacis beſtätigt worden, die Päbſtl. Gewalt und Iurisdiction, in Evangeliſchen Landen, richtig und deutlich eingeſtellet worden, wobey es billig zu laſſen, und darüber ſteif und feſt, um deſto vielmehr zu halten ſeyn will, weil es widrigen falls allerhand Zerrüttung und Ungeſchicklichkeiten abgeben dürffte, und hinführo kein Evangeliſcher Stand, ſich nach dem hergebrachten und eingeführten löblichen und chriſtlichen Geſetzen, und Statuten, der Evangeliſchen Religion, ſicherlich würde verheurathen können, in mäſſen dann ohne das dem Pabſte nicht zukommt, ſich in des H. R. Reichs Stände angehende Sachen, einzumiſchen. Als erſuchen Ew. Kayſ. Majeſt. im Nahmen und an ſtatt unſerer gnädigſten und gnädigen Herrn Principalen, wir hiermit allerunterthänigſt und gehorſamſt, Sie wollen ſolche angemaßte, wider den Religions-Frieden, Reichs Conſtitutiones, und das Inſtrum. Pac. gerad lauſende Gewalt des Pabſts, durchaus nicht geſtatten, ſondern vielmehr dahin Kayſerl. trachten, damit ſolche heylſame Conſtitutiones beſtändig und ungekränckt verbleiben, wie nicht weniger die, per ſub- et obreptionem, ausgewürckte Kayſerl. Confirmation über die ohne das nichtige Päbſtliche Diſpenſation, und was derſelben zu folg dem Kayſerl. Decreto fernerweit angehänget, hinwiederum caſſiren, und aufheben und darüber ein Decretum caſſatorium würcklich allergnädigſt ergehen laſſen. Gleichwie nun hiedurch der Religions-Frieden, und das Inſt. Pac. gebührlich erhalten, und gehandhabt wird, alſo werden Ew. K. Majeſt. unſer allerunterthänigſte Bitte nicht unbillig befinden, und dahero deſto ehender geneigt ſeyn, derſelben Raum und Platz zu geben, wodurch unſere gnädigſt- und gnädige Herrn Principalen zu allerunterthänigſten Vertrauen und Danckbarkeit reſpective geſtrecket, und verbunden werden. Und Ew. K. Majeſt. ſeynd und verbleiben wir allerunterthänigſt etc. Actum Regensburg den 13. Apr. 1664.*

non alia ex caussa, quam quod tertio consanguinitatis gradu sint coniuncti, fuerunt separati (d), ducique alias inire nuptias est permissum, quas cum Hoffmannia concubina celebrauit. Post mortem mariti a serenissimo in prouincias successore Hoffmanniae de legitimo matrimonio recte quaestio status est mota et promissum denegatum dotalitium (e). Aliud exemplum sistit Philippus Albertus comes Limburgicus Gaildorffensis lineae. Hic enim Dorotheam Mariam Hohenloicam, ex qua aliquot liberos vtriusque sexus habebat, dimisit non alia ex ratione, quam quod sibi in secundo consanguinitatis gradu coniuncta, et mutata religione salua conscientia eam retinere non posset (f).

§. XV.

Vt vero, quod illegitime huiusmodi a pontificibus decernantur diuortia, curatius deducamus, duo, vt nobis vide-

(d) Sententia haec est: *Tout consideré avec bon conseil et le St. Nom de Dieu invoqué, nous avons declaré le Mariage d'entre sa dite Altesse Serenissime Gustave Samuel Leopold, Prince Palatin du Rhin, Duc de Deuxponts et S. A. S. Dorothée Princesse Palatine Deffendresse nul et de nul effet et valeur, pour cause de l'empechement dirimant de consanguinité au troisième degré entre les parties, en consequence avons remis le serenissime demandeur meme etat et liberté, qu'il etoit avant le dit Mariage et pour y avoir resté plusieurs ans non obstant la Connoissance du dit empechement dirimant avons condamné le dit Serenissime Demandeur à Aumoner tous les ans la Somme de mille Livres pour les besoins les plus pressans des Eglises de Son Duché.*

(e) Prodiit in hanc rem deductio sub titulo: *Documentirte facti species, in welcher die Nichtigkeit des von dem Herrn Herzog Gustav Samuel Leopold zu Pfalz Zweybrücken mit der Hoffmännischen Tochter oder der dermaligen Gräfin von Hoffmann, bey Lebzeiten seiner rechtmäßigen Gemahlin in anno 1722. vermeintl. eingegangenen Matrimonii, daß solches Matrimonium irritum et illegitimum nicht die geringste effectus vllius matrimonii nach sich ziehen könne.* Exstat apud Ill. MOSER *Staats-Historie Kayser* Carl VII. P. II. p. 525.

(f) MOSER *Staats-Recht* T. XX. p. 507.

videtur, distinguendi sunt casus. Prior, quo coniuges in gradu, solo iure humano prohibito, coniuncti, vtrique initi tempore matrimonii religioni addicti sunt euangelicae, postea vero vna vel altera pars ad catholica transit castra et sub conscientiae praetextu diremtionem vrget matrimonii. Alter, quo vnus ex coniugibus in gradu, iure humano prohibito, sibi coniunctis, contractarum tempore nuptiarum catholicam profitetur religionem. Prioris casus exemplum sistunt Christiani ducis Meclenb. et Christinae Meclenb. nuptiae, posterioris vero exemplum habemus in principe Palatino Veldentino Gustauo Samuele Leopoldo.

## §. XVI.

Quod ad priorem attinet casum, quo vnus ex coniugibus, qui nuptiarum tempore contractarum euangelicorum addicti fuerunt sacris, catholicorum complectitur religionem, et matrimonii sub praetextu consanguinitatis in tertio seu quarto computationis canonicae gradu existentis dissolutionem petit; huiusmodi dissolutio non solum imperii legibus et constitutionibus contrariatur, sed quoque ex ipsorum pontificum dogmatibus nullo plane modo est permissa, imo potius interdicta. Primo enim matrimonia, quae ex protestantium principiis iusta honestaque habentur, iuri minime contrariantur diuino. Et licet ex pontificum traditis nuptiae in secundo, tertio, quarto suae computationis gradu sint prohibitae, eas tamen Dei legibus conuenienter initas, ob hominum statuta dissoluere, Christi circa diuortia praeceptis minime conueniret. Imo locum habet Innocentii III. decretum (g). *Tolerabilius est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos contra statuta domini separare.* Deinde nuptiae a protestantibus eorum principiis conuenienter celebratae



(g) C. XXXXVII. *de testibus et attestat.*

ex ipsis catholicorum sancitis nullae dici minime possunt. Iubent enim pontificis decreta, subsistere matrimonia secundum patrios cuiuslibet ritus contracta, et vel ipsa paganorum matrimonia valida et indissolubilia declarantur ab Innocentio III. verbis (h): *Qui autem secundum ritum suum legitimam reputavit vxorem: cum tale repudium veritas in Evangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi conuersus habere, nisi post conuersionem ipsius, illa renuat conhabitare cum ipso.* Quod clarius adhuc ex antecedentibus patet verbis: *Vtrum pagani vxores accipientes in secundo vel tertio vel vlteriore gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conuersionem suam insimul remanere vel ab inuicem separari, edoceri per scriptum apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus: quod cum sacramentum coniugii apud fideles et infideles existat, quemadmodum ostendit apostolus dicens: si quis fratrem infidelem habet vxorem et haec consentit habitare cum eo, non illam dimittat, et in praemissis gradibus a paganis quoad eos matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus canonicis non arctantur.* Porro huiusmodi matrimonia dissolui nequeunt, nisi praeuiam caussae cognitionem iudicis legitime constituti sententia sequatur. Sic enim Alexander III. Papa (i). *Quod si etiam parentela esset publica et notoria, absque iudicio ecclesiae separari non potuit.* Ast vbinam inuenies iudicem legitimum et competentem, qui caussas catholici et protestantis illustris matrimoniales possit iudicare? Catholica pars ex suae principiis religionis non nisi pontificem et episcopos agnoscit iudices, protestantium vero sacris addicta coniux illustris, nec pontificem nec episcopos pro iudicibus habet competentibus, imo in eam omnis episcoporum iurisdictio penitus est suspensa, sublataque per pacem Westphalicam (k).

Episco-

(h) C. VIII. *de diuortiis.*

(i) C. 3. *de diuortiis.*

(k) *Art. V. §. 48. seu ex aliorum div. §. 16.*

Episcopi Catholici iurisdictione in proprios subditos et status prouinciales euangelicos non gaudent, nisi eam habuerint in anno decretorio, immo licet eam in dicto habuerint anno, ea tamen vti nequeunt in casibus, qui Augustanam confessionem protestantiumque dogmata concernunt (l), quales sunt matrimoniorum diuortiorumque caussae, multo minus vero pontifex seu episcopi iurisdictionem in principissam euangelicam eiusque matrimonialibus caussis sibi vindicare poterunt contra clara pacis verba. Tandem summum exinde enasceretur scandalum, si nuptiae secundum Dei praecepta legitime contracta, toties dissolui possent, quoties coniux vxoris pertaesus ad catholica transiens castra sub pontificiae praetextu prohibitionis ad diuortium ageret, in periculum adduceretur fama coniugis innocentis, ob illustrem omnino conseruanda conditionem, liberi ex huiusmodi matrimonio procreati irreparabile sentirent damnum, imo integrae illustrium familiae confunderentur et erga se inuicem commouerentur. Hae vero tales sunt caussae, quae ex ipsa pontificiorum doctrina (m) pontificem obligant, ad conseruandas mediante dispensatione nuptias.

§. XVII.

Magis vero res videri potest dubia in posteriori casu, quo vna ex personis, matrimonium iure canonico ob graduum proximitatem prohibitum, ingredientibus, initarum iam tempore nuptiarum catholicam professa est religionem. Hoc enim casu ab initio statim graduum proximitas tanquam impedimentum adfuit, quod nuptias ex catholicorum saltim principiis reddit nullas. Nihilominus tamen subsistere putarem huiusmodi matrimonium, inter status

I. R.

(l) *Pax Osnabr. L. c.*

(m) BARBOSSA *ad concil. Trident.* Sess. XXIIII. *de reform. matur. matr.* C. *V.*

I. R. G. initum. Ex ipsa enim iuris canonici dispositione coniugii nexus, comperta licet consanguinitate et parentela, tolli non potest, nisi praeuia caussae cognitione et subsecuta iudicis sententia (n). Quisnam vero in caussis, quae inter euangelicam et catholicum versantur, matrimonialibus iudex sit competens, nondum est expeditum (§. XVI.) et si vel maxime de iudicis constaret competentia, illustris tamen conditio, contumelia, quae familiae enascitur illustri, aliaeque innumerae suadent circumstantiae, eos, qui secundum Dei statuta copulati, in coniunctione potius relinquere, quam ex statutis hominum contra Dei praecepta separare, maxime dum per dispensationem, pontifici permissam, omne vitium tolli et possit et debeat. (o).

## §. XVIII.

Quo faciliores vero se praebuerunt pontifices in dirimendis nuptiis ex nullitatis rationibus, quarum numerum nimis auxerunt, eo iniquiores et difficiliores fuere in dissoluendis matrimoniis legitime ab initio contractis, licet iustissima superuenerit diuortii caussa. Posteaquam enim ad sacramentorum classem matrimonia sunt relata, facile ea inualuit opinio, qua crediderunt, nuptias quoad vinculum esse indissolubiles, easque ne quidem ob adulterium eiusque rationem esse permissas, contra clara Christi et Pauli verba docuerunt. Huic sententiae cum AVGVSTINI (p) auctoritas

(n) *C. 10. C. 35. qu. 16.*

(o) BARBOSSA *L. c.*

(p) AVGVSTINVS Homil. XLIX. *Solius fornicationis caussa licet adulteram dimittere, sed illa viuente non licet alteram ducere. Et vobis feminae nec illos viros, a quibus per repudium discesserunt vxores eorum, maritos habere conceditur. Non licet, adulteria sunt, non coniugia.* Adde eundem lib. *de fide et oper.* c. XXIX. et lib. I. ad POLLENTIVM *de adulterinis coniugiis.*

ritas magnum conciliaret pondus, ea in variis non solum conciliis (q), sed quoque a pontificibus probata (r), per concilii tandem Tridentini canones (s) magis est confirmata, verbis: *Si quis dixerit ecclesiam errare, cum docuit, et docet iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non posse dissolui, et vtrumque vel etiam innocentem, qui caussam adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere; moechari que eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, et eam, quae dimisso adultero alii nupserit; anathema sit.* Nulla igitur quoad vinculum diuortia admittunt pontificii, excepto casu, quo infidelis deserat fidelem (t). Hanc vero doctrinam, vt cum verbis Christi, Matthaei XIX. v. IX. diuortia ex adulterii caussa clare permittentis, conciliarent, confinxerunt, saluatorem quidem ex adulterii caussa permisisse, vxorem dimittere, ita tamen, vt saluo coniugii fiat vinculo, nec innocenti integrum sit coniugi, viuente altera parte, ad noua transire vota, nisi se adulterii commaculare velit nota. Et inde enata est separatio quoad thorum et mensam, Iudaeis plane incognita, quam proinde Christum intellexisse Matth. XIX. credi non potest. Haec vero separatio est vel temporaria vel perpetua, quam posteriorem pontificii ob adulterium, eaque quae adulterii rationem habent, admittunt solam (u), et diuortia, quoad matrimonii vinculum non permittunt.

§. XIX.

(q) *in concil. Africano* VIII. anno 407. habito c. 102. *Cod. can. Afric. eccles. concil. Arelat. I. c. 10. concil. Foroiuliense* A. 791. c. 10. *concil. Aquisgr.* III. apud HARDVINVM T. V. p. 544. sqq.

(r) c. VII. *de voto* in VIto c. 7. 8. *de diuortiis.*

(s) Sessione XXIIII. c. 7.

(t) c. 7. et 8. X. *de diuort.*

(u) Omnia haec vberius illustrat Ill. BOEHMER *iure eccles. protest.* lib. IV. tit. 19. §. 17. seqq.

I. R. G. initum. Ex ipsa enim iuris canonici dispositione coniugii nexus, comperta licet consanguinitate et parentela, tolli non potest, nisi praeuia caussae cognitione et subsecuta iudicis sententia (n). Quisnam vero in caussis, quae inter euangelicam et catholicum versantur, matrimonialibus iudex sit competens, nondum est expeditum (§. XVI.) et si vel maxime de iudicis constaret competentia, illustris tamen conditio, contumelia, quae familiae enascitur illustri, aliaeque innumerae suadent circumstantiae, eos, qui secundum Dei statuta copulati, in coniunctione potius relinquere, quam ex statutis hominum contra Dei praecepta separare, maxime dum per dispensationem, pontifici permissam, omne vitium tolli et possit et debeat. (o).

§. XVIII.

Quo faciliores vero se praebuerunt pontifices in dirimendis nuptiis ex nullitatis rationibus, quarum numerum nimis auxerunt, eo iniquiores et difficiliores fuere in dissoluendis matrimoniis legitime ab initio contractis, licet iustissima superuenerit diuortii caussa. Posteaquam enim ad sacramentorum classem matrimonia sunt relata, facile ea inualuit opinio, qua crediderunt, nuptias quoad vinculum esse indissolubiles, easque ne quidem ob adulterium eiusque rationem esse permissas, contra clara Christi et Pauli verba docuerunt. Huic sententiae cum AVGVSTINI (p) auctoritas

(n) *C. 10. C. 35. qu. 16.*

(o) BARBOSSA *L. c.*

(p) AVGVSTINVS Homil. XLIX. *Solius fornicationis caussa licet adulteram dimittere, sed illa viuente non licet alteram ducere. Et vobis feminae nec illos viros, a quibus per repudium discesserunt vxores eorum, maritos habere conceditur. Non licet, adulteria sunt, non coniugia.* Adde eundem lib. *de fide et oper.* c. XXIX. et lib. I. ad POLLENTIVM *de adulterinis coniugiis.*

ritas magnum conciliaret pondus, ea in variis non solum conciliis (q), sed quoque a pontificibus probata (r), per concilii tandem Tridentini canones (s) magis est confirmata, verbis: *Si quis dixerit ecclesiam errare, cum docuit, et docet iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non posse dissolui, et vtrumque vel etiam innocentem, qui caussam adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere; moechari que eum, qui dimissa adultera aliam duxerit, et eam, quae dimisso adultero alii nupserit; anathema sit.* Nulla igitur quoad vinculum diuortia admittunt pontificii, excepto casu, quo infidelis deserat fidelem (t). Hanc vero doctrinam, vt cum verbis Christi, Matthaei XIX. v. IX. diuortia ex adulterii caussa clare permittentis, conciliarent, confinxerunt, saluatorem quidem ex adulterii caussa permisisse, vxorem dimittere, ita tamen, vt saluo coniugii fiat vinculo, nec innocenti integrum sit coniugi, viuente altera parte, ad noua transire vota, nisi se adulterii commaculare velit nota. Et inde enata est separatio quoad thorum et mensam, Iudaeis plane incognita, quam proinde Christum intellexisse Matth. XIX. credi non potest. Haec vero separatio est vel temporaria vel perpetua, quam posteriorem pontificii ob adulterium, eaque quae adulterii rationem habent, admittunt solam (u), et diuortia, quoad matrimonii vinculum non permittunt.

§. XIX.

(q) *in concil. Africano* VIII. anno 407. habito c. 102. *Cod. can. Afric. eccles. concil. Arelat. I. c. 10. concil. Foroiuliense* A. 791. c. 10. *concil. Aquisgr.* III. apud HARDVINVM T. V. p. 544. sqq.

(r) c. VII. *de voto* in VIto c. 7. 8. *de diuortiis.*

(s) Sessione XXIIII. c. 7.

(t) c. 7. et 8. X. *de diuort.*

(u) Omnia haec vberius illustrat Ill. BOEHMER *iure eccles. protest.* lib. IV. tit. 19. §. 17. seqq.

§. XIX.

Protestantes peruersam verborum Christi interpretationem a pontificiis confictam non probant, ideoque ex mente Christi et Pauli diuortia ob adulterium, eaque quae adulterii habent rationem, quoad ipsum permittunt vinculum. Iustae iis diuortiorum caussae sunt, quas sacrae permittunt litterae, quasue iam supra exposuimus (§. XII.). Et licet alias iura Dei positiua, imperantes legibus solutos, in conscientia saltim obligent, nullique omnino homini ius sit eorundem obseruantiam remediis extorquendi coactiuis (x), ea tamen ex pacto fieri possunt perfecte obligatoria, ideoque imperantes in matrimoniorum caussis, ob primaeuum cum populo initum pactum, ad earum obseruationem tenentur, quatenus ex huiusmodi nuptiis liberos successionis in regna et prouincias capaces progignere cupiunt. Hinc protestantium sacris addicti imperantes legibus adstringuntur diuinis in diuortiorum caussis eo effectu, vt, quoad hunc terrarum orbem, impune quidem vxores pro lubitu dimittant, et ad nouas progrediantur nuptias, ast liberi ex nouo matrimonio prognati, pro illegitimis et successionis in regna, ditiones dignitatesque paternas habentur incapaces, si priores nuptiae ex causa in sacro probata codice dissolutae non sunt.

§. XX.

Diuersa a nobis exposita iura si tandem ad illustres applicamus, Catholici imperantes, iuribus subiecti pontificiis, diuortium faciendi licentiam facile obtinebunt, qui pontificem habent fauentem, quibusue non deest nullitatis praetextus, prout innumera docent exempla matrimoniorum ex leuissimis saepe caussis dissolutorum. Minime tamen inter catholicos diuortium locum habebit, si caussa nulli-

(x) v. diss. prooemii loco praemissam T. I. *iurispr. her.*

nullitatis speciem habens confingi nequit. Summi imperantes, quibus in matrimonii caussis imperii annumerantur status, euangelicam profitentes religionem, iure canonico aliisque humanis legibus sunt soluti, nihilominus tamen Dei positiuis et naturae legibus viuere obligantur (§. XIX.). Dissoluuntur igitur euangelicorum statuum nuptiae aliae ex nullitatis rationibus, aliae ex causis superuenientibus iustis.

## §. XXI.

Illustres euangelicae religionis solo iure naturae et diuino positiuo tenentur (§. I.). Hinc nullae sunt eorum nuptiae ex causis supra a nobis expositis (§. X.) Sic. e. gr. illustris, qui virginem ducturus corruptam inuenit, eam dimittere potest, quo faciunt illa MYLERI ab EHRENBACH (y): *cum ante paucos annos Georgius Wilhelmus Comes Palatinus Birckenfeld, Iulianam comitis Reingrauii filiam in vxorem duxisset ac eandem a quodam tertio ante nuptias impraegnatam esse, post aliquot menses resciuisset, quod facinus, cum nec ipsa vxor diffiteri potuit, praedictus maritus illustrissimus absque ambagibus aut iudiciali cognitione, ast praebabito quorundam iureconsultorum consilio, vxorem impraegnatam ad suos diuertere iussit, et sine vlteriori poena eam incolumem cum allata suppellectile ad agnatos remisit.* Minus vero probatur factum Gerardi Holsatiae comitis vxorem dimittentis, quia septimo post nuptias mense puerum enixa violatae pudicitiae suspecta videretur, de quo iterum MYLER ab EHRENBACH (z): *Gerardus Holsatiae comes in totum excusari non videtur, quod coniugem suam Annam Marchionis Badensis filiam MCCCCXXX. domum ad suos redire coegit, tanquam suspectae pudicitiae et ab alio compressam, eo quod septimo mense filium enixa esset, ideoque eandem ceu adulteram ferre diutius nollet*



(y) *Apud* LVNIG. *Thesauros von Graffen und Herrn p. 575.*
(z) IDEM *L. C.*

*let* (a). Simili modo nullum erit matrimonium cum ea initum, quae ad ſubeundum apta haud eſt concubitum, vbi tamen ſola coniugis confeſſione ſtandum erit, nec conditio illuſtris permittet inſpectionem adhibere inuitae. Hinc Iohanna, Ludouici XII. Regis Galliae vxor cum a marito de vitio quodam corporis accuſaretur, inſpectionem denegauit (b), verbis: *Elle ne put ſe reſoudre a ſouffrir la viſite, et fut repreſenter aux juges: que l' on n' en vſoit pas avec une princeſſe de ſon rang, comme on en vſeroit avec des femmes du commun. que le jugement, que l'on pouvoit porter ſur une viſite de cette ſorte, etoit trompeur.*

## §. XXII.

An vero matrimonium ex ratione ſtatus, prout ſaepius inter illuſtres fieri conſueuit, contractum, pro nullo ſit habendum, valde dubito. Interim huiusmodi nuptias non in coelo, ſed ex ratione ſtatus factas facile pro lubitu diſſolui poſſe, ſtatuit reſponſum in cauſa diuortii electoris Palatini Caroli Ludouici datum, apud LVNIG. (c) verbis: *Nicht alſo, die aus andern, gemeiniglich Staats-Urſachen und Conſiderationen, entweder vor ſich, oder aus Anleitung der Ibrigen, ſich haben laſſen zuſammenfügen, da entweder keine Kinder erzeuget, oder daraus gemeiniglich tragici exitus zu fürchten, oder gar erfolgen, wo ſie nicht ordentlicher Weiſe, wie ſie denn leichter können, entſchieden werden, ſintemahl, was nur menſchliche Conſiderationes zuſammengefüget, können auch menſchliche Conſiderationes ſcheiden, ohne einigen Abbruch der Worte Chriſti: Was Gott zuſammengefüget etc. davon unten ausführlich iſt gehandelt.*

Die-

(a) *Chron. Holſat. P. III. fol. 136.* CYPRAEVS *de ſponſalibus cap. XIII fol 509.*

(b) *Confer. ſect. II. §. XIII.*

(c) *Staats-Conſilia P. II. p. 581.*

*Dieses Ehe-Vitium wird weder durch den Beyschlaf, der vor sich keine Heyrath machet, noch, wie etliche meinen, durch die öffentliche Einsegnung des Priesters purgirt: Welche zwar bishero von vielen Doctoren vtriusque religionis et Iuris vor ein wesentliches Stücke der Ehe-Verlöbnis, doch ohne wahren Grund, ist gehalten worden, die doch in der That nur ein äuserliches öffentliches Zeugnis desselben ist: Doch um vieler Ursachen, so hier nicht zu melden, sehr nothwendig, sonderlich,* propter publicam honestatem et aeternam constitutionem, *weil auch ohne öffentliches Gebet ein solches Werck nicht anzufangen, bleibet solche deswegen vor sich in ihrem Werth, sie geschicht aber vielmehr, sonderlich in Staats-Heyrathen aus bloser Gewohnheit, und nur zum Schein; vermag also solche Ceremonien und äuserliche Solennitäten das innerliche* vitium in prima, *wie man sagt,* concoctione commissum, in secunda *nicht zu corrigiren, sondern eine solche Ehe-Verlöbnis bleibet an und vor sich eine blose Staats-Heyrath; und ist gar wohl scheidbar: Um so viel desto mehr, wenn noch andere bewegende und erlaubliche Ursachen, bevor der Principal-Contrahenten eigene Gewissen darzu kommen, welches sie überzeugt, dass sie solche Einsegnung aus Gewohnheit, oder weil es also gebräuchlich ist, begeben und halten, oder zum wenigsten zum äusserlichen Schein und Beweisthum ihrer Staats-Heyrath, dabey keine freye Erwehlung noch Einwilligung, noch Affect gewesen.*

*Ist nun das, wie es in der Wahrheit ist, so siehet man ia billig in der Ehe-Scheidung mehr auf ihr Gewissen und dessen Urtheil, als auf andere Leute, welche die Sache nur äuserlich betrachten, Gegenrede.*

*Keinen Grund hat bey vielen Ehen diese gemeine Rede, welche wieder die Ehescheidung gemeiniglich wird eingerücket: Die Ehen seyn im Himmel gemacht, welche Worte gezogen auf die erste Einsezung, wie auch auf vieler gemeiner Leute Ehe-Verlöbnis wahr sind, auf dieienige aber, so in Erwehlung eines*

*Ehegattens, dasselbe obgemeldte Absehen haben, am allerwahresten. Aber in den meisten, sonderlich hoher und Standes-Personen Heyrathen, die aus andern particular-Ursachen auf Erden, nach irrdischer Weise, mit Unwillen und andern einschleichenden Mängeln, sind gemacht, ist solche Meinung ganz falsch, irrig, dem Himmel, der Heiligkeit, der Gerechtigkeit Gottes, der verehlichten eigenen Gewissen offtmals zuwieder.*

*Dahero auch solche durch ordentliche erbetene Entscheider können nach irrdischer Weise, wie sie gemacht seyn, scheidbar werden.*

§. XXIII.

Magis vero dubitari potest, an ob defectum consensus paterni nuptiae sint nullae; quod STRVVIVS adfirmauit (d). Nobis huius quaestionis decisio maximam partem ab ea pendere videtur: vtrum liberi praeter patriam potestatem imperio patris ciuili subsint, an non? Si patri in liberos imperium competit ciuile, iterum distinguendum censeo, an legibus prouinciae liberorum matrimonia absque patris consensu inita pro nullis habeantur, an non? priori casu cum imperantis iura patri competant, eodem iure, quo subditorum nuptias, filii quoque matrimonium, se inscio et inuito contractum, pater declarare potest nullum (e). Posteriori vero casu nuptias legitime contractas ob defectum patrii consensus dissoluendas haud putarem, dum illustrium liberi reliquis deteriores esse nequeant subditis, et ad praeterita nouae leges non sint trahendae; Si liberi sub imperio patris ciuili haud viuunt, sola in eos patria locum habebit potestas, huius vero iure naturae vix tanta erit vis, vt nuptiae, alio non laborantes defectu, ob solum patris dissensum possint infirmari (f). §. XXIV.

(d) *Sect. II. §. X.*

(e) *Prout factum, dum Ludouici Balbi nuptiae ob patrii consensus defectum declararentur nullae Sect. II. §. 9.*

(f) *Ferdinandus Austriae dux Ferdinandi Imp. filius inuito patre duxerat Welseriam, nuptiae tamen pro nullis non fuerunt habitae* MOSER *Staats-Recht XIX.*

## §. XXIV.

Matrimonia vero illustrium ab initio valide contracta ex causis dissoluuntur superuenientibus, ob adulterium verum aeque ac praesumtum ex grauissimis ac vrgentissimis coniecturis (§. XII.): Et quidem inter illustres diuortia ob praesumtum eo magis locum habebunt adulterium, dum verum plane inter eos probari non possit. Propria enim commissi adulterii confessio vix potest sperari, per torturam vero veritatem extorqueri, illustris haud permittet conditio. Quaenam vero coniecturae inter illustres praesumtum faciant adulterium, non satis expeditum. Multa hic iudicis arbitrio et conscientiae illustrium sunt relicta. Quae electori Palatino Carolo Ludouico sederit de praesumto adulterio, sententia, hic quidem exponere, ast eius examen aliis relinquere volumus: verba serenissimi haec sunt (g): *Weilen aber ich annoch in den besten Lebens-Iahren begriffen, Fleisch und Blut an mir spüre, auch mein Hauss noch mit keinen Erben versehen, kan ich das donum continentiae, ohne Gefahr des Gewissens, auser dem Ehestand also elend und in der Einsamkeit fortzuleben, nicht versprechen: darum werde ich genothsachet, die Separationem totalem mit Ernst zu suchen, bevorab da ich finde, dass das Ius ciuile, die praxis, auch gelehrte Leute mir darinnen nicht entgangen seyn.*

*Denn erstlich ist aus dem* l. 8. §. 3. C. de repud. Nou. 22. cap. 15. §. 2. et Nou. 117. cap. 8. §. 4. et 5. *sattsam bekannt*, quod iustissima sit diuortii causa, si coniux, marito ignorante, nolente, vel prohibente, extraneorum virorum nihil sibi competentium conuiuiis gaudeat, vel ea modo appetat, aut si mulier inuito Marito, sine iusta et probabili

causa

(g) *Exstat apud* LVNIG, *Staats-Consiliis T. II. p. 574.*

caussa foris pernoctet, aut extra eius voluntatem ludis inhaereat etc. vbi VINN. *5. Instit. 10.* recte hanc addit glossam. Si est signum adulterae lauari cum viris, erit et conuiuere cum adolescentibus; deinde etiam familiariter alicuius amicitia vti, satis eo ipso indicans, quod vti semper, ita et hic non tam legum verba quam vis, mens, ac potestas earum sit inspicienda, et quod per τὸ conuiuari intelligatur, omnis illa conuersatio, qua crimini adulterii occasio praebetur, imprimis si illa post iteratas Mariti admonitiones fiat. Eodem quoque modo Imperator Leo vocabulum pernoctare generalius interpretatur per phrasin, extra aedes manere, etiamsi id accidisse, citra matrimonii iniuriam videri possit. Rationis enim identitas satis superque docet, quod non necessario requiratur, vt vxor pernoctet, sed sufficiat, si extra aedes totam noctem vel maximam eius partem, cum extraneis viris conuersetur, quia praesumitur facile adulterium, praesertim cum ob fragilitatem sexus multo facilius corrumpatur mulier et adducatur, vt in proprium peccet corpus. RITTERSHVS. *ad Nou. pag. 4. c. 8. n. 5. et 7.* Nec hic coniecturae et praesumptiones sunt reiiciendae, sed vsus forensis practicus, teste BESOLDO, *in Thes. pract. voc. Ebebruch* obseruat, vt accusatione contra adulteram instituta, quis non debeat se adstringere ad ipsius facti probationem: *Sondern man soll allein* circumstantias *setzen, und folgends* praesumtiones, *und falls Beklagte solches läugnen würde, ist genug, so man die* indicia *beweisen kan.* Cui asserto concordat notabilis *lex 34. C. ad leg. Iul. de adulter.* Nam crimen adulterii est de illis, quae fiunt abdite et occulte *L. consensu C. de repud.* et quae difficillimae probationis. Imo, non potest probari directo vel specifice, praesumtionesque in eo faciunt veram probationem per expressum textum in *c. praeterea 27.* et ibi *gloss.* X. *de testibus et text. in c. litteris in X. de praesumtionibus,*

nec

nec non per argumentum L. *filium 6. ff. de his, qui sui vel alieni iuris.* *L. si vicinis C. 9. de nupt.* vide hic latissime DEC. *Consf. 577.* FARINAC. *in prax. crim. L. I. t. I. q. 2. n. 12.* et MASCARD. *vol. I. de prob. cond. 57. n. 3. et seqq.*

Hinc est, quod adulterium a COVARRVV. *de matr. p. 2. c. 7. §. 6. n 3.* FELIN. *in c. praeter, X. de testib.* BALDO *in c.* tuae de procurat. et BARTOLO *in L. 5. ff. de adulter.* probatum dicatur per osculum luxuriosum aut appositionem manuum ad mammillas; quodque collocutio viri et mulieris habeatur probationis loco, dum tamen monitiones a marito praemissae fuerint, quarum vis tanta est, vt eidem repudianti facultatem tribuat *c. si quisquam X. de cohabitat. Cler. et ibi gloss. V.* admonitionem MASGARD. *de concl. 64. n. 11.* cessat enim ibi praesumtio honestatis, et intrat in locum eius suspicio fornicationis, vel adulterii, quae ceu fortior praesumtionem castitatis vincit L. DIVVS et ibi BALD. *ff de integr. restit. c. illud X. de praesumt.* DEC. *Consil. 740.* CARPZ. *l. c. lib. 2. t. 12. d. 209. n. 5.* Et hoc eo magis obtinere dicunt Practici, si fama viciniae accesserit, eaque conuersatio licentiosa pluribus innotuerit, moti *text. cap. 13. X. de praesumt.*

Vbicunque igitur fornicationis modo suspicio est, libere vxor dimittitur, iuxta c. *dixit Dominus* 32. q. I. Quam sententiam etiam in probando adulterio ad diuortium faciendum consulendo secuti sunt tot ICti, vt de hac, tanquam communi et receptiore dubitandum non sit, sicuti docet BESOLD. *p. 3. consil. 110. n. 55.* imprimis vero *n. 69. 70. et sqq.* Vbi catalogum eorum Doctorum apponit, qui in terminis ita responderunt et iudicarunt, prout etiam celeberrimus quondam Camerae Assessor MYNSINGER. decidendo tradit. *Dec. I. Resp. I. n. 19. et seqq.* *Ob nun wohl wieder dieses obgesezte möcht eingewendet und eingestreuet werden,*

*den*, quod maritus vxorem delinquentem recipiendo eidem omnia condonasse videatur, *so ist doch diese Muthmasung* sobrie *und nicht* vniuersaliter *zu verstehen.* Nam cap. 25. X. de iur. satis testatur, quod ex receptione vxoris non semper praesumatur, maritum eius mores approbasse, etiamsi per expressum et iuratum pactum de non accusando vxorem fides data sit, praesertim cum saltem ad separationem agatur ciuiliter, conf. MYNSING. *dict. Resp. I. n. 28. et 33. oder aber*, quod in crimine adulterii tanquam caussae grauioris probationis luce meridiana clariores requirantur, ne sufficiant indicia, praesumptiones, coniecturae, fama, auditus etc. *so ist abermals kürzlich darauf zu antworten*, quod nos loquamur de thori separatione et non de criminali adulterii accusatione, quae duo maxime differunt, nec eiusdem momenti probationes exigunt, quemadmodum illud iam laudatus Dn. BESOLDVS *in d. cons. 110.* eleganter deduxit, nec non in *cons. 188.* vbi prolixe omnibus aliis obiectionibus satisfecit, quae hunc possent spectare, ideoque breuitatis caussa eo lectorem remitto.

## §. XXV.

Altera diuortii caussa est desertio malitiosa (§. XII.). Huius inter illustres probationem, nisi plane impossibilem, admodum tamen difficilem credidit Guelpherbytanus ad vniuersalia imperii comitia legatus Caspar Alexandri (h) verbis: *ist zwar die* desertio *gar leicht, aber die* desertio malitiosa *dermassen schwer zu beweisen, dass mich kaum* inter priuatos, *vielweniger* inter tam illustres personas *eines Exempels in Praxi errinnere.* Ast non video, cur malitiosa inter illustres desertio adeo difficilis esse debeat probationis. Sufficit enim, vxorem absque iusta caussa ex mariti domo decessisse, sufficit, eam repetitis aliquoties persuasionibus aliis-

(h) *in resp. apud* LVNIG. *thesauro der Grafen und Herren p. 571.*

aliisque remediis conuenientibus ad redeundum commoueri non potuisse, quo et desertio et dolus clare patescit. Minime vero inter illustres, vel supremos imperantes vel status imperii euangelicos, solemnibus desertionis processus opus est, ideoque nec publica indiget citatione. Qui enim iudicem non habent, solemnibus quoque processus sunt soluti. Inde in caussa Lippe Schaumburg contra vxorem puncto diuortii ob malitiosam desertionem Facultas theologica et iuridica Ienensis apud de LVDOLFF pronunciauit: *über dies Constantinus und Helena in Ansehung ihrer hohen Würde und Standes des Reichs in gegenwärtiger Sache keiner ordentlichen Obrigkeit unterworffen sind, also auch die Formalitäten des desertions-Processus, als mit welchen es sich nicht thun läßt, bey ihnen nicht zu beobachten.*

## §. XXVI.

Tertia diuortii caussa sunt insidiae coniugis vitae structae (§. XII.) quippe quae fidei magis contrariantur coniugali, quam vel ipsum adulterium aut malitiosa desertio. Inter illustres haecce eo magis iusta reputari debet caussa, quo maius est periculum, in quod per huiusmodi insidias simul cum imperantis vita, et reipublicae et multorum millium hominum salus inducitur. Accedit insuper alia ex illustrium conditione desumta ratio. Aut enim imperantis coniugem pro mariti habes subdita, aut non. Si vxorem illustrem cum aliis subditorum accenses numero, illa mariti vitae struens insidias, in laesae maiestatis crimen incidit, et mors, cuius poenam meretur, matrimonium soluit. Quam licet maritus mitiget, eius tamen gratia eo extendi non debet, vt talem summo cum vitae propriae et reipublicae periculo in thorum recipiat coniugalem. Si vero nobiscum coniugem illustrem ex numero eximis sub-

ditarum, nihilominus imperanti omnia erunt permissa; quae iure naturae hosti in hostem licet. Hostem vero insidias vitae struentem, si alia periculum auertendi remedia non u nt necare, et sic quoque matrimonialem tollere societatem, non est prohibitum, et quamuis ponere velis, mitiora auertendis vitae insidiis a coniuge structis sufficere remedia, vix tamen in tuto erit, et reipublicae salus et mariti vita, nisi ab eius thoro et mensa perpetuo malitiosa separetur coniux. Perpetua vero separatio ipsum inuoluit diuortium (i).

## §. XXVII.

Quarta diuortii caussa erit praefracta debiti coniugalis denegatio, quippe quae non solum fidem quam maxime violat coniugalem, sed quoque frangi nescia contumacia impedit, quo minus matrimonii fines obtineri, eiusque locum habere possint essentialia. Inter priuatos saepe ab obstinato proposito per iudicem dimoueri possunt coniuges; ast euangelicae addicti religioni, tam supremi imperantes, quam status imperii, iudicem in matrimonii caussis habent nullum, ideoque eius imperium ad frangendam coniugis pertinaciam adhibere non possunt. Hinc illustris maritus a coniuge, quae absque iustis causis debitum denegat coniugale, quaeue repetitis persuasionibus, vt concubitum permittat, induci non potest, se diuortio separare, liberam habet facultatem, nullo licet iudice implorato (l). Eadem ratio est, si vxor debitum quidem praestat coniugale, ast vt decenti praestet modo ordineue adduci nequit, vel sibi perpetuo procurat abortum. Vtroque enim casu matrimonii fines, procreatio nempe et educatio sobolis obtineri non possunt, violatur matrimonii pactum, quoad essentialia

(i) BOEHMER *ius eccles. protest. lib. IV. tit. XIX. §. 31. p. 362.* Cel. ENGAVIVS *Elem. iur. can. lib. II. §. 212.*

(l) LYNCKER *Resp. P. II. p. 445*

lia enormissime, sicque ipsa tollitur societas. Quae diuortii caussae inter illustres eo magis iustae censentur, cum saepe a procurato abortu, a debito coniugali decenti modo non exhibito, salus totius pendeat populi.

## §. XXVIII.

An ob furorem superuenientem incurabilem, et ob morbum perpetuum diuortium locum habeat, in vtramque partem solet disceptari. Ill. de LEYSER affirmatiue respondet, ex regula, quam format, irritas nempe fieri nuptias, si tale quid incidit, quod omnes tres matrimonii fines penitus et in perpetuum tollit (m). Responsum nomine theologorum et ICtorum Helmstadiensium, quod in illustri datum est causa, hic inserimus (n):

*Hat Titius, als eine hohe Standes-Person, als er die Cajam vor 23. Jahren geheyrathet, an ihrer Stirne eine von einem in der Zarten Kindheit gethanen Fall herrührende Narbe und an ihrem Gemüthe unterschiedene Defecte wahrgenommen, welche endlich nach siebenjähriger geführten Ehe in eine völlige maniam ausgebrochen. Nachdem nun solche mania schon 16. Jahr gedauert, Titius auch das Donum continentiae bey sich nicht befindet, so wird zu wissen verlanget, ob sich Titius von der Caja völlig scheiden lassen, und zur andern Ehe schreiten könne. Nun verstattet zwar die Schrifft neuen Testaments die Ehescheidung nur aus zweyen Ursachen, wegen Ehebruchs und bößlicher Verlässung, Matth. V. 32. 1. Corinth. VII. 15. daß also nach Verordnung der Canonischen Rechte und nach der Meynung vornehmer so wohl Catholischen als protestantischen Theologen und Juristen keine andere Ursache vor zulässig geachtet, und insonderheit* superueniens furor, morbus incurabilis *und* impotentia *als nicht hinlänglich verworfen, vielmehr derjenige, welchem*



(m) *Meditat sp. 315. n. 1.*
(n) *L. C. n. 2.*

*chem Gott einen solchen Ehegatten gegeben, sein Creutz mit Gedult zu tragen und Gott um Mittheilung des Doni continentiae anzuruffen verwiesen, anbey des Kaysers Leonis in Nouella 111. und 112.* pro diuortio in hoc casu *angeführten Gründen von Alberico Gentili de nuptiis lib. 6. cap. 18. und andern weitläufftig wiederleget werden; bey welcher Bewandnis und da die der Cajae zugestossene Mania erst nach vollzogener Ehe ausgebrochen, es das Ansehen gewinnet, ob finde die Ehescheidung alhier keine Statt. Alldieweil aber der Cajae furor in Betrachtung der langen Zeit, welche er gewähret, der vielen vergeblich angewendeten Mittel und des von dreyen der Artzney wohl erfahrnen Männern ausgestellten Zeugnisses beständig und unheilbar ist, demnach alle* fines matrimonii, *welche* in procreatione sobolis, in mutuo adiutorio *und* in exstinctione libidinis *bestehen, gäntzlich aufhebet, überdis dergleichen mit unaufhörlichem furore beladene Person für todt anzusehen ist; folglich nicht anders geschlossen werden kan, als dass bey einem so betrübtem Zustande die Ehe von Gott selbsten aufgehoben worden, also die weltliche Obrigkeit solches auch durch ihre Sentenz zu declariren und Titio eine andere Heyrath zu verstatten desto weniger Bedencken tragen darff; hiernächst der Mangel des Doni contitinentiae allerdinges in Betrachtung kommen und nach der Lehre Pauli 1. Corinth. VII. 9. demjenigen, welcher sich zu enthalten nicht vermag, das Heyrathen vergönnet, und dadurch alle Gelegenheit und Ursach zu sündigen benommen werden muss, ferner die Meynung, dass auch* ob furorem et impotentiam superuenientem *die Ehe zu scheiden sey, selbst von Gregorio III. in can. 18. X. 7. von dem weltlichen Gesetzgebern in L. 22. §. 7. soluto matrimonio, von den christlichen Kayser Iustiniano, immassen Gonzalez Tellez ad cap. 26. X. de sponsalibus et matrim. 11. 6 gar wohl zeiget, und Leone in Nouella 111. et 112. auf gewisse Masse von Catholischen Scribenten* vide LAYMANNI *Theologiam moralem lib. 5. tract. 10. P. 3. h. 7. n. 17.* in fine

et

et quos ibi memorat DD. *von* LVTHERO *Tom. 8. Altenb. p. 970. sub Num. 26. von gantzen Collegiis Theologorum Protestantium und Consistoriis, deren Responsa* BRVCKNER *in Decisionibus Iuris matrimonialis cap. 23. anführet, von* KOENIGIO *in casibus conscientiae p. 849. seq. von vielen bewährten Rechts-Lehrern* BACHOVIO *ad Treutlerum vol. 2 disp 6. §. 8. lit. c.* LYNCKERO *in analectis ad* STRVVII *syntagm. iur ciu. in Emendat. p. 40. und andern, deren Nahmen und rationes der oben belobte* BRVCKNERVS *loco citato weitläufftig benennet, gebilliget wird, dann im gegenwärtigen Casu die Sache destoweniger Zweiffel hat, da aus allen angeführten Umständen insonderheit aus der durch den in der Kindheit gethanen Fall entstandenen Verletzung des Kopfs, aus den gleich nach der Verheyrathung verspürten wunderlichen affecten, der Unempfindlichkeit in primis amplexibus, der Versagung und Stöhrung der ehelichen Pflicht, den verkehrten Posituren im Schlaff, dem Nachtwandeln, der öfftern unnöthigen Reisen sattsam erhellet, dass noch vor der Heyrath der Caiae Verstand Titio unwissend verrückt und die dementia bereits vorhanden gewesen, auch nur nach der Zeit vermehret worden, endlich nicht aus den Augen zu setzen, dass der Caiae Bruder in die verlangte Ehescheidung willigen, und Titius die Caiam standesmässig zu versorgen erbötig ist: demnach halten wir dafür, dass Titio nach göttlichen und menschlichen Rechten, sich von der Caia völlig scheiden zu lassen, und zur andern Ehe zu schreiten freystehe.*

## §. XXIX.

Diximus, quatenus illustribus ex mente diuina diuortia sint permissa. Ast non desunt, qui adductis plures addunt diuortii caussas, easue pro iustis iureue diuino licitis habent. Huc facit praesertim responsum ab H. COCCEIO (o) in caussa diuortii Electori Palatino datum. Eius

(o) *T. I. n. VI. p. 537. seqq.*

Eius argumenta huc redeunt. I. Esse diuortium negotium mere ciuile et tale ab omnibus fere censeri populis, proinde liberum esse principi de diuortiorum causis non solum leges ferre, sed quoque caussis in sacra expressis scriptura pro vtilitate status alias addere, idque non solum consensu omnium fere gentium, sed quoque praestantissimorum confirmari auctoritate theologorum, MELANCHTONIS (p) nempe, BVCERI (q) PAVLI FAGII (r), BRENTII (s) aliorumque. In primitiua ecclesia diuortia fuisse permissa pluribus ex causis, prout varia *Lactantii*, *Eusebii*, *Athanasii*, *Hilarii*, *Hieronymi*, *Augustini*, *Basilii*, *Epiphanii*, *Nazianzeni*, *Ambrosii*, *Chrysostomi* aliorumque patrum probent testimonia, idque vel ipsum corpus iuris Iustinianeum docere, quippe quo permissa diuortia plures ob causas, adulterium vel malitiosam in se haud continentes desertionem, imo bona coniugum gratia nuptias dissolui potuisse (t), vsque dum peruersa Augustini verborum interpretatio occasionem praebuerit ficto matrimonii sacramento, et inde enatae matrimoniorum indissolubilitati. Deinde ipsos pontifices praeter adulterium et malitiosam desertionem alias divortiorum admisisse causas, et ICtos pontificios cordatos docere, Iustinianum non esse reprehendendum; dum ex pluribus causis, imo ex bona coniugum gratia permiserit diuortia, prout ab ALCIATO (u), DVARENO (x), CONNANO (y) aliisque factum. II. Christum in sacra scriptura legis-

(p) *in exam. theol. ordin. lib. de coniugio tit. de diuortiis propter saeuitiam.*

(q) *comment. ad Matth. XIX. et lib. II. de regno Christi c. 22. sqq.*

(r) *ad cap. XXIII. Deuter.*

(s) *comment in Matthaeum edit. Tub. 614.*

(t) *Nouella XXII.*

(u) *lib. VI. cap. XX. parerg.*

(x) *lib. II. soluto matrimonio cap. de diuortiis* fine

(y) *Lib. VIII. comment. 12. fin.*

legislatorem non egisse, nouasque ferre leges noluisse, sed solummodo virtutes inculcasse; imo III. de diuortiis, priuata auctoritate et dato repudii libello factis, interrogatum Christum, de his solum respondisse, eiusque verba ad diuortia, quae per iudicem fiunt, non esse extendenda, cum non homo, sed per iudicem ipse Deus diuortium faciat. Et licet imperans in republica diuortiorum licentiam legibus possit coarctare, et vt coarctet, consilii poscat ratio, nihilominus tamen hasce dispositiones ad imperantes legibus solutos non pertinere, inter omnes constare.

## §. XXX.

Quod ad haecce attinet argumenta, matrimonii quidem causas ad spirituales non refero, nihilominus tamen putarem, in huiusmodi causis imperantes legibus adstrictos esse diuinis. Hinc imperantes pro lubitu leges ferre non possunt matrimoniales, sed eas diuinis, tanquam sapientissimis, attemperare praeceptis omnino obligantur. Et licet hominum conditio et reipublicae status interdum vix permittat, ciues ad diuinarum legum obseruantiam remediis adigere coactiuis, ac saepe ob hominum pertinaciam multa impunita relinqui oporteat, quae legibus seueram merentur poenam diuinis; illae, tamen quantum fieri potest, legibus sunt inculcandae ciuilibus. Sic ipse Moyses ob cordis duritiem Iudaeis ob leuiores quoque causas diuortia permisit, et in primitiua ecclesia magna diuortiorum fuit licentia, dum conuersi ad Christi religionem Iudaei et gentiles, diuortiorum laxitati adsueti, prauos vix deponerent mores. Ex eadem quoque ratione, et, vt maiora euitarentur mala, in Iustinianeo iuris corpore diuortia multis ex causis imo ex mutuo consensu habentur licita. Ast haec omnia solum euincunt, diuor-

diuortia ob durltiem cordis et deprauatos hominum mores ad euitanda mala maiora ex causis in sacra non expressis scriptura legibus non prohiberi ciuilibus, minime tamen exinde probatur, qui Christi doctrinae conuenienter viuere debent, imperantes salua conscientia neglectis Christi praeceptis, ex causis adulterii rationem non habentibus, dissoluere posse matrimonii, quod cum coniugibus habent, vinculum. Multo minus vero exinde clarum fit, ciues obligari, vt liberos, priori legitime haud sublato matrimonio ex nouis natos nuptiis, ad successionem, quam solum liberis ex iustis descendentibus nuptiis permiserant, admittant. Quo sensu et iureconsultos Iustinianum ob permissum diuortiorum laxitatem defendentes, intelligi oportet. Quoad II.) concedo quidem, Christum in nouo testamento legislatorem non egisse, sed solummodo virtutes inculcasse, ast nihilominus Christianorum est, virtutes sectari Christianas. Quarum licet non extorqueatur obseruantia, contra Dei tamen voluntatem est, diuortia ex aliis, quam adulterii rationem habentibus caussis, facere, et populus illegitimum credens huiusmodi diuortium, liberos ex nouo natos matrimonio a successione excludendi facile arripere potest occasionem. Quoad III.) verum quidem est, Christum interrogatum esse de diuortiis, quae per libellum repudii priuato fiunt arbitrio, ast, dum generatim respondet: diuortia non nisi ex causis, quae adulterrii habent rationem, iusta esse, generaliter quoque eius verba erunt intelligenda.

## §. XXXI.

Vnica adhuc superest quaestio: an nempe nocens pars, facto diuortio, lucra amittat dotalia? Si illustrium causae ex solo Romanorum iure essent definiendae, affirmatiue foret respondendum. Clare enim Iustiniani leges loquun-

quuntur (z): *Caussas, ex quibus maritus repudium mittere sine periculo potest, et dotem vxoris lucrari, seruato in ea dominio ex eodem matrimonio filiis aut filiabus, quibus non extantibus, frui etiam proprietate: has esse decernimus.* Ast non sunt subiecti ciuilibus legibus summi imperantes, potius solis tenentur naturae et Dei positiuis iuribus, ex quibus proinde huius quaestionis repetenda erit decisio. In sacris litteris de nocentis partis dote et paraphernalibus, ob factum diuortium lucrandis, nil cautum est. Naturae leges poenas ignorant, qualis cum sit amissio dotalium lucrorum, ea iure naturae locum non habet. Sicuti vero iure naturae nemo alterum laedere, et factis laesionibus illatum resarcire debet damnum, ita quoque coniux coniugem per factum laedens diuortium, ad damnum ex diuortio alteri parti enatum reparandum omnino tenetur. Hinc cum damnum sit dotis et paraphernalium fructibus, sibi pacto promissis, carere, vxor, cuius culpa nuptiae dissoluuntur, ad satisfactionem marito obstringitur; quae si aliter praestari non posset, quam retento dotis paraphernaliumque vsufructu, maritus eum restituere non tenetur, tamdiu ac vxor in viuis est. Imo si pactis dotalibus successio marito est promissa, vel liberi adsunt, maritus innocens recte sibi vindicabit et dotem et paraphernalia proprietatis iure. Huc faciunt verba COCCEII (a): *Und was könnte endlich ungereimters erdacht werden, als dass der unschuldige Theil, welcher sonsten bey continuirender Ehe dotem, paraphernalia und dergleichen würde behalten und genossen haben, ohne sein Verbrechen, durch die That des Schuldigen, derselben solte entsezt werden, und hin-*



(z) Nou. CXVII. Adde Nou. XXII. c. 15. §. 2. L. 8. §. 4. C. *de repudiis* L. 24. C. *de iure dotium* L. 38. et 47. D. *sol. matrimonio* L. II. §. 3. D. ad L. *Iul. de adult.* L. I. §. 5. C. *de rei vxoriae actione.*

(a) *Resp. T. I. n. VI p. 552.*

gegen dieser (der Schuldige) der es sonst im Fall währender Ehe nicht würde gehabt und genutzet haben, es deswegen überkommen, weil er die Ehe getrennet und verlassen. Dieser so scheinbaren Billigkeit nun ist auch in Königl. und Fürstl. Häussern nachgelebt worden, wie aus verschiedenen Exempeln abzunehmen: Von Edwardo Confessore, Könige in Engelland ist schon gemeldet, dass er seine Gemahlin wegen Feindschaft mit ihrem Vater dimittiret und ins Kloster geschickt; daneben aber hat er auch alle ihre Güter behalten, und nicht wiedergeben, als da er sie nach einiger Zeit wieder angenommen, weil Vater und Kinder ihm Ursach zu widerwillen geben hatten (b). Ingleichen ist der Scheidung Ludou. VII. Kön. in Franckreich und seiner Gemahlin ao. 1152. gedacht, die ihm das Herzogthum Guienne, und die Graffschafft Poitou zugebracht: Weil solche Scheidung nun wegen ihres übeln Verhaltens geschahe, zweifelte niemand, dass er die Güter nicht hätte mit gutem Rechte behalten können; aber Iean de Serres schreibet: das Verlangen ihrer loss zu werden, sey so gross gewesen, dass er ihm ihr Verhalten beyzubringen keine Zeit nehmen wollen, sondern den Praetext der Verwandschafft gebraucht, und Guienne und Poitou ihr folgen lassen, au lieu de retenir cette dote en terre ferme a luy justement acquise (c). Wie aber dieses aufgenommen, schreibet MEZERAY (d) in folgenden Formalien: S'il n'eut pas esté un peu moinne, il l'eut (sa femme) chatiée d'un autre façon, et n'eust pas esté si conscientieux, que de luy rendre la Guienne et le Poitou, mais les eust confisquées pour son crime, luy faisant au reste grace de la vie, s'il bon luy eust semblé Mais il ne faut pas s'étonner, s'il commist une si lourde faute en matiere d'estat ou il n'étoit gueres bien versé etc. NB. Les plus Gens de bien trouverent étrange cette scrupuleuse restitution. Iedoch war dieses

(b) BROMTON hist. Anglic. p. 944.

(c) IEAN. de SERRES sous le Regne de Louis le jeune l'an. 1146.

(d) MEZERAY T. I. p. 456.

*ses nichs ohne Contradiction geschehen* (e). *Ist auch hernacher deswegen doch zum Krieg ausgebrochen, und ihr zweyter Ehe-Herr Henricus II. König von Engelland gezwungen, diese Länder vom Könige in Franckreich als Vasallus ligius zu recognosciren* (f). *Kayser Fridericus Barbarossa, hat mit seiner Gemahlin, des Marggrafen von Voburg Theobaldi Tochter die Stadt Eger mit ihrer Zugehör zur Aussteuer und Morgengab 1158. bekommen, wie Spangenberg meldet* (g). *Nachdem sie auch,* quia mores improbauerat, *repudiirt, hat er doch diese Stadt behalten, ist auch bey seinem Nachfolgern am Reiche blieben, bis Kayser Ludouicus Bauaricus selbige um 40000. Marck Silbers dem Könige in Böhmen versezt* (h). *Ungeachtet er seine Kinder nicht mit dieser; sondern alle mit seiner zweyten Gemahlin gezeuget* (i). *Richardus I. König in Engelland, als er Adelam Philippi Aug. K. in Franckreich Schwester heimlichen Verdachts halber 1190. verstossen, hat ihr Heyrathgut Gisors und le päis de Voxin zurück behalten: auch nachgehends, als in seinem Abwesen Philippus sich dessen bemächtigt, solche wieder zu erobern schwere Kriege geführet, wie solches weitläuftig beschreibet* IEAN de SERRES *au Regne de Phil. Aug. Ottocarus König in Böhmen, nachdem er sich von seiner Gemahlin, Margaretha Austriaca 1258. geschieden, hat alle ihre Länder, Oesterreich, Steyermarck, Cärndten, Crayn und das Friaul behalten, und als solche von dem Reich gefordert worden, beständig sich darauf beruffen, dass er selbiche* iure vxoris et matrimonii *besitze* (k). *Und ob schon schiene, dass der Gemahlin*



(e) *Chron Reg. Franc. A. 1152.*

(f) I. de SERRES *sous le Regne de Philippe le Bel vers le Roy d'Anglet.*

(g) *Sächs. Chronic. p. 403.*

(h) MVNSTER *Cosmogr. lib. III. c. 505.*

(i) OTTO de S. BLASIO *in append. ad Otton. Frising c. X. Chron. Canon. lib. IV. Frid. I.*

(k) DVBRAVIVS *histor. Bohem. lib. XVII.* DRESSER *in millen. VI. p. 2. de Regib. Bohem.* HORN. *orbis imp. p. 34. et seq.*

*die Schuld der Ehescheidung nicht beyzumessen; hat er dennoch den Fug oder Unfug diesfalls auszuführen sich nicht eingelassen, sondern bloss auf den Besitz und dessen Titul beruffen. Als Königs Iohannis in Böhmen Sohn, von seiner Gemahlin, einer von Tyrol 1339. verlassen, ist ihm diese Grafschafft, welche er als ein Paraphernal-Gut besessen, deswegen nicht genommen; sondern er hat sie behalten, bis Kayser Ludouicus V. (dessen Sohn diese Gräfin wieder geheyrathet) ihn ex causa feloniae deren entsetzet, weil er die Inuestitur unterlassen, wie M. Albertus meldet:* Praetendit Princeps *(Kaysern Ludewig verstehend)* se iuste illum e comitatu eiecisse, de quo, vt tenebatur, nunquam se petierat inuestiri etc. (l). *Ein klares Exempel, dass der Kayser selbst durch solche Urthel dieses Recht an seiner eigenen Schnur bestätigt; indem deren erster Ehe-Herr, den sie verlassen, ihre Grafschafft nichts destoweniger behalten, und dieselbe erst hernach wegen begangener Felony ihn entwendet und eingezogen. Iacoba Gräfin von Holland und Hennegau, welche Iohannem von Braband 1424. malitiose deserirt, hat demselben alle ihre Güter und Herrschafften zurücke lassen müssen; welche auch auf dessen nechsten Erben, Philippum von Burgund, noch bey ihren Lebzeiten gefallen* (m). *Und* PETRVS SCRIVERIVS in notis ad d. c. 5. *sagt:* Ioannem Brabantiae Ducem, Maritum Iacobae, Hollandia caeterisque vxoris opibus potitum. MEZERAY (n) *schreibet davon: Iean aiant perdu sa femme, retint ses terres, et eut recours au Bourguignon son Cousin pour s'y maintenir. Le Duc luy promit toute assistance et le secourut contre les efforts de sa mauvaise femme.* ALBERTVS CRANZIVS (o) *sagt ingleichen von diesem Duce Brabantiae:* Dux, qui nec dum reliquerat ius connubii (intel-

(l) M. ALBERT. *Chron. sub. A. 1339.*
(m) HVG. GROTIVS *de antiqu. Reip. Bat. cap. V.*
(n) *hist. de France. Tom. II. p. 6.*
(o) *Saxonia lib. II. cap. XII. fine.*

telligit ius dotium etc. vt ex sequentibus patet) etsi mulier ab eo diuortisset, cum de magna dote ageretur, magnis vndecunque copiis contractis occurrit hosti. *Also Ludouicus von Bourbon, jetziger Printz von Condé, behält und besitzt würcklich, nach seiner Gemahlin, des Hertzogs von Enguien Fr. Mutter Trennung, alle deroselben sehr grosse Güter, und behilfft sie sich noch gegenwärtig zu Chateauroux gantz enge, und mit einer genauen Pension, ungeachtet der mächtigen Erbschafft, die ihr von dem Marechal de Breze ihrem Vater, und dessen Gemahlin, einer Schwester des Cardinal Richelieu angefallen.*

## §. XXXIII.

Imperii status in caussis ciuilibus, quales sunt dotales, legibus tenentur ciuilibus, et deficientibus patriae iuribus secundum Romanorum leges, quatenus illustri non contrariantur conditioni, iudicari solent. Iam vero nec conditio impedit illustris, quo minus maritus diuortio culpa vxoris facto lucretur dotem, nec iura contraria sunt patria, inde, quae iura disponunt Romana, hic locum habere, maritumque laesum et dotem et paraphernalia, quatenus eorum habuit vsumfructum, retinendi ius habere, putarem. Sic decisum in caussa diuortii Io. Casimiri ducis Coburgici (p). Hoc

(p) Verba sententiae haec sunt: *Auf ergangene Klage und Antwort in Ehesachen des Durchlauchtigen, Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Iohann Casimirs, Herzogen zu Sachsen L. in D. und M. z. M. constituirten Anwaldens, Klägers an einem und Sr. Fürstl. Gn. Ehe-Gemahl, die Durchlauchtig hochgebohrne Fürstin und Frau, Frau Anna, Herzogin zu Sachsen L. in D. und M. z. M. beklagte, an andern Theil betreffend: Erkennen und sprechen wir zu dieser Sache sonderlich verordnete und niedergesezte, auch der verwandten Pflicht erledigte geist- und weltlichen Richter zu Coburg, daß in Rechten gegründet seye: Weil hochgedachte Herzogin zu unterschiedlichen mahlen auch anjetzo gerichtlich gutwillig gestan-*

Hoc tamen locum non habet, si vel vtriusque coniugis culpa nuptiae dissoluuntur, vel ab initio non subsistentes pro nullis declarantur. Sic arbitri constituti in diuortii causa Caroli Leopoldi ducis Mecklenburgici et Sophiae Hedwigis principis Nassouiae iudicarunt: *dergestalt, dass Ihro hochfürstl. Durchl. Carl Leopold Herzog zu Mecklenburg Schwer: von der Durchlauchtigsten Herzogin Sophia Hedwig - -* restituta arrha et receptione vtriusque illatorum *geschieden.* Simili modo in causa diuortii serenissimi Vinariae ducis Wilhelmi Ernesti et Charlottae Mariae decisum est.

§. XXXIV.

Cuinam, soluto per diuortium matrimonio, ius dotem repetendi competat, an coniugi illustri, an patri seu agnatis illustribus, supra exposuimus. (q) Hic addimus; ICtis Hallensibus contrariam placuisse sententiam in Causa Ernesti

*gestanden und bekannt, daß sie nicht nur mit Ulrichen von Lichtenstein zu unterschiedlichen Zeiten an ihrem Herrn und Ehegemahl ehebrüchig worden, und hochermeldter klagender Fürst ihr daher ferner ehelich beyzuwohnen nicht entschlossen, sondern, gebührliche Ehescheidung ergehen zu lassen, ersucht und begehrt: So wird Sr. Fürstl. Durchl. um solcher Verbrechung willen, von beklagter Herzogin der Ehe halber, vermöge göttlicher und weltlicher Rechte, billig geschieden und ledig gesprochen: Im massen Sr. Fürstl. Durchl wir dann hiemit davon entbinden und absolviren; auch vermöge der göttlichen heil. Schrifft und nach Gelegenheit Ihro Fürstl. Person, als dem unschuldigen Theile, sich anderweit christlich zu verheurathen gestatten und freylassen. Und bleiben Sr. Fürstl. Durchl. die eingebrachte Mitgifft und andere bona paraphernalia nach Ordnung der Rechte und gemeinem Beschluß der Rechts-Lehrer billig. Iedoch daß Sr. Fürstl. Durchl. dargegen und an statt der Paraphernalien sie, die Herzogin, mit nothwendigen Alimenten und Unterhaltung zu versehen schuldig. V. R. W. Eröffnet Mitwochs den 12. Monats-Tag Decembris, Anno 1593. um 10. Uhr Vormittag.*

(q) P. III. C. I. §. 32.

sti Wilhelmi Vinariae ducis et Charlottae Mariae verbis (q). *Auf die weitere Frage: Ob man nicht an Seiten der Fürstl. Häuser, gestallten Sachen nach, sich zu* prospiciren *hätte, dass die Ehe-Gelder der Herzogin nicht, sondern ihr nur davon das gewöhnliche* Interesse *jährlich entrichtet würde?* Resp. *Ob zwar angeführet werde, dass die Herzogin Maria Charlotta notorisch* prodige *lebe, sie sich auch wiederum verheurathen, ja wohl endlich gar denen Fürstl. Häusern das* onus alimentandi *zuwachsen möchte: Dieweil sie aber dennoch bisher* pro prodiga *nicht* declariret *worden und also wann sie auch gleich sonsten* moraliter *nicht anderst, als vor eine solche Person angesehen werden könnte, dannoch daraus so lange, als die* Declaratio judicialis *nicht hinzukommen, einiger* effectus in Iure *nicht erfolge, inzwischen aber die Herzogin ein ohnstreitiges Recht, ihre Ehe-Gelder zu fordern, vor sich habe: So seyen die Fürstl. Häuser, derselben besagte ihre Ehe-Gelder vorzuhalten, nicht befugt, es seye ihnen jedoch aber unbenommen, der Herzogin* Conduite *bey dem Kayser vorzustellen und dabey anzusuchen, dass derselben* Bonis interdicirt *und ein* Curator *bestellet werde, dabey aber auch die Ehe-Gelder zugleich, nebst Beobachtung derer in Rechten dabey erforderten* Requisitorum, *würcklich zu* deponiren.

## §. XXXV.

Tandem quaeritur, an maritus, qui diuortio facto dotem et paraphernalia est lucratus, ad praestanda repudiatae alimenta teneatur; COCCEIVS de hac re sic loquitur (r): *Ferner ist auch nach solcher Ehe-Scheidung unstreitig, dass I. F. D. keine Unterhalts-Gelder von I. D. und aus deren Mitteln zu* praetendiren *berechtiget: Zumahlen allen Gott- und weltlichen Rechten stracks zuwieder streitet, eines andern Güter und Mittel zu seiner*

(q) *Consilia Hallensia* T. II. lib. I. p. 359.

(r) Consil. T. I. p. 548.

*ner* Alimentation *ihm anzumassen. Nur ist aus natürlicher Billigkeit eingeführt, dass ein jeder seine Familie, wozu die Ehefrau, Kinder und Gesinde gehören, erhalte* (s). *Worunter aber I. F. D. nach getrennter Ehe, nicht mehr begriffen, und kan sie solches, nach geschehener Trennung, eben so wenig* praetendiren, *als sie es vor getroffener Ehe gekont; weil durch die Trennung es wieder in den Stand kommt, da es zuvor gewesen, und hernach eben so wenig Ehe-Leute bleiben, als sie vor der Ehe waren. Wann dann wehrender Ehe die einzige* causa obligationis alendi *diese ist, dass sie Ehe-Leuthe sind, höret ohne zweifel mit dieser Ursache auch die daraus fliessende* Obligation *auf, um so vielmehr, weil auch, wenn die Ehe durch den Tod geschieden ist, die Wittbe keine* Alimenta *aus ihres verstorbenen Ehe-Herrn Mitteln zu geniessen hat, als nur, in dem gantz sonderlichen Fall, wann sie schwanger ist; gestalten sie alsdann nicht für sich, sondern an statt der erwartenden Gebuhrt deren Antheil geniesst, und wird gesagt:* Quod ventris nomine in possessionem missa sit, l. 1. §. 19. et §. pen. l. 5. ff. de *Ventr. in poss. mitt.* l. 5. §. 3. ff. de *Carbon. edict. So gar dass ein Ehe-Mann auch seiner Frauen Begräbnis-Kosten nicht abzustatten schuldig ist.* l. 27. §. 1. l. 20. §. 1. ff. *de Relig.* BALD. *in l. Quod in uxorem.* 13. n. 1. in fin. C. de *Neg. gest. Aus welchem allem unstreitig ist, dass nach geendigter Ehe keine* Alimenta *mehr können* praetendirt *werden; worüber auch bey keinen Rechts-Lehrer einige Frage* formiret *wird, sondern es wird allein bey ihnen gefragt, wann Ehe-Leuthe bloss zu Tisch und Bett geschieden sind, ob alsdann die Frau noch Unterhalt zu fodern habe? Aber auch dieses verneinet der berühmte* Grauetta, *so dass er auch hinzu thut, es wäre vergeblich davon zu fragen.* Si pronunciatur, *sagt er,* super separatione, thorum esse separandum, frustra quaeritur de alimentis. GRAVETT. *Consil. 280. n. 1. vers. similiter. tom. 2. Und dieses zeugen auch die heutigen* Pragmatici *einstim-*

(s) BARTH. de *alim.* n. 8. et *seqq.* et n. 48.

*stimmig, dass nemlich der Mann disfalls zur* Alimentation *nicht gehalten, es sey dann, dass er die Ursach zur* Separation *zu Tisch und Bett gegeben. Ja auch disfalls ist er solches nicht schuldig, als nur, wenn die auf solchen Fall ihr zurück gebührende eingebrachte Güter zu ihrer* Alimentation *nicht gnug seyn.* BEST. *de Matrim. p. 2. cap. 9. vers. et sciendum.* CARPZ. *Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 12. def. 213. n. 7. et 214.* BRUNNEM. *ad l. 1. n. 7. ff. de Diuort. et rep.* iuxta doctrinam BALDI in l. Quod in vxorem 13. n. 2. et COVARRUV. de *matrim. siue in lib. 4. decret. p. 2. c. 7. §. 5. n. 2.* in princ. *Wann dann diesfalls die* Praetension *alles Unterhalts ungültig ist, da die Ehe noch währet, und sie Ehe-Leuthe sind, ist leicht zu erkennen, was für ein Recht Unterhalt zu fodern, seyn könne, wann die Ehe aufgehoben, und die Ehe-Leuthe einander gantz fremde sind. Noch mehr, weil I. F. D. durch ihr Verursachen die Ehe getrennet, welchenfalls sie auch ihr eigenes in die Ehe gebrachtes zusezet, als in folgender* Praetension *erkläret wird; wie kan sie dann aus solcher Ehe noch eines andern Mittel und* Alimenta *fodern? Wie nun dieses keinen Schein einigs Zweifels haben kan, also ist auch in König- und Fürstl. Häusern solches beständig obseruirt, und haben die geschiedene Gemahlinnen mehrentheils bey den ihrigen oder in vornehmen Klöstern sich erhalten. König* Edwardus Confessor *von Engelland, hat seine etwa 1051 repudiirte Gemahlin* Goditham, *Grafen Godwini Tochter, mit einer einzigen Magd abgefertiget:* Reginam Goditham (*sagt* Simeon Dunelmensis) Rex propter iram, quam aduersus patrem eius habebat, repudiauit, et cum vna pedissequa ad Werewellam sine honore eam dimisit, et Abbatissae custodiendam commendauit. DUNELM. *hist. Angl. p. 185.* RADOLPH. *de Diceto in d. hist. pag. 476. Und* KNYGHTON: Reginam Goditham vxorem suam cum vna pedissequa apud Monasterium de Werwel sine honore detrusit. KNYGHT. *d. hist. p. 2332. Als König* Ludouicus VII.

*in Franckreich anno 1152. seine Gemahlin Leonoram repudiirte, ist man in Franckreich so wenig der Meynung gewesen, ob wäre er schuldig ihr einigen Unterhalt zu geben; dass Mezeray davon schreibet, dass er ihre Güter gäntzlich hätte confisciren sollen;* Luy faisant *(sagt er dabey)* au reste grace de la vie s'il bon Luy eust semblé. MEZ. hist. de France tom. pag. 456. *Als Richardus I. König in Engeland seine Gemahlin Adelam 1190. Königs Philippi Augusti in Franckreich Schwester verstossen, hat ihr Bruder wegen ihres Unterhalts nicht die geringste Praetension gemacht, sondern allein ihr Heyraths-Gut, Gisors und das Land Vexin darum gefordert, weil keine Schuld auf sie gebracht worden.* P. AEMIL. *lib. 6. in Hist. Phil. Aug. Vorgemeldter Philippus Augustus, hat zwar anfangs seiner abgeschiedenen Gemahlin Isenberge, 1193. des Königs von Dennemarck Schwester, einen geringen Unterhalt verschafft, aber bald drauf, als Pabst Innocentius III. ihrenthalben mit der Excommunication ihme zugesezt, allen ihren Train einziehen und sie selbst einsperren lassen. Le Roy (schreibt* Mezeray*)* la fit reserrer dans château d' Estampes, et luy ôta tout son train *Hist. de France tom. 1. p. 551. Und Matth. Parisiensis meldet von ihr:* Rex eam repudians inter Sanctimoniales collocauit, Danosque omnes qui cum illa venerant, repatriare iussit. Hist. Angli: p. 84. *Daher auch Iean de Serres, da er der 3. Gemahlinnen Philippi, die er nach einander repudiirt, beysammen gedenckt, nemlich der Isabelle, vorbesagter Isenberge und Marie allein von dieser leztern meldet, dass ihr Fürstl Unterhalt verschafft worden.* Hist. de France sous l. an. 1190. *Welches bloss aus Affection und Mitleiden geschahe, weil er sie wieder beyder Willen von sich lassen muste. Theresia, des Königs von Legion, Alphonsi IX. Gemahlin ist 1200. nach der Scheidung von ihrem Vater D. Sancho, König in Portugal in dem Closter Lorban, so er ihrenthalben gestifftet, und mit Einkommen begabet, erhalten worden; wie Turquet schreibt:* Apres son diuorce elle vescut religieusement

ment en Portugal en Monastere de Lorban, que son pere fonda et doüa de bons revenus á cause d' elle. Hist. d' Espagne liv. 10. pag. 404. *Obgedachter Therese Schwester Malfada, König Henrichs von Castilien, Gemahlin, als sie von ihm geschieden, hat sich in dem, von ihr selbst gestiffteten Closter Ronea in Portugal erhalten.* TVRQVET. d. loc. Adela, *Marggraff Ottonis, des Reichen, von Meissen Tochter, als sie von Primislao, Könige in Böhmen 1201. verstossen, hat in dem Closter zu Wasserburg, also nicht von ihrem Ehe-Herrn ihren Unterhalt gehabt.* REVS. p. 3. Geneal. stirp. Witik. Stemm. WETIN. in March. Misn: *Vieler anderer dergleichen Exempel zugeschweigen, da die Gemahlinnen nach der Trennung sich in ein Closter begeben, und darin gleichmäßig unterhalten worden. Margaretha, Landgraff Albrechts in Thüringen Gemahlin, hat ingleichen nach 1268. erfolgter Trennung keinen Unterhalt von ihm bekommen, sondern solchen von der Stadt Franckfurt und denen umwohnenden Fürsten die Zeit ihres Lebens in Traurigkeit und Betrübnis gehabt; ungeachtet die Trennung ohn ihr Verschulden geschehen. Spangenb. Chron. Sax. pag. 448. Dress. millen. ult. p. 2. de March. Misn. Als Landgraff Henrich zu Hessen, der Eiserne genannt, 1340. von seiner Gemahlin, einer von Meissen sich geschieden, und seine Tochter, 1356. von Casimiro, Konige in Polen, ihrem Gemahl, verstossen worden, melden unterschiedliche Historien, daß jene zu Eysenach bey ihren Verwandten bis an ihr spätes Alter; diese aber bey ihrem Vater ihr Leben zugebracht.* REVSN. *p. 4. Geneal. in stirpe Lovan. stemm. 1. et p. 3. stirp. Witik. stemm. 2. in Friderico forti.* SPENER. *in fam. Hass. pag. 659. Dresser. in millen. vlt. p. 2. tit. de Landgr. Hass. Dilich. Chron. Hass. pag. 173. et 184.* CROMER. *Hist. Polon. lib. 12. Nirgend aber, daß Henricus ferreus einige Unterhalts-Gelder aus Polen vor seine Tochter bekommen, oder vor seine Gemahlin in Meissen geschickt. Georgius Dumbar, Graff von der Marck in Schotland, als seine Tochter von des Konigs in Schotland, Ioannis Stuarti Sohn, Dauid, 1400. verstossen worden, und er (Dumbar) Hülffe in Schotland suchte, hat einige Alimentation nicht gefordert, sondern allein, weiln die Trennung ohn Verschulden, aus Liebe zu einer andern geschehen, sich über die Zurückhaltung ihres zugebrachten Heyraths-*

*raths-Guts beschweret. Flor. Angl. in hist. Henr. IV. Iacoba, Gräffin von Holland, als sie 1424. ihren Ehe-Herrn, Herzog Ioannem in Braband malitiose deserirt, hat von ihm einigen Unterhalt nicht genossen; sondern im grossen Elend ihr Leben zugebracht, wie in abgemeldten Floro Angl. erzählt wird. in hist. Henr. IV. So gar, daß ein Zeländischer von Adel Frantz von Barselen, den sie hernacher auch ehligen wollen, ihr offters mit etwas Geld in ihren äussersten Nohten beyspringen müssen: ungeachtet sie die reiche Graffschafften Holland, Seeland und Hennegow gehabt hatte.* Nam auitis paternisque bonis exuta aegritudine contabuit, vt refert REVSNER. *Geneal. p. 2. in Ludou. V. Bauaro pag. 225. Sabina, Herzog Ulrichs von Würtenberg Gemahlin, als sie 1515. von ihrem Ehe-Herrn sich geschieden, hat keinen Unterhalt von ihm gehabt, sondern, nahhdem er vertrieben; sie ihren Witthum zwar in Besitz nehmen wollen,* SPENER. *Syll. Gen. Hist. in fam. Wurtemb. p. 574. Und bey dem Bund deswegen Ansuchung gethan, aber wie die Würtenbergische Acten melden, nichts erhalten. Henricus VIII. König in Engeland, hat seiner 1528. dimittirten Gemahlin, Kaysers Caroli V. Muhme, zwar die Alimenta, eigener Reputation halber, reichen lassen; als aber der Pabst dieser Scheidung wegen ihm zusetzen wollen, ihro einen Theil des Unterhalts und Bedienung abgeschnitten. Flor. Angl. in hist. Henr. VIII. also gezeiget, daß er dazu nicht schuldig war. Dieser Henricus VIII. hat auch seiner 4ten Gemahlin Annae Cliuensi nach ihrer Trennung 1538. zwar Fürstl. Unterhalt reichen lassen, aber blos um ihrer Verwandten willen, wie ausdrücklich die Historie hinzu thut.* METERANVS *lib. 1. Histor. ad ann. 1559. Dann deren Gunst, weil sie Evangelisch waren, affectirte hierdurch der König wieder den Pabst, wie Meteranus ingleichen daselbst meldet. Printz Wilhelm von Oranien Gemahlin, Chur-Fürst Mauritii von Sachsen Tochter, hat nach 1574. geschehenen Diuortio bey ihres Vatern Bruder, Chur-Fürst Augusto; ihre Verpflegung bis an ihr Ende gehabt.* THVAN. *Hist. lib. 60.* paulo post princ. SPENER. *Syll. Gen. in fam.* Saxon. pag. 397.

§. XXXVI.

## §. XXXVI.

Ast nobis distinguendum videtur, vtrum coniugi illustri adhuc reliqua sint bona, ex quibus pro dignitate necessaria habere possit alimenta, an nil supersit, de quo vitam digne possit sustentare. Priori casu, maritus ad alimenta vxori exhibenda repudiatae minime obligatur, posteriori vero ad ea praestanda illum obligatum omnino putarem. Si tibi coniuges fingis in statu viuentes naturali, pars laesa a laedente non nisi satisfactionem exigere potest, quae in eo consistit, vt promissum dotis paraphernaliumque vsumfructum eo modo saluum habeat, quo eum matrimonio per diuortium haud soluto habuisset. (§. 3.) Ast maritus durante matrimonio vxoriarum rerum vsumfructum non alio habet modo, quam ad ferenda matrimonii onera et exhibenda vxori alimenta E. diuortio culpa vxoris facto maritus plus exigere nequit, quam vt sibi rerum vxoriarum relinquatur vsusfructus pro alimentis dimissae praestandis. Alia vero statuum imperii ratio videtur. Hi enim in huiusmodi caussis legibus iudicantur Romanis (§.33.) et ex harum dispositione ad alimenta coniugi nocenti exhibenda non obligatur innocens. Ast hic aliquem iuris Romani esse vsum, mihi vix persuaderi patior. Respuunt legum Iustinianearum applicationem et conditio dotis illustrium et status personarum illustrium. Ignorant Romanorum iura dotem ex territorio ea intentione solutam, vt tam durante matrimonio alimenta, quam eo soluto dotalitium femina habeat illustris. Iubet splendor familiarum, ex quibus feminae progenitae sunt illustres, ne alimentis destituantur necessariis. Quisnam vero per diuortium dimissae praestabit alimenta? familia saltim, ex qua originem trahit femina, non tenetur, quippe quae data dote ab hocce onere se liberauit, Ergo marito onus alendi, soluto licet matrimonio, adhuc incumbere putarem, nisi dotem et paraphernalia restituere, quam alimenta dare malit. Sic in

causa

causa diuortii, ob adulterium commissum facti a Casimiro Coburgico iudicatum: *Iedoch dass Sr. Fürstl. Durchl. dargegen und statt der* Paraphernalien *sie die Herzogin mit nothwendigen Alimenten und Unterhaltung zu versehen schuldig.*

---

SECTIO II.

# DIVORTIA ILLVSTRIVM GERMANORVM EXEMPLIS ILLVSTRATA.

A

B. B. G. STRVVIO.

§. I.

*Diuortia, apud Germanos olim rara, frequentia vero recentiori tempore.*

§. II.

*Carolus M. Desideratam Clinicam repudiat.*

§. III.

*Iustitia huius diuortii examinatur.*

§. IV.

*Lotharius Theitbergam coniugem ex concluso concilii episcop. dimittit.*

§. V.

*Theitberga vero Papae iudicium implorans obtinuit, vt sententia episcoporum nulla declararetur.*

§. VI.

*Papa missis nunciis Lotharium ad recipiendam coegit Theitbergam, ast Lothario nihilominus adamante Waldradam, eum ac Waldradam pontifex excommunicauit.*

§. VII.

*Theitberga ob vitae periculum aufugit ipsaque a pontifice diuortium petit, qui tamen non consentit.*

§. VIII.

*Quae sub Adriano II. Papa de hacce diuortii causa acta sint.*

§. IX.

*Ludouicus Balbus, a coniuge Ansgard diuortium fecit.*

§. X.

*Causam diuortii legitimam fuisse monstratur, licet sint, qui putant matrimonia absque consensu parentum accedente benedictione sacerdot. contracta non esse rescindenda.*

§. XI. et XII.

*Quorum argumenta refutantur et contraria sententia magis confirmatur.*

§. XIII.

*Henricus Auceps diuortium a coniuge Hatburgi fecit.*

§. XIV.

§. XIV.

*Henricus IV. diuortium cum Bertha facturus causam ad principes detulit.*

§. XV.

*Fridericus I. cum Adelbeida diuortium fecit.*

§. XVI.

*Fridericus II. Austriae dux Gertrudem coniugem ob sterilitatem dimisit.*

§. XVII.

*Margaretha Maltaschia, Tyrol. comitissa a Iohanne Morauiae comite ob frigiditatem diuortium fecit.*

§. XVIII.

*In cuius diuortii genuinam inquiritur causam.*

§. XIX.

*Premislaus siue aliis dictus Ottocarus ab Adelbeida coniuge dissolui volebat. quaeue de hocce acta sint diuortio.*

§. XX.

*Welphi ducis Boiorum diuortium cum Ottonis de Northem filia Ethelinda.*

§. XXI.

*Theodericus Marchio oriental. diuortium fecit a Lucarde.*

§. XXII.

*Echerti iun. Saxon. March. diuortium.*

§. XXIII.

*Duplex Ludouici Pii Thuring. Landgr. diuortium.*

§. XXIV.

*Odalricus com. de Vinaria repudiat Adelheidam.*

§. XXV.

*Io. Casimiri D. Saxo. Cob. diuortium.*

§. XXVI.

*Guilielmus Ernestus dux Vin. a coniuge Charlotta Maria fuit separatus.*

§. XXVII.

*Idem factum inter Georgium I. postea A. R. et Sophiam Dorotheam.*

§. XXVIII.

*Georgii Friderici March. Culmb. diuortium.*

§. XXIX.

*Carolus Ludouicus Palat. facto magis quam iure a coniuge diuertit legitima.*

§. XXX.

*Gustauus Samuel Leopold Bipontinus ob consanguinitatem Dorotheam Veldentinam e coniugio dimittit.*

§. XXXI.

*Henrici Leonis D. S. diuortium.*

§. XXXII.

*Christianus D. Megapol. Suerin. relicta priore coniuge ad alias confugit nuptias.*

§. XXXIII.

*Carolus Leopoldus D. Megap. per sententiam consistorii Gryphiswald. a Sophia Hedwige Nassouia separatur.*

§. I.

Diuortia apud Germanos prima aetate nulla fuisse TACITVS nos docet, dum, cum spe votoque vxoris semel transactum fuisse, tradat, nisi quod in causa adulterii poena praesens fuerit et maritis permissa (t). Posteriori vero tempore apud Germanos, Romanorum sine dubio exemplo ad hoc incitatos, etiam diuortia fuisse introducta docet nos MARCVLPHVS (u), qui talem exhibet formulam: *Idcirco quia inter illum et coniugem suam non caritas secundum Deum sed discordia regnant et ob hoc conuersare minime possunt, placuit utriusque voluntatibus, vt se a consortio separare deberent, quod ita et fecerunt. Propterea et has epistolas vno tenore conscriptas inter se fieri et affirmare decreuerunt, vt quidquid vnusquisque ex ipsis de semet ipso facere voluerit absque repetitione sui socii liberam habeat potestatem et nullam requisitionem, neque ipsius in caput, neque vlla qualibet persona exinde habere pertimescat.*

(t) *Germ.* cap. XVIII. et XVIIII.

(u) Lib. II. Form. c. XIX. et XXX. Talis etiam reperitur apud LINDENBROGIVM Lib. III. Form. 84. p. 1060.

*scat. Quod qui contra parem suum contra alium quemcunque hominem vllam repetitionem facere conauerit, partibus illius contra cui litem intulerit, soli tantos componat, et sua repetitio nullum obtineat effectum, sed vnusquisque ex ipsis per hunc libellum repudii eorum manibus roboratum, omnique tempore quiete valeant residere.* Videmus exinde ob mutuas inimicitias diuortia locum habuisse atque coniuges discordes se mutua voluntate inuicem separasse.

## §. II.

Haec diuortii licentia tanto magis inter illustres inualuit. Restaurator iste occidentis imperii Carolus M. dimissa Himiltrude concubina (x), Desideratam Longobardorum Regis filiam matrishortatu duxerat vxorem (y), verum,

 dum

(x) P. DANIEL *hist. de Fr.* T. I. p. 430. *pour faire mariage, il ce faloit que Charles magne repudiat sa femme Himiltrude, qui estoit fille d' un seigneur Francois. et il le fit.* Verum saltim erat concubina.

(y) Qua ratione STEPHANVS Papa Carolum plurimum fuerit dehortatus, testatur ipsius Epist. XLI. apud *du* CHESNE T. III. p. 761. in qua: *ITAQVE nostrae perlatum est notioni, quod certe cum magno cordis dolore didicimus, quod Desiderius Langobardorum Rex vestrae persuadere dinoscitur Excellentiae suam filiam vni ex vestra fraternitate in connubio copulare. Quod certe, si ita est, haec propria diabolica est immissio, et non tam matrimonii coniunctio, sed consortium nequissimae adinuentionis esse videtur.* Deinde Longobardorum gentem tanquam leprosam et foetidam increpat et sub finem epistolae ipsum adiurat: Per Deum viuum et diem iudicii, sub poena aeternae damnationis, ne quisquam fratrum Desiderii filiam ducere praesumat. Carolum vero iam ante fuisse desponsatum ex eadem epistola patet, dum scribit: *Etenim mitissimi et a Deo instituti benignissimi Reges, iam Dei voluntate et consilio coniugio legitimo ex praeceptione genitoris vestri copulati estis, accipientes sicut praeclari et nobilissimi Reges de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa nobilissima Francorum gente, pulcherrimas coniuges.*

dum clinica esset (z), iudicio sacerdotum ab ea post annum fuit solutus, et facile credendum, Papam hoc diuortium plurimum promouisse.

## §. III.

Causae igitur diuortii allegantur morbus et sterilitas. Priorem pro iusta reputat Gregorius II, quia circa annum DCCXXVI. Papali sedi praefuit, qui ita respondit (a). *Quod proposuisti, quod si mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis? bonum esset, si sic permaneret, et sic abstinentiae viueret, sed quia hoc magnum est, ille, qui non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas praepedit non culpa detestabilis excludit.* Verum STEPHANVS Papa, qui circa A. DCCLIIII. praefuit, inter alia ad diuersas quaestiones responsa (b) hoc saltim ad casum infirmitatis daemoniacae aut leprae trahit, decernens: *si quis se in coniugio copulauerit, et vni eorum contigerit, vt debitum reddere non possit, non licet eos separare, nec pro alia infirmitate, excepto, si daemonica infirmitas aut leprae macula superuenit* (c). Eadem ratione NICOLAVS Papa ad Carolum Moguntinensem Episcopum A. DCCC. rescripsit, (d). *Hi qui matrimonium sani contra-*

(z) EGINHARDVS quidem in *vita Caroli M.* C. XVIII. ait: *dein cum matris hortatu filiam Desiderii Regis Longobardorum duxisset vxorem, incertum qua de causa, post annum repudiauit.* Ast caussam exponit MONACHVS S. GALLI lib. II. n. 26. *quia esset clinica ad propagandam prolem inhabilis, ipsam iudicio sanctissimorum sacerdotum fuisse relictam velut mortuam.*

(a) C. XVIII. C. XXXII. qu. 7 LAVNOIVS de *Regia in matrimonium potestate* P. III. Art. I. c. V. p. 481.

(b) c. L.

(c) LAVNOIVS de *Regia in matrim. potest.* P. I. art. III. c. XI. p. 243

(d) c. 28. C. 32. qu. 7.

*contraxerint: et vni ex duobus amentia aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt.* Nec alia mens est Protestantium, qui morbum quidem contagiosum pro iusta diuortii causa habent, non aeque quamuis infirmitatem (e). Nec sterilitatem superuenientem iustam esse diuortii causam ipsi canones volunt (f).

## §. IV.

Memoratu dignum est diuortium Lotharii senioris cum Theitberga, Bosonis filia, quam DCCCLVI. duxerat in vxorem (g). Hanc licet ab initio plurimum dilexisse videatur, dum fratrem ipsius Hubertum euexerit, amore tamen Waldradae ductus (h) de diuortio faciendo agitauit consilia. Hinc insequenti anno statim fuit abiecta nec ad thorum admissa, sed custodiae tradita. Postmodum vero diuersa

 crimi-

(e) CARPZOV. *iurisprudentia crimin.* Lib. d. 180. et 181. BOEHMER de *iure principis Euangelici circa diuortia* cap. III. § XXVI.

(f) c. 17. et 18. C. 32. qu. 5. et potissimum c. 27. et 32. qu. 7. *tantum valet illud sociale vinculum coniugum, vt cum causa procreandi soluatur. Posset enim homo dimittere sterilem vxorem, et aliam ducere, de quo filios habeat: et tamen non licet.* Idem c. 15. §. 1. *Manet vinculum Nuptiarum, etsi proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur: ita vt iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulauerint, adulterium committunt: ipsae autem coniuges manent.*

(g) REGINO ad A. 856. Anno DCCCLVI *Lotharius Rex Theitbergam Reginam sibi in matrimonium iunxit.* HVGO FLAMMINIACENSIS Chron. P. I. p. 121. CHRON. SAXON. ad A. 856.

(h) REGINO ad A. 864. *Lotharius Rex coepit occasiones quaerere, qualiter Thietbergam reginam a suo consortio separare potuisset, quam exosam habebat propter Waldradam, quae eius fuerat concubina, cum adhuc adolescens esset in domo paterna. Hanc siquidem diabolo inflammante nimio diligebat amore.* Sequitur ANNAL. SAXO A. 864.

dum clinica esset (z), iudicio sacerdotum ab ea post annum fuit solutus, et facile credendum, Papam hoc diuortium plurimum promouisse.

## §. III.

Causae igitur diuortii allegantur morbus et sterilitas. Priorem pro iusta reputat Gregorius II, quia circa annum DCCXXVI. Papali sedi praefuit, qui ita respondit (a). *Quod proposuisti, quod si mulier infirmitate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iugalis? bonum esset, si sic permaneret, et sic abstinentiae viueret, sed quia hoc magnum est, ille, qui non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas praepedit non culpa detestabilis excludit.* Verum STEPHANVS Papa, qui circa A. DCCLIIII. praefuit, inter alia ad diuersas quaestiones responsa (b) hoc saltim ad casum infirmitatis daemoniacae aut leprae trahit, decernens: *si quis se in coniugio copulauerit, et vni eorum contigerit, vt debitum reddere non possit, non licet eos separare, nec pro alia infirmitate, excepto, si daemonica infirmitas aut leprae macula superuenit* (c). Eadem ratione NICOLAVS Papa ad Carolum Moguntinensem Episcopum A. DCCC. rescripsit, (d). *Hi qui matrimonium sani contra-*

(z) EGINHARDVS quidem in *vita Caroli M.* C. XVIII. ait: *dein cum matris hortatu filiam Desiderii Regis Longobardorum duxisset vxorem, incertum qua de causa, post annum repudiauit.* Ast caussam exponit MONACHVS S. GALLI lib. II. n. 26. *quia esset clinica ad propagandam prolem inhabilis, ipsam iudicio sanctissimorum sacerdotum fuisse relictam velut mortuam.*

(a) C. XVIII. C. XXXII. qu. 7 LAVNOIVS de *Regia in matrimonium potestate* P. III. Art. I. c. V. p. 481.

(b) c. L.

(c) LAVNOIVS de *Regia in matrim. potest.* P. I. art. III. c. XI. p. 243

(d) c. 28. C. 32. qu. 7.

*contraxerint: et vni ex duobus amentia aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt.* Nec alia mens est Protestantium, qui morbum quidem contagiosum pro iusta diuortii causa habent, non aeque quamuis infirmitatem (e). Nec sterilitatem superuenientem iustam esse diuortii causam ipsi canones volunt (f).

## §. IV.

Memoratu dignum est diuortium Lotharii senioris cum Theitberga, Bosonis filia, quam DCCCLVI. duxerat in vxorem (g). Hanc licet ab initio plurimum dilexisse videatur, dum fratrem ipsius Hubertum euexerit, amore tamen Waldradae ductus (h) de diuortio faciendo agitauit consilia. Hinc insequenti anno statim fuit abiecta nec ad thorum admissa, sed custodiae tradita. Postmodum vero diuersa crimi-



(e) CARPZOV. *iurisprudentia crimin.* Lib. d. 180. et 181. BOEHMER de *iure principis Euangelici circa diuortia* cap. III. § XXVI.

(f) c. 17. et 18. C. 32. qu. 5. et potissimum c. 27. et 32. qu. 7. *tantum valet illud sociale vinculum coniugum, vt cum causa procreandi soluatur. Posset enim homo dimittere sterilem vxorem, et aliam ducere, de quo filios habeat: et tamen non licet.* Idem c. 15. §. 1. *Manet vinculum Nuptiarum, etsi proles, cuius causa initum est, manifesta sterilitate non subsequatur: ita vt iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum atque aliis copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis, quibus se copulauerint, adulterium committunt: ipsae autem coniuges manent.*

(g) REGINO ad A. 856. Anno DCCCLVI *Lotharius Rex Theitbergam Reginam sibi in matrimonium iunxit.* HVGO FLAMMINIACENSIS Chron. P. I. p. 121. CHRON. SAXON. ad A. 856.

(h) REGINO ad A. 864. *Lotharius Rex coepit occasiones quaerere, qualiter Thietbergam reginam a suo consortio separare potuisset, quam exosam habebat propter Waldradam, quae eius fuerat concubina, cum adhuc adolescens esset in domo paterna. Hanc siquidem diabolo inflammante nimio diligebat amore.* Sequitur ANNAL. SAXO A. 864.

crimina ipsi imputabantur, vtpote de incestu et Sodomia cum fratre germano atque insecuto abortu (i), dum vero omnia denegaret, iudicio laicorum et consultu episcoporum cum ipsius Regis consensu vicarius eiusdem feminae ad iudicium aquae feruentis exiit, et postquam incoctus fuerat ipse repertus, eadem femina maritali thoro atque coniugio regio, a quo suspensa fuerat, est restituta (k). Dum vero Lotharius postea exciperet, se falsum iudicium pro verifica examinatione suscepisse, Thietbergam legaliter non fuisse iudicatam, nec indulgentia principalis sententiae absolutam (l), quosdam Episcopos in suas partes trahere conabatur. Assensum facile praebuit Guntharius, Archiepiscopus Coloniensis, dum promitteret Lotharius, se eiusdem neptem in matrimonium esse accepturum. Guntharius, idem vt faceret, Theotgandum hominem simplicem persuasit. Tunc Lotharius quibusdam Archiepiscopis, vtpote Gunthario Archiepiscopo Coloniensi, Theotgando Archiepiscopo Treuirensi, Aduentio Metensi, Franconi Leodiensi Episcopis vna cum Hegil et Odelingo Abbatibus causam commisit, qui in Palatio Aquisgranensi conuenientes in veritatem inquirerent, coram quibus Thietberga omne secretum et factum dicitur fuisse confessa

(i) HINCMARVS *in Epistola ad Reges et Episcopos Christianos de diuortio Lotharii et Thietbergae* Tom. I. opp. p. 568. illud examinat et maxime increpat, addens: *Vxor domini Regis Lotharii primo quidem reputata est, de stupro, quasi frater suus cum ea masculino concubitu inter femora, sicut solent masculi in masculos turpitudinem operari, scelus fuerit operatus et inde ipsa conceperit, quapropter vt celeretur flagitium potum hausit et partum abortiuit.*

(k) Verba sunt HINCMARI T. I. p. 578.

(l) HINCMARVS p. 574. *vnde et falsum iudicium se sciente pro verifica examinatione suscepit et tolerauit.*

fessa his verbis (m): *Ego Thietbribe, quam feminei sexus imprudentia et fragilitas fefellit humana et conscientia delicti mordet, propter spem salutis animae meae, et propter fidelitatem erga seniorem meum, veram confessionem coram Deo et sanctis Angelis eius, ac venerabilibus Episcopis, siue nobilibus laicis, sic profiteor, quia germanus meus Huibertus clericus me adulescentulam corrupit, et in meo corpore contra naturalem vsum fornicationem exercuit et perpetrauit. Hoc testificor, teste mihi conscientia mea, non aliqua maliuola suggestione persuasa, neque violenta necessitate compulsa, sed simplici voluntate rei veritatem (sicuti est) professa. Sic me adiuuet Dominus, qui peccatores saluare venit et peccata simpliciter, ac veraciter confitentibus veram indulgentiam promisit, si nihil fingo, si vera propria voce pronuncio, et litterarum chirographo rem gestam confirmo: quia tolerabilius est mihi imprudenti, ac deceptae foeminae coram hominibus culpam simpliciter confiteri, quam ante tribunal Domini erubescere, atque aeternum vae habere* (n). Dum igitur habitum mutare et velum accipere vellet Thietberga,

(m) HINCMARVS p. 574. *Proinde ne suspicio ista et nequissima fama de vxore regia diutius inexaminata aut improbata maneret, quatenus idem Dominus noster certior securiorque effectus de hac causa, cum quae illi agenda erant more regali liberius exsequerentur, conuenerunt iussu eiusdem principis, anno videlicet incarnationis Dominicae DCCCLX. et regni eius V. indictione VIII. V. Ianuarii Aquis palatii Gunthbarius summus Capellanus, et Teotgandus Archiepiscopi, Aduentius, et Franco Episcopi, Hegil, et Odelingus Abbates, siue alii fideles eius, quibus omnia superius inserta referens, iubendo monuit praescriptos Episcopos atque Abbates, dirigens ad illam, vt de praedicta fama apud eam omnem rei veritatem perquirerent sicuti et fecerunt. Nam ipsa confessa est eis coram Deo et Angelis eius, omnia quaeque in illa erant omneque secretum iuxta exortam famam penitus aperuit illis, ipsique reuersi nuntiauerunt praedicto regi, quod ad vxorem non liceret illi eam habere.*

(n) HINCMARVS p. 575. f. edit. Cordes. p. 312.

ga, hoc ipsi, dum in confessione sua saepius admonita permaneret, (o) ex sententia Episcoporum tunc congregatorum fuit concessum atque in concilio Episcoporum medio Februario IↃ CCC LX. decernentibus Ludouico imp. Carolo et Lothario, Aquis habito (p) idem confirmatum ipsaque monasterio fuit inclusa (q). Dum autem fuga fuisset elapsa

(o) HINCMARVS p. 575. f. edit. Cordes. p. 315. *Sed quamuis ista eius confessio credibilis appareret, tamen ne forte pro aliqua deceptione, aut pro timore alicuius, saepe dicta mulier mentiretur denuo memoratum regem alloquentes, magnis eum obtestationibus astrinximus, vt nobis confiteretur, si eam suasione, aut comminatione ad seipsam fallaciter criminandum compulisset; e contra ipse cum maximis attestationibus nobis declarauit, solam rei veritatem illam confiteri, se persuasisse, nec in ea causa industriose aliquid amplius egisse.* Et paullo post. *Nos igitur rursus eandem mulierem primum secreto, deinde coram laicis adiuimus, eamque cum adiuratione diuina monitis pluribus exhortati sumus, ne sibi vllo modo falsum crimen inferret, aeternarum quoque poenarum minis, si hoc faceret, deterrere curauimus; iterumque de nostro consilio, et auxilio, tuitione, ac defensione contra omnes insidias, vel violentias securam reddidimus, tantum vt nobis iam tunc fiducialiter confiteretur, vtrum persuasa, an compulsa adseipsam criminandum fuisset. Ad haec illa aspero intuitu nos redarguens; Putatis* (inquit) *vt meipsam pro aliqua re in mundo ita perdere voluissem? Sicut enim confessa fui, sic confiteor, et sic confitebor.*

(p) HINCMARVS p. 575. edit. Cordes. p. 312. *Anno ab Incarnatione Domini DCCCLX. Indictione VIII. mediante Februario mense decernentibus gloriosis Regibus Hludouico, Carolo, atque Hlothario iuniore, in generali conuentu optimatum ex regno almi Hlotharii, actum est Concilium Episcoporum Aquisgrani palatio, Guntarii Agrippinensis, Theotgaudi Treuerensis, Wenilonis Rotomagensis, Franconis Tungrensis, Hattonis Viridunensis, Hildegarii Meldensis, Halduini Auiniensis.*

(q) ANNALES BERTIN. ad. A. DCCCLX. *Teutberga et poenitentiae continuo addita est, atque in monasterium detrusa.*

elapsa (r) se ad hoc fuisse inductam, falsum contra se composuisse piaculum, protulit (s) Lotharius A. ↀ CCC LXII. tertium concilium Aquisgranum induxit, in quo diuortium illud iterum confirmatum ipsique facultas concessa aliud matrimonium ineundi (t). Ad Regis igitur causam tanto firmius corroborandam, Aduentius oblato libello, longam texuit fabulam, quo probare conatur, Waldradam Lotharii pellicem eidem iam a tenera aetate matrimonio fuisse iunctam; Theutbergam vero postea eidem inuito a Lothario obtrusam, ac proinde non Theutbergam sed Waldradam legitimam esse Lotharii vxorem (u), quare, non expectato Papali

(r) Id quod episcopi Aquisgrani congregati Nicolao Papae significant apud SIRMONDVM Tom. III. *concil. Gallic.* p. 158. 159. *nostra vnanimitas de vxore nostri principis -- nihil aliud hactenus determinauit, nisi quod perspectae suae confessionis libello publice confitenti remedio poenitentiae subuenire decreuimus. Inter haec illa fuga elapsa.*

(s) Nicolaus I. in commonitorio legatis dato apud SIRMONDVM p. 198. *Theutberga se a Rege questa est, iniuste fuisse deiectam et vi coactam falsum contra se composuisse piaculum.*

(t) Vide sententiam patrum apud LABBEVM T. VIII. p. 741. can. X. concil. III. Aquisgranensis apud SIRMONDVM p. 191. *Glorioso principi nostro -- cui non solum nos, verum etiam canonica auctoritas incestuosum coniugium interdicit, legitimum atque idoneum coniugium a Deo illi concessum non denegamus.* Licet OTTO FRISINGENSIS lib. V. c. III. haec in concilio Metensi acta esse velit.

(u) Extat Aduentii Metensis relatio apud BROWENVM *Annal. Treuir.* lib. VIII. p. 415. in qua: *Fortissimus heros, ait, et perpetuus Augustus diuae recordationis Hlotharius inter alias de regno grauissimas deliberationes suas Hlothario filio sapienter in eo prospexit, quod Waldradam nobilem illi virginem tenero adhuc et imbecillo despondit; eius pudicitiam, sartam tectam in posterum data fide praestans, dotemque gloriosissimo puerulo, centum omnino mansos,* con-

Papali iudicio, Wildradam, antea concubinam, coronat eandemque coniugem declarat atque reginam (x) Gualtharii neptis

*constituens. Quamdiu itaque Lothario seniori vita comes extitit in parentis munere atque voluntate filius acquiescens, puella, quam dixi potitus est; idque adeo non furtim aut citra procerum regni conscientiam, sed palam in conspectu atque oculis omnium; id quod et paedagogi eius testentur, nec auunculus Leutfridus ierit inficias. Porro ad meliora iam hinc profecto Lothario, in ipso adhuc paterni luctus squalore atque inter occupationes ipsas funebres, affuit repente cum eiusdem consilii sodalibus suis Hubertus Acephala, sororem Teutbergam nouam Regi sponsam adducens, conciliansque additis minis, si recusaret, oblatam, ipsi regnoque pariter imminere discrimen. Atque ita quidem Rex, vt ipse testatur, eam inuitus ac nolens tum certe in thalamum recepit. Nec mora, discurrit totas vrbes fama Teutbergam, fratris nefario ac incesto flagitio pollutam.* Verum BROVERVS probe notauit Aduentium saltim ex aliorum scripsisse relatione. adde BARONIVM ad A. 862. n. 29. FRANCISCI LONGI A CARIOLANO *summam concilior.* p. 662. Patet etiam ex Lotharii commonitorio, quod Waldradam se a patre accepisse et sororem postmodum Huberti admisisse, professus fuerit. Quod diligenti inuestigatione inquirere iubet. Nicolaus Papa apud IVONEM P. VIII. c. 334. ex quo c. 4. C. 31. qu. 2.

(x) ANNALES BERTINIANI ad Annum DCCCLXII. *Lotharius Vualdradam concubinam, maleficis, vt ferebatur, artibus dementatus, et ipsius pellicis, pro qua vxorem suam Theotbergam abiecerat, caeco amore illectus, fauentibus sibi Luitfrido auunculo suo, et Vultario, qui vel ob hoc maxime illi erant familiares quod nefas est dictu, quibusdam etiam Regni sui Episcopis consentientibus, coronat, et quasi in coniugem et Reginam sibi, amicis dolentibus atque contradicentibus copulat.* Ipse etiam Lotharius Waldradam vocat amantissimam coniugem in diplomate Lotharii, Iunioris anno regni illius octauo, quod in annum 863. incidit apud *Petrum de la* LANDE *supplem. concil. Galliae* p. 177. BROWER. *Ann. Treuir.* Lib. VIII. p. 417. Nicolai I. epistola VI. du CHESNE T. III. p. 831. et in HARDVINI *concil. collect. I.* p. 247. *accidit ad nostram notitiam peruenire, quod Lotharius, legitima et prima repulsa muliere,*

ptis aeque ad regem accersitur ac semel, vt aiunt, ab eodem construpatur atque cum cachinno et omnium decisione ad auunculum remittitur (y).

## §. V.

Thietberga vero super hoc diuortio grauiter conquesta Nicolai Papae iudicium expetiit (z) insontem se esse ab imputato crimine declarans, qui, conuocato A. DCCCLXIII. concilio, Metim Radualdum Portensem et Ficalensem Episcopum misit, qui ipsius nomine praesiderent, atque causam sedulo indagarent, Hi vero in Franciam venientes pecunia corrupti Regi potius fauebant, qui se nihil aliud fecisse profitebatur, quam quod episcopi decreuissent, dederunt igitur Regi consilium, vt illos episcopos, qui synodo Aquisgranensi interfuerant, ad sedem Apostolicam destinaret, qui verbis ac scriptis Papae satisfacerent (a). Guntharius etiam

Oo 2 atque

*muliere, secundam sibi adsciuerit coniugem, neque sedis nostrae petitum ac promissum iudicium expectans, neque canonico iudicio vspiam succumbens.*

(y) Verba sunt REGINONIS et ANNALISTAE SAXON. ad A. DCCLXIIII.

(z) NICOLAVS *Papa* L. c. *Theutberga pro sui repudio acriter dolens per emissam legationem super hoc negotio sedis nostrae expetiuit iudicium* IDEM *Ep. VII. Theutberga multis vicibus sedem apostolicam lacrymosis litteris studuit appellare, in quibus afflatu flebili puram se, quo accusata, crimine inquit atque insontem.*

(a) ANNALES *Metenses* et REGINO ad Ann. DCCCLXV. *Missi sunt Hagano et Rodoaldus apostolicae sedis legati in Galliam ad discutiendum, vtrum res ita se habet, sicut summo pontifici nunciata fuerat. Qui in Franciam venientes, pecunia corrupti, magis fauerunt iniquitati, quam aequitati. Tamen ad regem peruenientes cum ei declarassent legationis suae causas tale responsum ab eo acceperunt: se nihil aliud egisse, nisi quod episcopi ipsius regni in generali synodo sibi agendum praemonstrassent. Dederunt autem iidem legati*

atque Thietgandus Romam pergebat, ea intentione, vt Regis innocentiam demonstrarent, et se cum caeteris Episcopis ecclesiastica exercuisse decreta demonstrarent. Verum Papa, congregata synodo Lateranensi (b), eorum scripta condemnauit, ipsosque adiudicantibus Episcopis, Presbyteris et diaconis deposuit, et omni ecclesiastica dignitate priuauit, qui tamen Episcopatu deiecti, conquerebantur, nusquam auditum esse, quod vllus Metropolitanus sine principis voluntate fuisset depositus (c). Dum vero ad sui restitutionem laborassent (d), exules in Italia permissa ipsis saltim laicali communione, moriuntur (e).

## §. VI.

A. DCCCLXVI. mittebat Nicolaus Papa Arsenium apocrisiarium et consiliarium suum ad Lotharium, qui, conuocato Episcoporum conuentu, ab ipso postulat, vt vnum e duobus eligat, aut propriae concilietur vxori, abdicato

*legati consilium regi, vt illos episcopos, qui synodo praefuerant, ad sedem apostolicam destinaret, qui verbis ac scriptis vniuersali papae satisfacerent. Legati immensis ditati opibus Romam regressi sunt, nunciaueruntque Praesuli, quae in Galliis viderant et audierant, adiicientes, se nullum sapientem episcopum in regno Lotharii inuenisse, qui ad liquidum canonicis esset institutus disciplinis.* Eadem fere habet OTTO FRISINGENSIS lib. VI. c. III. Adde ANASTASIVM *in vita Nicolai II.*

(b) Decreta concilii exhibent ANNALES BERTINIANI et FVLDENSES ad A. DCLXIII. et HARDVINI *collectio concil.* T. V. p. 574. commonitorium legatis datum extat apud du CHESNE T. III. p. 852. et HARDVINI *collectio conc.* T. V. p. 477.

(c) REGINO ad A. DCCCLXV. ANN. BERTINIANI ad A. 864. IVO P. VIII. c. 226. c. 21. c. qu. 2. c. 10. quaest ii. c. 3.

(d) Exstat vtriusque epistola ad Papiam in PETRI *de la* LANDE *conciliorum antiquorum Galliae supplem.* p. 176. qua iniuste Papam processisse demonstrare contendunt.

(e) REGINO c. L. OTTO FRISINGENSIS Lib. VI. cap. III.

dicato Waldradae pellicis consortio aut protinus anathematis gladio feretur, ipse, omnesque ei in hoc scelere fauorem praestantes. Hac necessitate compulsus, vellet nollet, Thietbergam reginam in matrimonium recepit, interposito iuris iurandi sacramento, se illam pro legitima vxore tenere velle, nec eam a se separare nec ipsa viuente alium super eum inducere. Post haec Waldradam ex auctoritate Dei et sancti Petri et iussu Papae Romam ire iubet, vt pro se rationem reddere studeat (f) duodecim ex optimatibus, cuncta iuramento confirmantibus (g). Hic etiam Arsenius Theotbergam Lothario iterum adduxit (h) Waldrada vero in Italiam equidem profecta Romam tamen non venit, sed in

 Gal-

(f) Haec vberius narrat REGINO, ANNALES *Bertiniani* A. DCCLXV. *Fuldenses* et *Annalista* SAXO ad eundem annum BROWER Lib. VIII. p. 420.

(g) ANNALES *Fuldenses* A. DCCCLXVI. *et vt Lotharius Teutbergam quemadmodum Rex legitime sibi coniunctam deinceps tractaret reginam duodecim ex optimatibus eiusdem Regis iuramento firmare coegit.*

(h) ANNAL. BERTINIANI ad A. 865. *Eodem die ipsam Theutbergam Reginam Arsenius Episcopus et Legatus Apostolicae sedis cum praenominatis omnibus Archiepiscopis in manibus Lotharii Regis reddiderunt atque dederunt, non solum sub eadem obtestatione, vt supra, verum etiam sub adiuratione et excommunicatione, vt si in omnibus, vt superius legitur, non obseruauerit atque impleuerit, non solum in praesenti vita, sed etiam in aeterno Dei terribili iudicio, cum beato Petro Principe Apostolorum redditurum rationem, et ab ipso aeternaliter in eodem iudicio damnandum et igne perpetuo concremandum.* Et paulo post: *Arsenius Episcopus impetratis apud Carolum, pro quibus ad eum venerat, ad Gundulfi villam cum Lothario, quo Theotberga eum praecesserat, pergit. Ibi quoque per aliquod dies morans propter Vualdradam, quae illuc ad eum deducti, et ab eo in Italiam deduci debebat Lothario et Theotberga Regio cultu paratis et coronatis in die Assumptionis sanctae Mariae Missas*

Galliam fuit reuersa (i) et dum in Palatio cum Lothario versari ipsi haut licuerit, Abbatiam S. Deicoli illi tradidit (k), ast plurimum adhuc apud Lotharium valebat Waldrada (l) ideoque Papa et ipsam (m) et Lotharium (n) grauiter excommunicauit.

§. VII.

*Missas celebrat: et inde cum praefata Vualdrada versus Vrbam, quo dicebatur Hludouicus Italiae Imperator obuiam Lothario venturus, pergit.*

(i) NICOLAVS in Epist. XII. *Statutum est etiam, vt ipsa mulier in Italia interim remota nostrae praestolaretur censurae tenorem; et si hanc Romam venire necessarium duceremus, incunctanter occurreret: quatenus coram nobis consistens, aut se* (si posset) *innoxiam exhiberet, aut commissum confessa misericordiam impetraret. At illa in Italiam quidem licet coacta venit, Romam vero mentis obstinatione victa proficisci despexit.* IDEM epist. XVII. Ludouicum regem: *Denique Vualdram ad nos non solum non misit, sicut saepius illum hortati sumus, verum etiam Ticinum dum ad nos tendere crederetur iam profectam, in Gallias reducere procurauit.*

(k) AVCTOR *vitae S. Deicoli C. VIII. Waldrada quia in Palatio cum Lothario versari requirit, Abbatiam S. Deicoli illi tradidit.* Huc facere videtur NICOLAVS Papa in Epistola: *Waldrada reipublicae dominatur ac quod est grauius etiam piis locis atque religiosis personis praeesse dignoscitur.*

(l) NICOLAVS Epist. XVII. ad Ludouicum Regem: *Vualdrada videlicet, quae non solum pro adulterio commisso, sed pro impoenitenti corde vinculis est excommunicationis innexa, regni cum Lothario culmina possidet, gloria fruitur, iura tenet, et omnia suo disponit arbitrio? quae licet a colloquio eius seiuncta specie tenus videatur, existere, per internuntios tamen, et diuersos satellites tantundem penes ipsum, vel etiam magis valet, quam si legitima coniux habere quoquomodo potuisset: nam nemo apud regium apicem est adiutus, nisi per illam: vix vsque quaque laesus, nisi propter illam, quisquam esse refertur: illa quippe penes eam gratiam poscentibus impetrare, ipsa sola quibus mauult beneficia parare consueuit.* ANNAL. BERTIN. A. 868.

## §. VII.

Dum vero Lotharius Waldradae et huius complicum artibus inductus, Theitbergam nimium adfligeret, ipsa mortis periculum sibi imminere praeuidens ad Carolum, Lotharii fratrem aufugit eiusdemque protectioni se commisit (o) a Nicolao Papa quasi sponte et lubenter a Lothario vellet separari, et vita priuata esse contenta per legatos petebat (p), addens, Waldradam esse legitimam Lotharii

(m) NICOLAVS Epistola XII. *Ecce tertio nunc vobis omni esse Waldradam, filiae nostrae Theutpergae Reginae iniquissimam aemulam, consortio Christianorum et communione priuatam, nostris Epistolis indicamus.* Et paullo post: *Quapropter sententiam in eam excommunicationis vsque ad correctionem et idoneam nostram et totius ecclesiae satisfactionem, protulimus.* REGINO ad A. 866.

(n) OTTO FRISINGENSIS Lib. VI. c. III. *Verum Lotharius post crebras admonitiones, post violatum sacramentum, quod sub praesentia Arsenii Episcopi, Sanctae Romanae ecclesiae Apocrisiario fecerat, a summo pontifice communione priuatur, ex qua causa tam ipsi quam toti regno grauissimum discrimen oritur.*

(o) ANNALES BERTINIANI, FVLDENSES, METENSES ad A. 866. et praecipue REGINO ad eundem annum. *Rursusque Waldrada, eiusque complicibus decertantibus, regis animus aduersus Thietbergam commouetur, excitantur irae, et in sopitis discordiarum et odiorum cineribus, denuo copiosus ignis accenditur. Despicitur, abominatur, rea citatur, adulterii crimen impingitur, omnique ingenii arte exquiritur, qualiter puniri quasi rea possit. Illa praeuidens, imminere sibi mortis periculum, lubenter aufugit, et ad Carolum perueniens, eius se tuitioni commisit.*

(p) NICOLAVS ad Theutbergam Epist. XI. scribit: *Omnes enim te in remotam afflictionem, intolerabilem oppressionem, nimiamque violentiam pati testantur. Tu autem his contraria suggerens, nullo cogenti, sponte, ac libenter a Regia dignitate ex vi te velle ac optare fateris; et caetera, quae illi quidem aliter prosecuta esse dignosceris, ita vt omnium assertionibus legitime a Lothario Rege dimissa, inique deinde accusata, posthaec purgata, deinceps denuo repulsa postremo decreto nostro iure recepta dicaris.*

tharii vxorem (q), ipsius matrimonium non diuinitus ordinatum (r), ipsam esse sterilem (s). Verum ad singula haec Papa in singulari respondet epistola (t). Et in alia ad Carolum regem Lotharii fratrem directa, decernit, se minime concedere, vt Theutberga ad priuatam vitam rediret, nisi idem faciat Lotharius (u). Hic vero eam adulterii inculpat idemque singulari certamine per hominem suum et hominem Thietbergae declarare tentabat, quod Nicolaus Papa minime adprobabat (x) nec consentire volebat, vt Theutberga Romam veniret, dum quamdiu Waldra-

(q) c. l. *Illud tamen, quod Waldradae perhibes testimonium, eam fuisse legitimam Lotharii vxorem, frustra conaris adstruere.*

(r) L. Cit. *perhibes etiam, quod matrimonium inter vos diuinitus non fuerit ordinatum et idcirco permanere non posset.*

(s) c. l. *Quod autem sterilis, vt adseris, permanere dignosceris, non haec corporis infoecunditas sed viri facit iniquitas.*

(t) c. l. est haec epistola apud du CHESNE T. III. p. 838. et in HARDVINI *collectione concil.* Tom. V. p. 266.

(u) Tenor epistolae reperitur apud REGIONEM c. l. Ex hac BVRCHARDVS WORMATIENSIS lib. IX. cap. 49. *scripsit nobis Thietberga regina, regia se velle dignitate seu copula exui et solum priuata vita esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit.*

(x) REGINO c. l. BVRCARDVS WORMATIENSIS Lib. IX. c. L. *Verum, sicut multorum relatu didicimus, ipse Lotharius conuentum celebrare disposuit, et eandem Tietbergam ex animi proprio iudicio subiicere meditatur. Et siquidem eam praestigiis falsitatis suae, vel argumentosis ambagibns potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua vxor, vult eam penitus a se sequestrare. Sin autem vult tanquam propriam quidem vxorem accipere, sed deinde, quasi moechata fuerit, insimulare, atque propter hoc hominem suum et hominem Thietbergae ad monachiam impellere, et si homo ipsius reginae ceciderit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quae quantum sint omni diuinae legi contraria, magnitudo prudentiae vestrae, credimus, iam aduertit.*

drada iuxta Lotharium sit posita ab illo Theutbergam discedere non permittat, nisi Waldrada prius Romam mittatur et de ea, quod conueniens sit, definiatur, ipsaque sit secura (y). Potius praescribit, vt Theutberga, antequam iudicium cum Lothario vel ratione coniugii, vel adulterii subeat, suae libertati relinquatur (z). Inde etiam Lothario mandat, ne se a Thietberga separet, quin potius, si ipsa se separare velit, eam corrigat, et si sub religionis obtentu et pudicitiae praetextu vtrique se separare velint, se quidem esse consensurum, si modo non fiat simulate (a). Ludouicum

(y) NICOLAVS Papa in dicta epistola XI.

(z) BVRCARDVS WORMATIENSIS c. LII. et NICOLAVS Papa dicto loco: *Praeterea siue de coniugii foedere, siue de adulterii crimine iudicium sit agitandum, nulla ratione concedere potest, Thietbergam cum Lothario posse legalem inire conflictum, vel legitimum controuersiae subire certamen, nisi prius ad tempus suae fuerit reddita potestati, seu et suis consanguineis libere sociata: inter quos etiam locus prouidendus est, vbi nulla vis multidinis formidanda, et non sit difficile testes producere, vel caeteras personas, quae tam a sanctis canonibus, quam a venerandis Romanorum legibus in huiusmodi controuersiis requiruntur. Verum haec non vt fiant dicimus, quae sine decreto et ordinatione nostra fieri non posse, supra docuimus,*

(a) Sic enim apud BVRCARDVM c. LIII. *itaque summo studio praefatam Theubergam coniugem tuam tamquam propriam carnem fouere ac diligere procurato, et ne illam separari a te vllo pacto consentias vigilanter attende. Vnde si vult a te discedere, corripe, immo corrige, eam a tali intentione per omnia satage reuocare. Iam vero, si amore pudicitiae separationem quaerit, et coniugalem connubii solutionem efflagitat, certum est, Apostolo praedicante, quoniam mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. verum si et ipse pudicitiam sectatus religionis obtentu, copulam dissoluere vis, tantum ne simulate fiat, concedimus. Nam licet scriptum sit, quod Deus*

nicum etiam Germanicum rogat, vt Lotharium admoneat, quo debitam Theutbergae exhibeat dilectionem atque a Waldrada desistat (b).

## §. VIII.

Mortuo interim Nicolao Papa, Theutberga Romam tendens ab eiusdem successore Adriano II. dissolutionem matrimonii cum Lothario denuo petebat, corporis infirmitatem, et, quod non legitimo antea Lothario iuncta fuerit matrimonio, conquesta (c). Adrianus vero Papa Lotharium singulari epistola monet, vt Theutbergam in coniugale consortium recipiat, vel, si ipsa in aliquo proprietatis suae loco malit subsistere, necessarium, vt digna ipsi suppeditet stipendia (d), Waldradam vero ad Luthouicinstan-

*Deus iunxit, homo non separet, Deus tamen et non homo separat, quando diuini amoris intuitu, ex consensu vtriusque coniugis matrimonia dissoluuntur. Si ergo hoc modo vis; nos grato permittimus animo celeremque praebemus assensum. Aliter autem fieri vestram mutuam separationem prohibemus; siquidem scriptum legimus: Erunt duo in carne vna.*

(b) ANNALES BERTINIANI ad A. 867. *Lotharius Theutbergam vxorem suam Romae misit, vt seipsam criminaretur, quatenus ab eius coniugio separari vellet, sed Adrianus Papa atque Romani talibus naeniis non credentes, iussa est ad virum suum reuerti.*

(c) Extat Epistola Hadriani apud du CHESNE T. III. p. 854. in qua: *Theutberga itaque illustrissima regina coniux vestra, sanctorum Apostolorum Petri et Paulli ad limina veniens - - dixit, se propter quandam corporis sui infirmitatem, et quia non legitimo vobis antea fuerat coniuncta connubio, a vestro velle separari consortio, et ob amorem Dei, saeculi dignitatem et gloriam abiicere, ac sub leui iugo Christi ceruicem cordis submittere.*

(d) Citata epistola NICOLAI: *tandem Theutbergam nobilissimam reginam coniugem tuam dilectionis amore, in coniugale consortium laetus recipias et pro amore Dei et sancti Petri et nostro simul, honore*

stantiam ab excommunicationis vinculo absoluit (e). Lotharius vero in Italiam pergens, Beneuentum, ad fratrem suum Ludouicum peruenit, vt per eum apud Hadrianum Papam obtineret, quatenus Theutbergam eiiceret et Waldradam resumeret (f). Hoc loco etiam apud Imperatorem per Engelbergam ipsius coniugem, multis petitionibus obtinuit, vt cum ea vsque ad monasterium Sancti Benedicti, quod in Monte Casino est situm, rediret, quo etiam Hadrianus venit, et per dictam Engelbergam obtinuit Lotharius, vt cum ipso conciliaretur et postquam Romam venisset, Papa Lotharium ad sacram communionem adhibuit (g), quam ipsi in remissionem peccatorum, fore pro-

 fessus,

*nore digno eam retinere, sicuti corporis propitii membrum dilectum procures. Quod si ob itineris longitudinem et asperitatem, vel aliquam carnis incommoditatem, ad vos vsque ipsa peruenire distulerit, elegeritue in aliquo proprietatis suae loco sibi vtili magis consistere, interim donec synodus, vt praediximus, fiat, salua et incolumis sub vestra regali tuitione atque defensione secura permaneat: habeatque in potestate sua ipsas Abbatias, quas ei dare ipse ore proprio promisisti, de quarum sumptibus atque redditibus necessaria possit habere stipendia, dignaque subsidia.*

(e) Patet hoc non solum ex epistola Hadriani ad ipsam Waldradam apud du CHESNE T. III. p. 855. sed etiam ad Archiepiscopos et Episcopos L. c. p. 856 ita scribit: *Quapropter nos Waldradae, quae multorum, vt refertur, attestatione, a pristinis et illicitis affectibus ad salutiferum correctionis iter conuersa est, remedia miserationis Apostolicae sedis exhibere consensisse, illamque vinculo excommunicationis vel anathematis auctoritate Dei et Principum Apostolorum absoluisse, cognoscite, ita vt deinceps Domini Ecclesiam ingrediendi et orandi conuiuandique, seu cum caeteris Christianis loquendi, sit ei, auctore Deo, concessa licentia.*

(f) ANNALES *Bertiniani* ad A. 869.

(g) REG. a. 869. *Finitis igitur missarum solennibus, inuitat summus pontifex eundem regem ad mensam Christi, acceptoque in manibus corpore et sangui-*

fessus, si postquam Nicolaus Papa Waldradam excommunicauerat, nullum cum ea contubernium vel carnalis copulae matrimonium habuerit, alias ipsi in condemnationem futuram. Obcoecatus igitur Lotharius de manu Pontificis Eucharistiam sumsit, verum Roma egressus, morbo corripitur et Placentiam proueniens diem clausit extremum VI. Idus Augusti DCCCLXIX. (h).

§. IX.

*sanguine Domini, ita eum alloquitur: si innoxium te recognoscis a perbibito atque interdicto tibi a Nicolao adulterii scelere, et hoc fixa mente statutum habes, vt nunquam diebus vitae tuae Waldradae pellicis tuae dudum a te repudiatae misceearis nefario concubitu, fiducialiter accede et sacramentum salutis aeternae tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe: si autem tua conscientia te accusat, te lethali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente disponis in moechiae volutabrum, nequaquam sumere praesumas, ne forte ad iudicium, et condemnationem tibi aueniat, quod fidelibus ad remedium praeparauit diuina prouidentia. Qui mente captus obduratus pariter et obcaecatus, absque retractatione, communionem corporis et sanguinis Domini de manu pontificis sumpsit, non expauescens illam sententiam quae dicit:* Horribile incidere in manus Dei viuentis. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. *Deinde conuersus idem praesul ad sequaces ac fautores regis, vnicuique communionem obtulit in haec verba: Si domino ac regi tuo Lothario in obiecto adulterii crimine fautorem te non praestitisti; neque consensum praebuisti, et Waldradae et aliis ab hac sede apostolica excommunicatis non communicasti, corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi prosit tibi in vitam aeternam. Igitur quisquis in his se laesum sciens, ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere praesumpsit, diuino iudicio percussus, ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis anni rediret principium: perpauci, qui se a communione subtraxerunt, vix mortis periculum euaserunt.* BROWER. Ann. Trev. Lib. VIII. p. 423.

(h) REGINO ad A. DCCCLXIX. *Porro Lotharius Roma egressus, morbo corripitur, et Placentiam ciuitatem perueniens, diem clausit ex-*

## §. IX.

Ludouicus Balbus imp. cum adhuc iuuenilis aetatis flore polleret, quandam puellam nomine Ansgard ſibi coniugii foedere copulatam habuit, ex qua duos liberos ſuscepit elegantis formae ac ingentis animi virtute praeſtantes. Horum vnus Ludouicus, alter Carolomannus vocabatur. Sed quia hanc ſine genitoris conſcientia et voluntatis conſenſu ſuis amplexibus ſociauerat, ab ipſo patre ei poſtmodum interdicta, et interpoſito iurisiurandi ſacramento, ab eius conſortio in perpetuum ſeparata. Tradita eſt autem eidem, ab eodem patre Adelheidis in matrimonium; quam grauidam ex ſe reliquit idem rex, cum obiret. Quae tempore pariendi expleto, enixa eſt puerum, cui nomen aui impoſuit, eumque Carolum vocitari fecit, poſteaque nomine Caroli ſimplicis venit (i).

## §. X.

Hanc autem matrimonii inter Ludouicum et Ansgardem diſſolutionem omnino fuiſſe legitimam leges ciuiles et ſtatuta eccleſiaſtica docent. Licet enim non deſint, qui tale matrimonium, ſi per copulam carnalem et benedictionem ſacerdotalem fuerit contractum, reſcindi nolint (k) eo



*extremum* VI. idus Auguſti. *Tanta autem ſtrages in praefati regis populo facta eſt, vt non peſte periiſſe, ſed hoſtili gladio corruiſſe virtus ac nobilitas totius regni videretur, quae eo tempore tantae foecunditatis erat, vt in modum denſarum ſegetum pullulans veluti quoddam examen imperii fines impleuerit.* ANNALES *Bertiniani, Fuldenſes, Metenſes* ad A. DCCCLXIX.

(i) REGINO. ANNALES Metenſes, MARIANVS SCOTVS ad A. 875.

(k) Auctores reſciſſionem improbantes longa ſerie recenſet HIERON. BRVCKNERVS *deciſ. matrimon.* cap. II. n. 91. qui etiam horum argumenta recenſet.

eo quod PAVLVS Iureconsultus (l) tradat, quod eorum, qui in potestate patris sunt, matrimonia sine voluntate patris non contrahantur, ast contracta non soluantur, quin contemplatio publicae vtilitatis priuatorum commodis praeferatur, virginitas erepta restitui nequeat et foemina tali rescissione extra spem vlterioris coniugii poneretur, liberis vergeret in praeiudicium, qui tunc declararentur pro illegitimis, scandalum ex eiusmodi rescissione oriatur et benedictio sacerdotalis publice ludibrio exponeretur, magistratus etiam parentum, si consentire nolint, consensum supplere possit, militis, qui post desponsationem mulierem rapuit eandemque cognouit matrimonium validum declarari, licet parentes reclamauerint (m) et quod in declaratione Caroli V. de religione in comitiis Augustanis Anno MDXLVIII. horum sententia reiiciatur, qui nuptias ob patris consensum nullas aut dissoluendas esse statuant (n).

## §. XI.

Verum haec singula eiusmodi matrimonii validitatem minime confirmant, dum idem PAVLVS ICtus adserat (o): *Nuptiae consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.* Nec concubitus, sed consensus eorum, quorum requiri debet, facit matrimonium. Damnum vero, quod deflorata sentit, sua culpa sen-

(l) Lib. II. *sentent.* tit. 19.

(m) c. *cum causa 6.* X. *de raptoribus.*

(n) Tit. XXI. *Vom Sacramente der Ehe: Darum dieweil der Väterl. Gewalt dieser Vereinigung des Ehestandes, von Rechtswegen, weichen muß, soll mann die nicht hören, die zu unsern Zeiten wollen, daß die Ehe oder Verspruch einer Heyrath, wiederum getrennet werden, und nicht gelten soll, wenn der Eltern Bewilligung nicht darbey gewesen ist.*

(o) Lib. 2. *de Ritu nuptiarum.*

sentire videtur, nec aliter liberis exinde natis praeiudicium adfertur, quam si ex scortatione vel matrimonio illegitimo fuerint nati. Benedictio vero sacerdotalis rem in se illicitam licitam reddere nequit, nec magistratus auctoritas parentum consensum supplere potest. Iulius III. vero Papa dicto capitulo saltim ratione militis definit, qui post legitima sponsalia desponsatam cognouerit, quod tunc pro raptore haberi nequeat. Religionis declaratio interimistica nunquam fuit recepta.

## §. XII.

Saniora sane argumenta docent, matrimonia sine parentum consensu contracta, nulla esse et quod ab initio nullum, nec per copulam carnalem nec benedictionem sacerdotalem fieri poterit legitimum, si modo filii non fuerint emancipati et patria potestate soluti. Docent hoc leges ciuiles (p) ipsaque ratio, dum certissimum sit, ita fauendum esse matrimonio, ne peccatum hac ratione inducatur vel ad delinquendum inuitentur liberi; hoc vero contingeret, si scirent liberi, parentes, non amplius impedire posse matrimonium, si ad corporum commixtionem accesserint et foedam libidinem nefario ausu explerent (q). Idem etiam partim per diuersas constitutiones ecclesiasticas (r), partim per doctores iuris probatissimos confirmatur

(p) §. 12. *I. de nuptiis* L. 23. ff. de R. N.

(q) Verba sunt SAM. STRYCKII *de dissensu sponsalitio* Sect. IV. §. 32. idem comprobauit HENRICVS BROVVERVS de *iure connubiorum* lib. I. c. VII.

(r) Facit huc mandatum Elector. Saxon. Zabeltiense d. 16. Nou. 1648. quod extat in corpore iur. eccles. Sax. p. 493. et apud BERGERVM *suppl. ad elect. disc. for.* P. II. p. 1861. et BERGER. *Oecon iur.* p. 108. in summa exhibet. Idem constituit constitutio electoralis Brandeburgica Col. ad Spream d. X. Septembr. MDCLXXIV.

tur (s), licet negandum non sit, caussae cognitionem debere praecedere et quandoque iudicis ecclesiastici arbitrio pro circumstantiarum diuersitate quidquam esse relinquendum. Hinc etiam factum, vt Ansgardis a scriptoribus illorum temporum saltim concubina adpellaretur (t) et non deessent, qui filios ex illa natos a successione vellent excludi (u).

## §. XIII.

Pergimus ad Henrici Aucupis diuortium. Prior ipsius coniux Hatburgis, Erwini, Alstedensis Dignastae filia, quae

MDCLXXIV. Art. XV. quae adiecta est dicto STRYCKII tractatui p. 276.

(s) CARPZ. *Iurispr. Consistor.* lib. II. tit. III. §. 40. n. 9. STRYCK. c. l. HORN. ad SCHILTERI *Instit. iur. canon.* lib. II. tit. X. §. VII. BRVCKNER *decis. matrimon.* cap. II. n. 175. WILLENBERG *select. iur. matrim.* cap. I. §. 98.

(t) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad Annum DCCCLXXX, *Rex Francorum Ludouicus Balbus moritur, vxorem suam ex se grauidam relinquens. De regno eius Francis varie sentientibus, aliis, illud filiis Ludouici Balbi ex concubina deberi iudicantibus, aliis Bosoni, Prouinciae regulo, ad illud iniuste inuadendum assentientibus, aliis vero illud regno Germaniae reuocare volentibus. nascitur interim ex legitima vxore Ludouici Balbi filius, qui ex nomine aui Carolus nominatus est. Filii tamen Ludouici Balbi ex concubina, Ludouicus et Carlomanus dicti, interim regnum Francorum inter se diuidentes regnant annis quinque et Bosonem semper persecuti sunt.*

(u) Hinc IO. LAVNOIVS de *Regia in matrimonium potestate* P. II. art. II. c. VII. p. 345. Cur autem à quibusdam historicis veluti Sigeberto aliisque Ansgarde concubina, Adelheidis vxor vocetur, alia ratio nulla est, nisi quod matrimonium Ludouici cum Ansgarde de facto, non de iure contractum esset, quo factum etiam, vt quia Ansgarde apparebat legitima nonnunquam vxor appellata fuerit ANNAL. BERTINIANI ad Ann. 880. AIMOINII lib. V. c. 40. LAVNOVIO *in obseruationibus* contradicitur p. 238.

quae antea iamdum nupta, vidua facta velum acceperat (x), vsque dum Henricus ipsius amore captus cum patris consensu ipsam duceret vxorem. Dum autem contra canones (y) hoc esset, velatam ducere, Sigismundus Halberstadiensis

(x) DITHMARVS lib. I. p. 324. *Interim cuiusdam matronae famam, quae Hathcburch dicebatur, Henricus comperiens, qualiter eam sibi sociaret, iuuenili exarsit amore. Haec erat filia Eruini senioris, qui in vrbe, quam antiquam ciuitatem nominamus, maximam tenuit partem et quia is filium non habuit, geminis filiabus suis e medio decedens reliquit. Ob huius pulchritudinem et haereditatis diuitiarumque vtilitatem internuncios Henricus quam propere misit, et quamuis hanc esse viduam sciret velatam, suae tamen vt satisfaceret voluntati, eam fide promissa petiuit. Tunc illa multorum precibus et consilio deuicta, comitatur, honorifice suscepta, ac charitatiue a suis, vt decuit, est habita. Nuptiis ex more peractis, sponsus cum conthorali ad Mersepurg venit, omnesque conuocans vicinos, quia vir fuit illustris, tanta familiaritate adiunxit, vt quasi amicum diligerent, et vt dominum honorarent.* Antiquam ciuitatem male intelligentes HERM. STANGEFOL. Lib. II. *Ann. circuli Westphalici* p. 175. HIERON. MEGISERVS *Annal. Carinthic.* p. 628. et IO. PALATIVS *Aquila Saxonica* p. 13. eam modo comitissam Altenburgi, modo Oldenburgicam vocant. Cum tamen Erwinus Allstetensis fuerit Dynasta et Henricus socero suo postmodum in Allstedo et Merseburgo successisset.

(y) CONCIL. MELDENSE c. LXVII. *qui sanctimoniales virgines vel viduas rapiunt, et progressu etiam criminis in coniugium sumunt, publicae poenitentiae subigantur. Vterque autem sine vlla spe vxoriae copulationis perenniter maneant. Si vero quod absit, coniugium iterare praesumserint, acriori subdantur vindictae et amplius propellantur. Quod si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur.* Ex hoc habet BVRCHARDVS WORMATIENSIS lib. VIII. cap. LII. REGINO *de disciplina ecclesiastica* cap. CLXIII. Similia decernuntur a SIRICIO c. VI. apud REGINONEM c. CLXIV. ab INNOCENTIO I. c. XIX. apud REGINONEM c. CLXXII.

diensis Episcopus, sub cuius dioecesi Henricus, nondum rex factus, Merseburgi vel Alstedi plerumque degebat, hunc incestum (z), prout dicebatur, ferre nollebat, ipsumque ann.

CLXXII. BVRCARDVM lib. VIII. c. XIII. in concilio Toletano apud BVRCHARDVM c. XIV. in concilio Chalcedonensi c. XVI. apud BVRCHARDVM c. XXX. et potissimum ex epistolis PASCHALIS Papae c. XI. apud BVRCARDVM c. XXXI. *Hi igitur, qui scientes sanctimonialibus feminis in matrimonio sunt, ad iniuriam Christi copulati iuxta censuram Christiani Zeli separentur et nunquam eis concedatur iugali vinculo religari, sed in poenitentiae lamentis vehementer, dum viuunt, afficiant.* In concilio Aurelianensi c. XXIII. quae ante decreta fuerant, repetuntur, atque adiicitur: *Vnde verbo domini et canonica autoritate in hac sancta synodo praecipimus, vt omnino separentur, et iuramento obligentur, vlterius sub vno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in ecclesia aut in publico, aut rem habere vllam communem, vnde suspicio illecebrosi desiderii aut scandalum libidinosi facti iuste possit oriri. Si qua etiam inter se diuidenda sint, diuidant, et vterque sua prouideat et incestuosus sine spe coniugii maneat.* In concilio Arelatensi. c. VII. apud BVRCHARDVM c. LI. *Sciendum est omnibus quod Deo sacratarum feminarum corpora per votum propriae sponsionis et verba sacerdotis Deo consecrata templa esse scripturarum testimoniis comprobantur et adeo violatores earum sacrilegi ac iuxta Apostolum filii perditionis esse noscuntur.* In decretis Gregorii XVII. in Fr. Pithoeorum Cod. canon. eccles. Rom. p. 300. n. 3. *Si quis Monacham, quam Dei ancillam appellant in coniugio duxerit, anathema sit.* Acta Concilii Tricassini II. *n. 1. Art. II. p. 474. Theodericus Vesontionensis Episcopus libellum obtulit super quadam femina modo velata Wesfinde nomine, quae nunc coniugium sortita est.* IVO *P. VII. c. LI. et LII.* Huc quoque faciunt *c. VI. dist. XXVII. c. II. X. XI. XIII. XIV. XVI. XL. C. XXVII.* qu. t. simile exemplum videmus apud STEPHANVM BALVZIVM in not. ad *Agobardum* c. 135.

(z) Sic enim appellatur c. 9. dist. 27. *virgines quae post consecrationem nupserunt, non tam adulterae sunt, quam incestae.* IVO *P. VII. c. CXXIV. CXXX.*

A. CMXII. hortabatur, vt Hatburgim dimitteret istaque in monasterium reduceretur. Ast dum Henricus non obtemperauit, banno notatus est a Sigismundo, ideoque causam ad Conradum tunc Germaniae regem detulit ab eodemque obtinuit, vt, misso ad Sigismundum legato, ab eo postularet, vt excommunicatos absolueret (a).

Qq 2 Exem-

(a) DITHMARVS Lib. VIII. p. 325. *Spiritualis autem pater et pastor Orientalium tunc fuit, Sigismundus, sanctae Halberstadensis Ecclesiae praesul egregius, vir ingeniosus, omnigenarumque quae spiritualia vel etiam carnalia respicit artium scientia, omnes suimet contemporales praecellens. Hic pietate maxime, et quod summum est perfectionis culmen, Christi Zelo feruens, vt perpetrati facinus connubii primo audiuit, ouium culpam suarum ingemuit et aliquam inter se fieri amplius commixtionem per internuncium, et per epistolam banno Apostolicae autoritatis interdicens, ad condictam ambos Synodum vocauit. Henricus tali rumore turbatus, ad imperatorem properauit, omnemque indicans ei rem ordine, auxilium eius petiuit et quia familiaris ei fuit et patris commisso, ac fideli seruitio, impetrauit. Nam legato ad antistitem concite directo, vt vinctos solueret, et ad suimet praesentiam differret, postulauit.* Eadem habet ANNALISTA SAXO ad A. CMXI. *Connubio confirmato Heinricus consentiente patre tradidit nuptae in dotem omne quod attinet ad eandem ciuitatem, ipse quoque Otto tribus, quos superuixit, annis eam inuicem filiae enutriuit.* De chronologia equidem dubitat LEVCKFELD *Antiquit. Halberst.* p. 110. et HAHNIVS *Hist. Germ.* P. II. p. 401. qui Henricum Mathildem iamdum A. CMIX. vel X. in vxorem duxisse contendit, eo quod auctor vitae Mathildis c. I. dicat: *et ipse venerabilis dux Otto enutriuit Mathildem in vice filiae vsque ad obitum suae vitae. Tribus autem annis posthaec transactis vir venerandus mortem subiit temporalem.* Ottonis illustris vero mortem ad d. XXX. Nouembr. CMX. ponit, dum Otto ipsius nepos ante octiduum esset natus, ideoque haec singula potius sub Ludouico infante fuisse acta arbitratur. Verum Ottonis mors non in annum CMXII. sed CMXIV. est reiicienda, vt omnia recte se habeant. Testatur haec ANNALISTA HILDE-

Exemplo satis certo, Episcopos etiam tunc facultatem sibi sumsisse, decernendi in causis illustrium matrimonialibus, hos tamen potestati saeculari adhuc fuisse subiectos. Henricus etiam ex Hatburge filium suscepit Tancmarum. Verum decrescebat paullo post in eandem amor, dum non tam ex scrupulo conscientiae, quam potius amore Mathildis formosissimae ductus, illam dimisit, hac in matrimonium ducta (b), ex qua filium anno CMXIII. progenuit Ottonem (c).

## §. XV.

Henricus IV. imp. A. MLV. cum Bertha Ottonis Sa-

DESIENSIS ad. A. CMXIV. *Otto Magnificus Saxonum Dux vita decessit.* CHRONOGR. SAXO ad A. CMXIV. et quidem Kal. Decembris secundum DITHMARVM Lib. I. p. 325. Ideque tanto magis conuenit, *dum isto anno discordia inter Henricum et Conradum regem fuerit exorta ex eo quod Conradus veritus Henrico omnem patris potestatem concedere.* Dum itaque post matrimonium cum Mathilde per triennium Otto vixit, illud sane Anno CMXI. quo etiam Conradus fuit electus, fuit contractum secundum ANNAL. SAX. ad d. A.

(b) DITHMARVS lib. I. p. 326. equidem hoc diuortium post mortem Conradi I. refert, scribens: *Interea Tammo* (qui et Tanckmarus) *natus est, et mens regis ab amore vxoris decrescens, ob pulchritudinem et speciem cuiusdam virginis nomine Mathildis secreto flagrauit, iam iamque latentis animi feruor erupit et iniusto se hactenus multum peccasse connubio tandem professus, per affines legatosque suos, filiam Theodorici et Reinildae ex Widikindi regis tribu exortam appellat, vt sibi satisfaceret. Et quia flexibilis est mulieris animus, et quia sciebat cum in cunctis elegantem consensit, coniunctaque ei tam in diuinis quam humanis par fuit.* Verum dum Dithmaro non infrequens sit ordinem confundere, sequimur potius Annalistam Saxonem, qui matrimonium cum Mathilde vberius describens, illud ad annum CMXI. adhuc refert.

(c) CHRONOGR. SAXO ad annum CMXIII.

Sabaudiae Marchionis ex Adelheida filia (d) puer adhuc, patre procurante, fuit desponsatus (e) ipsaque in Germania educata fuisse videtur (f). Cum hac Anno MLXVI. regio adparatu nuptias Triburiae celebrauit (g). Ast dum principum saltim suasionibus inuitam eam duxisset, alienatus ab eadem (h) post Pentecostem A. MLXIX. Wormatiae cum regni principibus colloquium habuit, et primum cum Archiepiscopo Moguntino rem secreto agit, eiusque opem ad diuortium cum vxore implorat (i), pro-



(d) CONRADVS VRSPERGENSIS *Henricus Rex Bertham Ottonis cuiusdam Italici et Adelheidae filiam accepit vxorem.* Huius parentes declarat SAM. GVICHENON *histoire de Savoye* T. I. p. 291. Ipsius etiam matrem Adelheidam Bertholdus Constantiensis ad A. MLXXXXI. vocat Taurinensem comitissam.

(e) Contin. Hermanni Contracti ad Ann. MLV. de Henrico III. locutus ait: *Ottonis Marchionis filiam vnico suo filio desponsauit.*

(f) Chron. enim Halberstad. p. 125. Henricum cum matre sua et sponsa Bertha A. MLX. festum natalitiorum Christi Halberstadii celebrasse dicitur

(g) LAMBERTVS SCHAFNABVRG ad A. MLXVI. *nec multo post nuptias in Triburia regio apparatu celebrauit in coniunctione Berthae reginae, filiae Ottonis Marchionis Italorum.* ANNALISTA SAXO ad A. MLXVII. *Henricus rex Bertam filiam Ottonis Marchionis de Italia et Adelheidis, quae soror erat comitis, qui agnominatus est de Monte Bandonis in Italia et Immulae seu Irmengardis, quam post mortem Ottonis ducis de Suin. Ekbertus Marchio senior de Brunsuic vxorem tunc habebat, ducens, nuptias Triburi celebrauit.*

(h) BRVNO *histor. belli Saxon. p. 102. Vxorem suam, quam nobilem et pulchram suasionibus Principum inuitus duxerat, sic exosam habebat, vt post nuptias celebratas eam sponte sua numquam videret, quod et ipsas nuptias non sponte sua celebrauerat. Ergo multis modis eam a se separare quaerebat, vt tunc quasi licenter illicita faceret, quum hoc quod licebat, coniugium non haberet.*

(i) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad A. 1069.

mittens ipsi, se Thuringos ad decimas ipsi persoluendas, quas Otto Marchio de Orlamunda promiserat (k), manu armata, si aliter fieri nequiret, coacturum (l). Adnuente Moguntino in publico rex causam proponit, sibi cum vxore non conuenire, diuortium ab eadem petens et cunctis id fieri decernentibus synodum conficiendo negotio indixit Moguntiae proxima post festum Michaelis hebdomata. Apparente tempore praefixo, rex principes Moguntiae congre-

(k) ANNALISTA SAXO ad A. MLXVII. *Otto Marchio de Orlamunde obiit, gaudentibus in morte eius omnibus Thuringis, quia is primus principum Thuringiae decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consenserat et per hoc calamitatem maximam genti suae inuexisse videbatur.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad A. MLXII. causam addens scribit: *Wilhelmus marchio, reuersus in Thuringiam, dum redire in Vngariam, et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus, obiit. Sponsam eius Vdalricus marchio Carentinorum cognatus eius, accepit, Marcham Otto frater eius obtinuit. Sed is beneficia Moguntini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret, decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum, et caeteros Thuringos, vt idem facerent, coacturum: quae res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius, et asserentibus, mori se malle, quam patrum suorum legitima amittere.*

(l) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad A. MLXIX. *Annuente episcopo, et pactione vtrinque firmata, rex ad publicum refert, sibi cum vxore sua non conuenire, diu oculos hominum fefellisse, vltra fallere nolle, nullum eius crimen, quo iuste repudium mereatur, afferre, sed se (incertum quo fato, quo Dei iudicio) nullam cum ea maritalis operis copiam habere; proinde per Deum orare, vt se male ominata compede absoluant patianturque aequo animo discidium fieri, vt illa sibi, et ipse ei, si ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat et ne quis violatum semel pudorem causetur obstare iterum nupturae, se sub iureiurando confirmare, quod eam, vt acceperit, sic incontaminatam illibatoque virginitatis pudore conseruauerit.*

gregatos Francofurtum euocat, vbi Pontifex per legatum suum Petrum Damianum sub comminatione censurae ecclesiasticae Henricum a proposito auertit eidemque persuasit, vt in regni quidem consortium reginam reuocaret, ipse tamen, vt congressus eius conspectumque vitaret in Saxoniam rediret. Regina paullatim ipsum secuta, benigne ab eodem fuit suscepta. Sed protinus refrigescente amore ad ingenium et pristinum rigorem animi reuersus, statuit deinceps communicato cum ea solum regni nomine, sic eam habere, quasi non haberet (m). In hoc statu res per-

(m) LAMBERTVS SCHAFFNAB. ad A. MLXIX. *Imminente iam die, qui scindendo regis coniugio dictus fuerat, rex Moguntiam concitus properabat. Et ecce inter eundum comperit, legatum sedis Apostolicae suum Moguntiae aduentum praestolari, qui discidium fieri prohibeat, et episcopo Moguntino Apostolicae animaduersionis sententiam minitetur, quod tam nefariae separationis se authorem promiserit. Consternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidisset e manibus, pariter quo venerat, in Saxoniam redire volebat. Vix et aegre tamen amicorum consiliis superatus, ne principes regni frustraretur, quos summa frequentia sibi Moguntiae occurrere iussisset, Franconefurt abiit, ibique eos, qui Moguntiae conuenerant, statuto die adesse iussit. Quo dum frequentes venissent. Petrus Damianus* (is legatus erat sedis Apostolicae, vir aetate et vitae innocentia admodum reuerendus) *mandata exposuit Romani pontificis, pessimam rem, et ab nomine Christiano, nedum ab regio multum abhorrentem esse, quam moliatur: si minus humanis legibus vel canonum sanctionibus terreretur, parceret saltem famae, existimationi propriae, ne scilicet tam foedi exempli venenum, ab rege sumpto initio, totum commacularet populum Christianum, et qui vltor esse debuisset criminum, ipse author et signifer fieret ad flagitium, postremo si non flecteretur consiliis, se necessario vim ecclesiasticam adhibiturum, ad haec suis manibus nunquam imperatorem consecrandum fore, qui tam pestilenti exemplo, quantum in se esset, fidem Christianam prodidisset. Tum vero in eum coorti omnes, qui aderant Principes, aiebant, aequa censere Romanum pontificem, et per*

mittens ipsi, se Thuringos ad decimas ipsi persoluendas, quas Otto Marchio de Orlamunda promiserat (k), manu armata, si aliter fieri nequiret, coacturum (l). Adnuente Moguntino in publico rex causam proponit, sibi cum vxore non conuenire, diuortium ab eadem petens et cunctis id fieri decernentibus synodum conficiendo negotio indixit Moguntiae proxima post festum Michaelis hebdomata. Apparente tempore praefixo, rex principes Moguntiae congre-

(k) ANNALISTA SAXO ad A. MLXVII. *Otto Marchio de Orlamunde obiit, gaudentibus in morte eius omnibus Thuringis, quia is primus principum Thuringiae decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consenserat et per hoc calamitatem maximam genti suae inuexisse videbatur.* LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad A. MLXII. causam addens scribit: *Wilhelmus marchio, reuersus in Thuringiam, dum redire in Vngariam, et sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione adducere pararet, inter eundum secunda mansione morbo correptus, obiit. Sponsam eius Vdalricus marchio Carentinorum cognatus eius, accepit, Marcham Otto frater eius obtinuit. Sed is beneficia Moguntini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret, decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum, et caeteros Thuringos, vt idem facerent, coacturum: quae res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius, et asserentibus, mori se malle, quam patrum suorum legitima amittere.*

(l) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad A. MLXIX. *Annuente episcopo, et pactione vtrinque firmata, rex ad publicum refert, sibi cum vxore sua nón conuenire, diu oculos hominum fefellisse, vltra fallere nolle, nullum eius crimen, quo iuste repudium mereatur, afferre, sed se (incertum quo fato, quo Dei iudicio) nullam cum ea maritalis operis copiam habere; proinde per Deum orare, vt se male ominata compede absoluant patianturque aequo animo discidium fieri, vt illa sibi, et ipse ei, si ita Deus velit, felicioris matrimonii viam patefaciat et ne quis violatum semel pudorem causetur obstare iterum nupturae, se sub iureiurando confirmare, quod eam, vt acceperit, sic incontaminatam illibatoque virginitatis pudore conseruauerit.*

gregatos Francofurtum euocat, vbi Pontifex per legatum suum Petrum Damianum sub comminatione censurae ecclesiasticae Henricum a proposito auertit eidemque persuasit, vt in regni quidem consortium reginam reuocaret, ipse tamen, vt congressus eius conspectumque vitaret in Saxoniam rediret. Regina paullatim ipsum secuta, benigne ab eodem fuit suscepta. Sed protinus refrigescente amore ad ingenium et pristinum rigorem animi reuersus, statuit deinceps communicato cum ea solum regni nomine, sic eam habere, quasi non haberet (m). In hoc statu res per-

(m) LAMBERTVS SCHAFFNAB. ad A. MLXIX. *Imminente iam die, qui scindendo regis coniugio dictus fuerat, rex Moguntiam concitus properabat. Et ecce inter eundum comperit, legatum sedis Apostolicae suum Moguntiae aduentum praestolari, qui discidium fieri prohibeat, et episcopo Moguntino Apostolicae animaduersionis sententiam minitetur, quod tam nefariae separationis se authorem promiserit. Consternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidisset e manibus, pariter quo venerat, in Saxoniam redire volebat. Vix et aegre tamen amicorum consiliis superatus, ne principes regni frustraretur, quos summa frequentia sibi Moguntiae occurrere iussisset, Franconefurt abiit, ibique eos, qui Moguntiae conuenerant, statuto die adesse iussit. Quo dum frequentes venissent. Petrus Damianus* (is legatus erat sedis Apostolicae, vir aetate et vitae innocentia admodum reuerendus) *mandata exposuit Romani pontificis, pessimam rem, et ab nomine Christiano, nedum ab regio multum abhorrentem esse, quam moliatur: si minus humanis legibus vel canonum sanctionibus terreretur, parceret saltem famae, existimationi propriae, ne scilicet tam foedi exempli venenum, ab rege sumpto initio, totum commacularet populum Christianum, et qui vltor esse debuisset criminum, ipse author et signifer fieret ad flagitium, postremo si non flecteretur consiliis, se necessario vim ecclesiasticam adhibiturum, ad haec suis manibus nunquam imperatorem consecrandum fore, qui tam pestilenti exemplo, quantum in se esset, fidem Christianam prodidisset. Tum vero in eum coorti omnes, qui aderant Principes, aiebant, aequa censere Romanum pontificem, et per*

permansit, vsque dum Bertha A. MLXXXVII. defungeretur.

## §. XV.

Progrediamur ad Fridericum I. imp., qui cum Adelheida Theobaldi Vochburgici Marchionis filia ob consanguinitatis copulam, dum ipsi gradu IV. coniuncta (n), in synodo Constantiensi (o) per legatos Papales (p) adsti-
pu-

*per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriae suae, et regii nominis maiestatem tam turpis facti colluuione macularet, praeterea, ne parentibus reginae causam defectionis, et iustam turbandae reipublicae occasionem daret, qui si viri essent, cum armis et opibus plurimum possent, tantam filiae suae contumeliam procul dubio insigni aliquo facinore expiaturi essent. Hac oratione fractus magis, quam inflexus, si id, inquit, fixum obstinatumque est vobis, imperabo egomet mihi, feramque, vt potero, onus, quod deponere non valeo.*

(n) Schema hoc docet sequens

| Henricus Niger | |
|---|---|
| Iudith vxor Friderici Lusci. | Mathildis. |
| Fridericus I. | Adelheid vxor Friderici I. |

(o) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 297. *Deinde imperator rediit in Alemanniam, vbi tunc duxit vxorem. Nam antea iudicio Ecclesiae in Synodo Constantiensi, inter ipsum et Adilam filiam Marchionis Diepoldi de Hochburg, quam habuerat vxorem, diuortium celebratum est, obiectu consanguinitatis. Quam postea Dietho de Rauensburg ministerialis ipsius habuit vxorem.* MON. WEINGARTENSIS *de Guelphis p 793. Anno MCLIII. diuortium factum est Constantiae inter Fridericum et Adilam filiam Diepoldi Marchionis.*

(p) OTTO FRISINGENSIS *lib. II, c. XI. Rex tamen quia, non multo ante hoc per Apostolicae sedis legatos ab vxore sua ob vinculum consanguinitatis separatus fuerit,* CHRONOGR. SAXO *ad Ann. MCLIV.*

pulantibus Hermanno Constantiensi aliisque episcopis (q) anno MCLIII. diuortium fecit. Licet alii adulterii crimen ipsi intenderent. Falsum itaque, quod Hadrianus Papa ob hoc diuortium Fridericum Imp. excommunicauerit, et haec ori-

(q) OTTO DE S. BLASIO *cap. X. Circa haec tempora Fridericus imperator generalem Curiam cum maxima Principum frequentia apud Constantiam habuit, ibique coram Hermanno Episcopo in choro Constantiensi vxorem suam, filiam Marchionis de Vohiburch, Adelheidam nomine causa fornicationis saepius infamatam, repudiauit.* ALBERICVS ad A. MCLVI. *Fridericus imperator iudicio et consilio Archiepiscoporum et Episcoporum relicta vxore sua duxit filiam comitis Burgundiorum Rainaldi nomine.* DODECHINVS *ad Marianum Scotum ad A. MCLVI. Hoc ipso anno Fridericus imperator Agnetem principis Burgundiae filiam vxorem duxit repudiata priore legitima vxore apud Constantiam, vnde in ecclesia grauissimum exortum est schisma.* IDEM *ad A. MCLIX. Mense Octobri obiit Adrianus papa, imperatorem pro coniugii dissidio excommunicare dispofuerat, sed mense Octobri morte praeuentus est: pro quo duo constituti sunt, id est, Orleandus, qui dictus est Alexander Adriani sententiam approbans; et Octauianus, cognominatus Victor, imperatori plurimum fauens.* AVCTVARIVM SIGEBERTI GEMBLACENSIS ad A. MCLVI. *Fridericus imp. a Papa Adriano et Rolando Cancellario pro vxoris suae primae diuortio vehementer arguitur.* ad A. MCLVIII. vero dicitur, quod fuerit excommunicatus. Io. Iperii Chron. S. Bertini in EDM. MARTENE *Thes. Anecdot.* T. III. p. 647. *Huius papae anno secundo, id est, anno Domini MCLVI.* FREDERICVS *imperator vxorem suam iniuste dimisit, et aliam superduxit propter quod eum papa et cancellarius eius* ROLANDVS *huius papae successor immediatus fortiter arguerunt, quod imperator aegre ferens, cardinalibus Romanis introitum ecclesiarum et ciuitatum regni sui interdixit, vnde orta est inter papam et imperatorem magna discordia, quae durauit diu et litteris mordaci sermone ad alterutrum conscriptis, quae satis notabiles hic subscribuntur. Finaliter eum papa propter hoc diuortium excommunicauit anno Domini MCLVIII.*

consanguinitatem cum priore vxore nimium improbatur (y). Quod iterum argumentum est, priorem coniugem ex Meraniae ducum prosapia fuisse prognatam. Hanc vero Agnetem Fridericus ob vinculum affinitatis A. MCCXLIII. diuortio coram Archiepiscopo Salzburgensi, Episcopo Patauiensi, Seccouiensi et multis Praelatis (z) facto iterum repudiauit,

*druten von jm und het kain Erben mit jr. Und in dem obbestimten Jar nam Herzog Friedrich sein ander Weib, Fraw N. ains Herzogen Tochter von Meran (daz doch unpillich was Freundschaft halben) und das geschach mit Gunst und Willen seines Vatern, Herzog Lewpolds.* Idem p. 1042. *Gerdrut ein wolgestalte zierliche Fürstin, ain Tochter aines Herzogs von Braunschweig. Die warde durch ire Vatter verbayratt A. MCC und XXVI. Jar Herzog Friedrichen von Oesterreich dem Streitpern. Herzog Friedrich hette mit Fraw Gertruten ain Fürstliche Hochzeit in der Stat Braunsweig, und als man zalt MCC und XXIX. Jar, schiede Herzog Friedrich Frawen Gerdrauten sein Gemahel von jm mit Gunst und Willen seines Vatern Herzog Lewpolds des Ernreichen, und het nit Kinder mit jr. Frau Gerdraut ligt begraben zum heilgen Krenz im Capitel und Fr. Rykbert ihr Schwegern bey ihr.* CHRONICON MELLICENSE *ad A. MCCXXIX. Fridericus filius Leopoldi ducis Meraniae duxit vxorem.*

(y) CVSPINIANVS *Austria p. 29. Sed triennis postquam liberos non procrearet, eam* (Gertrudem) *repudiauit, superducta filia Ottonis senioris ducis Morauiae Bechtoldi Patriarchae Aquilejensis, Egberti Episcopi Babenbergensis et Henrici Marchionis Histriae, cuius sorores fuerant, diua Hedwigis ducissa Poloniae, Agnes regina Franciae vxor Philippi regis et Abbatissa quaedam, cuius nomen hactenus non reperi in Kyzing prope Herbipolim.* Incestuosae itaque putabantur hae nuptiae.

(z) CHRON. SALISBVRGENSE ad *A. MCCXLIII. Dux Austriae coram Archiepiscopo Salzburgensi, Patauiensi, Sekauensi, Lauendensi et multis Praelatis tam Austriae quam Marchiae, diuortium oppositis vxori suae quibusdam exceptionibus obtinuit celebrari.* ANON.

LEO-

uit, quae postea Vlricum Carinthiae Ducem habuit maritum reiteratis nuptiis (a).

## §. XVII.

Singulare erat exemplum Ioannis Morauiae comitis, qui Ioannis Coeci Bohemiae regis erat filius, a quo con-



iux

LEOBIENSIS *Chron. lib. I. ad A. MCCXLIV. Fridericus Austriae Dux et Stiriae vxorem suam filiam Ducis de Meran repudiauit, coram Eberhardo Archiepiscopo Salzburgensi et Rudgero Episcopo Patauiensi et coram aliis multis litteratis et illiteratis.* CHRONICON *Austriae* apud PETZIVM *p. 686. Agnetem vxorem suam filiam ducis Ottonis Meraniae tanquam cognatam repudiauit, quam postea Vlricus Dux Carinthiae accepit.* Idem referunt tabulae Claustro-Neoburgenses p. 1028. VITVS ARENPECKIVS Chron. Austr. Anno Dom. *MCCXLIII. Dux Fridericus diuortiatus fuit a sua secunda vxore Agnete, filia Ottonis Ducis Meraniae propter consanguinitatem, praesentibus Eberhardo Archiepiscopo Salisburgensi, Rudigero Episcopo Patauiensi et Doctoribus ac aliis multis.*

(a) ANON. LEOBIENSIS *Chron. ad A. MCCLVII. Vlricus Agnetem filiam Ottonis Ducis Meraniae accepit et genuit ex ea filium et filiam* HIERON. MEGISERVS *Annal. Carinth. lib. VIII. cap. XXV. Es hat dieser Ertzherzog Ulrich zwo Fräuen zu der Ehe gehabt, die erste, Frau Agnes genannt, war ein Tochter Herzog Othonis des Eltern von Meran. Sie ist vorhin verheyrath gewesen dem obgemelten Herzog Friedrichen dem Andern zu Oesterreich, des ältern Stammes, aber derselbige hat ihr nur drey Jahr ehlichen beygewohnet, und als sie keine Kinder gehabt, hat er dieselbige von ihm gescheiden, und demnach bemeldtem Ertzherzog Ulrichen, zu einem ehrlichen Gemahel ervolgen lassen, sie liegt begraben zu Vitring in dem Closter, nahend bey Clagenfurt in Khärndten gelegen.* Errat igitur CVSPINIANVS *Hist. imper.* p. 342. dum de Friderici II. imp. vxoribus agit, dicens: *Tertia vxor Agnes fuit filia Ottonis Meraniae ducis, quae repudiata Vtalrico duci Carinthiae nupsit.* Fridericum II. imp. pro Friderico II. Austriaco supponens, prout WIGVLEVS HVND. *Bayrische Stammbuch P. II. p. 32.*

iux ipsius Margaretha, quae ob repandi oris vitium dicta fuit Maultaschia, Henrici Carinthiae ducis et Tyrolensis comitis filia, ob praetextam impotentiam (b) solui petebat, dum se adhuc virginem venditaret. Causa igitur ad Ludouicum imperatorem delata (c), hic, eadem prius per Leopol-

(b) ALBERTVS ARGENTIN. p. 129. apud VRSTISIVM: *Cumque Ioannes Comes Tyrolis, filius Bohemi impotens, vxorem suam semifatuus plurimum molestaret, inter alia eius mordendo mammillas, illa cum Baronibus suis habitis occultis tractatibus eiecto Bohemo de comitatu, praedictum Ludouicum Marchionem de facto maritum recepit. Sicque Ludouicus Princeps, filium Ioannis regis Bohemiae, vxore, et Dominio spoliauit, inconsuetum et horibile facinus attentando. Filium namque ad hoc maleficii genus induxit inuitum, quod videlicet vxorem sui consanguinei in tertio gradu, non separatam ab vllo iudice Ecclesiae ipsamque suam consanguineam, non vxorem, sed moecham traduxit.* Monachus HENR. REBDORFFIVS ad *A. MCCCXLI. Oritur discordia inter secundum filium praedicti regis Bohemiae, Iohannem nomine, ducem Carinthiae ex vna parte, et vxorem suam, filiam quondam ducis Carinthiae ac nobiles eiusdem, ex altera. Vnde ipsa accusat eum, quod sit frigidus, impotens ad carnalem copulam, et asserit se virginem, licet cohabitauerit ei per decem annos vel circa. Propter quod Ludwicus Marchio Brandenburgensis filius Ludwici imp. ipso volente, non facto diuortio per Ecclesiam (istud diuortium postea in septimo anno celebratur prout infra inuenies sub Carolo) dictam filiam ducis Carinthiae attinentem sibi in tertio gradu consanguinitatis duxit in vxorem; et nobiles terrae expulso totaliter filio regis Bohemiae tradunt sibi terram.* MATTHAEI l. HAGENI *Chron. Austriae inter* HJERON. PEZII *Script. p. 1149.* de hac Margaretha: *Die nam ein Marggraffen von Meehren, Kaiser Carls des IV. Bruder, dan zech sie darnach, er migt ihr nicht Mann gesein, und ward alzo von ihm geschieden.*

(c) Sic enim in sententia diuortii: *eadem Margaretha in aetate sufficienti similiter constituta, et seipsam vt conueniens fuerat praebente et exhibente ad praefatam copulam carnalem explendam, non potuit dictus*

poldum Frisingensem episcopum examinata et matrimonio pro nullo declarato, Anno MCCCXLI. diuortii sententiam promulgauit (d); id quidem sub initium sine ecclesiae iudicio

*dictus Ioannes neque voluit, sicuti neque valet aut potest nec vnquam posse creditur in futurum, eandem carnaliter cognoscere sibi coniugem Margaretham; quemadmodum multis et quasi omnibus possibilibus modis hoc tentans, eundem Iohannem impotentem et omnino inhabilem ad opus praefatum se dicit expertam:* Et paullo post *Verum Margaretha iam dicta per se seu per suos certos nuntios siue procuratores sufficienter comparuit in iudicio coram nobis per omnes terminos sibi assignatos, et cum omnibus probationibus et testimoniis sufficientibus, ad conuincendum saepe dictum Ioannem impotentem esse atque priuatum naturali potentia ipsam carnaliter cognoscendi, aut quamuis aliam mulierem: se ipsam quoque virginem esse vsque in tempus et diem dati praesentis rescripti per sufficientia testimonia demonstrauit.* PVGGER. *Spiegel der Ehren Lib. III. C. VI. n. 4. p. 320. Sie gabe vor, ihr Gemahl Marggraff Hanns sey kein Mann und sie noch die Jungfrau wie sie zu ihm gekommen.* ADLZREITER *Annal. Boior. P. II. Lib. IV. n. I. Causam dissidii maritus praebuit, seu naturae vitio siue fascino frigidus et matrimonii impotens neque mentis satis compos, sed dentibus saeuiens in coniugem eius contubernium auersantem.* AVENTINVS *Annal. Boiorum Lib. VII. cap. XIX. Iisdem diebus Margaretha Tyrolia Maultaschia, ab oris magnitudine ita cognominata, nupta Ioanni filio regis Boiemiae, Leopoldum de Schaumberg episcopum Fruxinensem (qui aduersus Ioannem Verdensem a pontifice Romano impositum sed Auinione exulantem, a mystis electus Fruxino potiebatur) accersit, se virginem adhuc integram esse, maritum liberis operam dare non posse, comprobat. Pontifex ergo velut arbiter honorarius matrimonium non esse, nunquam fuisse, nec vnquam esse posse pronunciat; dissidiumque iure suo facit. Quapropter Ioannes simul ab vxore, et principatu praeter spem excidit exactusque finibus ad Berchtrandum patriarcham Aquileiensem inde in Boiariam confert.*

(d) Extat sententia diuortii apud HERWARDVM ab HOHENBVRG *Lu-*

dicio (e), licet postmodum Benedictus XII. Papa et hoc A. MCCCXLII. defuncto, Clemens VI. ad Iohannis instantiam

*Ludouico Bauaro defenso ad A. MCCCXL. n. 24. p. 859.* LEIBNITIVM *Cod. iur. Gent. dipl. P. I. n. 83.* quae sic finit: *Per auctoritatem ergo nobis rite debitam et concessam, et legi diuinae conformiter, sicuti certum est, et asserunt sacrae scripturae siue leges diuinae atque ciuiles sententiae sufficientes, ac comprobati Doctores, ad diuortium siue separationem matrimonii faciendam inter vocatos coniuges Iohannem et Margaretam praedictos procedere volentes atque debentes infra scriptam sententiam tulimus in haec verba:*

*Nos Ludouicus quartus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, pro tribunali iudices sedentes, in causa siue lite diuortii seu separationis matrimonii, quae vertebatur inter illustres personas Iohannem regis Bohemiae filium, requisitum parte ex vna, et Margaretham Ducissam Karinthiae et Tyrolis Comitissam, ex altera parte, tanquam actricem, et requirentem a dicto Iohanne iam vocato coniuge suo de matrimonio separari: Visis et intellectis tam per nos, quam praefatos Doctores iuribus, rationibus, probationibus et testimoniis Margaretae praefatae, nec non contumaciae dicti Iohannis; dicimus, diffinimus et determinamus praefatam Margaretham separari debere seu posse de matrimonio a saepe dicto Ioanne, eque conuerso, cum iisdem vel ipsorum alteri id videbitur expedire; ipsam quoque Margaretham hac requirentem instanter, vt supra, separamus, absoluimus, et separatam esse iudicamus a matrimonio a iam dicto Iohanne per hanc nostram sententiam diffinitiuam. Sic quoque modo supra dictum Ioannem a praefata Margaretha in matrimonio per auctoritatem et hanc nostram sententiam diffinitiuam separantes: ita videlicet quod de caetero praefatus Ioannes supra dictae Margarethae in nullo matrimonii debito teneatur: neque similiter praefata Margaretha supra dicto Ioanni. Sed liberum sit vtrique de corpore proprio siue persona, et omnibus bonis propriis, iuribus ac rebus tam mobilibus, quam immobilibus facere vel disponere, et quodlibet ordinare pro suae propriae libiuo voluntatis.*

(e) Gesta Balduini *lib. III. cap. VIII. Alio quadragesimo tertio anno Ludowicus de Bauaria imperator illustris principis domini Iohannis*

tiam Patriarchae Aquileiensi et episcopo Curiensi negotium commisit (f), qui A. MCCCXLIX. solennem diuortii sententiam promulgauit (g) idemque ab Innocentio VII. Papa,

*nis regis Bohemiae filio de terra Carinthiae, quam prius sibi donauerat, eiecto, vxorem eiusdem raptam et suo filio traditam absque ecclesiae iudicio non desponsatam imo adulteratam terram fraudulenter obtinuit Carinthiorum.*

(f) ANON. LEOBIENSIS *Chron. Lib. VI. ad A. MCCCXLI. Iohannes Bohemiae regis filius de Comitatu expellitur Tyrolensi, Nobilibus terrae pertractantibus. Hoc cum Imperatore (cuius consiliarii huc ad prouinciam venientes) cum vxore sua, filia Hainrici Ducis Karinthiae, cum secretariis quibusdam clam mittentibus ac scribentibus litteras praeluserunt: ex quibus tamen aliquos inturrauit; aliquos rerum direptione, et munitionum dissipatione acriter castigauit. Ipse vero vasis suis argenteis ac aliis iocalibus pro expensarum viatico obligatis, ad Patriarcham in Forum Iulii commigrauit, a quo honorifice suscipitur et tractatur. Papa autem Benedictus, ipsi Patriarchae remissionem fecit, vt discerneret factum, partibus conuocatis, et per diffinitiuam sententiam terminaret: quia casus dissolutionem matrimonii tangere videbatur. Cui mandato Margaretha, coniunx Iohannis, parere recusauit. Quapropter processus contra eam et terram Papales per Patriarchae nuntios publicantur.* GER. a ROO *Lib. III. p. 103. Ipse vero* (Iohannes) *hanc eandem rem in literis, quae supersunt, ad hunc modum narrat, cum Margaretha se, quam tam arcto consanguinitatis vinculo iunctam sibi ignorasset* (erant enim ex duabus sororibus nati) *decennium vixisse, sed rem cum ipsa habere non potuisse. Cum igitur illa ex petulantia quadam animum ad Ludouicum Bauarum, Brandenburgi Marchionem, adiecerit, ipse vero et virum se esse, et ex alia muliere patrem fieri posse, non dubitaret, Clementem Pontificem abs se exoratum Patriarchae Aquilegiensi et Curiensi praesuli negocium dedisse, vt matrimonium illud irritum facerent.* Id anno trigesimo nono factum est, licet in anno labatur, dum Clemens VI. demum A. MCCCXLII. fuerit Papa factus.

(g) HENRICVS REBDORFFIVS *ad A. MCCCXLIX. Eodem anno*

pa, hoc iudicio ecclesiae fuisse factum, fuit confirmatum (h). Margaretha vero dispensante Ludouico imp. statim nupsit Lu-

*no mense Iulio, Episcopus Curiensis, in cuius dioecesi est castrum Tyrolis, promulgat solennem sententiam diuortii inter Iohannem fratrem Karoli, et filiam quondam Ducis Karinthiae, cui praenominatus Ludouicus Marchio Brandenburgensis, vt vxori suae cohabitauerat per septem annos et vltra, et duos pueros suscepit ex ipsa. In qua sententia Episcopus asserit praefatum Iohannem frigidum et impotentem ad copulam carnalem, et ideo non fuisse matrimonium inter eos.* ALBERTVS ARGENTINENSIS *p. 151. Eo tempore ad preces Ioannis filii quondam Ioannis Bohemi, quem Comitem Tyrolis nominauit, Papa commisit Episcopo Curiensi a captiuitate liberato, vt si inueniret consanguinitatis, vel affinitatis vel aliud impedimentum inter eum et Margaretham: quondam Heinrici Ducis Carinthiae filiam, Ludouico de Bauaria, nominanti se Marchionem Brandenburgensem, de facto copulatam fore, quod ob maleficium diuortium celebraret: quod si non inueneril cum X. annis et interim per continuum triennium cohabitauerint, operam copulae dantes, nec potuerint commisceri, non possit sibi reddi sine strage et scandalo, ipseque se habilem asserat ad alias mulieres, et cupiat esse pater, quod iustum fuerit decernat. Qui Curiensis inter eos diuortium propter maleficium, quod inuenit, celebrauit.*

(h) HERWARTVS ab HOHENBVRG *Ludouico Bauaro defenso ad MCCCXL. n. 27.* Ex Archiuo Bauarico adducit autographum Pauli Episcopi Frisingensis et Petri Abbatis Sancti Lamberti Salisburgensis, in quo referuntur litterae Innocentii VI. Papae, quae non longe ab initio, haec habent; *quod antea eadem Margarita per dilectum filium nobilem virum Iohannem Marchionem Morauiae ipsi Ludouico in quarto consanguinitatis gradu attinentem per verba de praesenti fuerat desponsata, licet ab eodem Iohanne fuisset postmodum iudicio ecclesiae separata, de facto matrimonium scienter et temerarie contraxit et in eo per quindecim annos vel circiter contra ius ac processus et sententias per felicis recordationis Benedictum VII. et Clementem VI. Romanos Pontifices praedecessores nostros seu alios eorundem praedecessorum siue anterius ipsorum aucto-*

Ludouico Brandenburgensi Marchioni, inuito licet, ast imperatore patre iubente, nuptiis die X. Februarii MCCCXLII. Merani magna cum solennitate celebratis, eidemque dispensante imperatore (i) cohabitauit (k). Posteaquam

Ss 2

vero

*ctoritate et mandato super hoc contra ipsos, Ludouicum primogenitum et Margaretam specialiter habitos et praelatos promansit.* Adde ADELZREITER *Annal. Boic.* P. II. Lib. IV. n. 4.

(i) Extat sententia dispensationis apud HENR. REBDORFFIVM ad A. *MCCCXLI.* in qua: *Ex his igitur omnibus iam praedictis manifeste apparet, cuilbet non corrupto ignorantia, vel malitia, vel vtraque, auctoritatem dispensandi atque tollendi a matrimonio impedimentum inter personas et a personis sanguinis affinitate coniunctis ad Romanum Principem pertinere. Propter quod nos Ludouicus quartus Romanorum imperator Augustus praefatum affinitatis sanguinis impedimentum, si quod esset inter praefatos Ludouicum et Margaretham, quo minus possent aut prohiberentur per humanae legis aut Romanorum principum statuta, siue decreta vel alias ordinationes quomodolibet appellatas in matrimonio copulari, tollimus; et per nostram auctoritatem atque sententiam tenore praesentium totaliter amouemus, concedentes eidem ac cuilibet ipsorum, vt absque offensa cuiuslibet iuris humani, statuti vel ordinationis alterius quomodolibet nominato licite se possint ac valeant in matrimonio copulare.*

(k) Singulare est, quod narrat ANONYMVS LEOBIENSIS *Chron. lib. VI. cap. XI. Imperator Ludwicus, quae in cordis affectu congessit de Dominio Tyrolensi, caepit effectu operis ebullire. Nam Iohanne filio Bohemorum regis de partibus Athasis eliminato, fama percrebuit, quod causa fuerit impotentia coeundi, ipsaque sua coniunx Margaretha, cupiens esse mater, hoc saepius familiaribus patefecerit, quod haeredem ardenter desiderauit, quod per eius consortium penitus fieri desperauit. Ferebatur a pluribus, quod hoc olim per Beatricem, Hainrici Ducis Karinthiae tertiam vxorem latenter fuerit procuratum, per artem maleficii praecauere volentem, ne ex his soboles nasceretur et ipsa, quae fructum non habuit, dotaliciis frustraretur. Imperator audiens, quod est gestum, filium suum Ludwi-*

vero episcopus Curiensis prius matrimonium pro irrito declarauerit, triduum dissidium inter Ludouicum et Margaretham promulgauit, quarto die nuptiae inter eadem solemni apparatu celebrantur, quasi nunquam cohabitassent (l).

## §. XVIII.

Quod si vero diuortii iustitiam examinamus, praetextus quidem erat Iohannis impotentia, caussa ad diuortium secundum canones, leges et instituta sufficiens. Verior potius causa, quod Maultaschia mulier libidinosa placidis Iohannis moribus haud adquiesceret, sed virum adpeteret ipsius libidini conuenientem (m) et Ludouicus ipsius terris

*wicum Marchionem de Brandenburg, cuius vxor, filia regis Daciae, iam dudum decesserat, stimulat, vt consortem Iohannis ducat, terramque inclytam apprehenderet. Qui dum reniteretur totis viribus, et horreret, sermo patris praeualuit: et assumpto secum quodam suae partis episcopo intruso Frisingensi, vt diuortium celebraret, iter capiunt ad montana. Et dum ad cliuum montis cuiusdam peruenissent, intrusus ille dum descenderet equo sedens, casum faciens expirauit. Nihilominus Ecclesiastici iuris formula postergata, inter Ludwicum et Margaretham nuptiae celebrantur.*

(l) AVENTINVS *Lib. VII. c. XX. n. 13. Vbi iisdem diebus Paulus Gurcensis, Fruxinensisque pontifex mandato Clementis Pont. Max. primarium sacerdotem cum Boiis in gratiam rediisse, inter Boiemum atque Margaretham Tyrolliam nunquam matrimonium intercessisse triduanumque dissidium inter eandem atque Ludouicum Boium promulgat. Quarto deinceps die rursus auspiciis sacerdotis Romani, hi ritu solenni cum iam septem annis coniuges fuissent, simul rem habuissent, nuptias maximo apparatu faciunt.*

(m) Patet hoc ex loco GERH. a ROO *lib. III. p. 103.* supra adducto FVGGER *lib. VI. c. III. n. 4. Es war der geilen und tollen Maultasch nur darum zu thun, daß er, vor sie alzustilles und sanftmüthiges Geistes war, und ihre Boßheit nit billigen oder mit machen wolte.*

ris inhians facile consentiret (n). Iohanni vero iniuriam esse factam ex eo patet, quod postea cum Margaretha, Oppelensis Ducis filia, Iodocum aliosque liberos genuerit, atque ea demortua cum Margaretha Austriaca ac demum cum Walseense domina matrimonium contraxit.

## §. XIX.

Premislaus siue aliis dictus Ottocarus Bohemus duxerat in vxorem Ottonis Diuitis Misniae Marchionis filiam Adelheidam siue Adelam, cum eademque decem et octo annis et amplius vixerat in matrimonio filiis et filiabus ex eadem susceptis. Postea Premislaus ab eadem dissolui cupiebat. Causa diuortii erat secundum GEORGIVM FABRITIVM (o) propinquitas, secundum DVBRAVIVM (p) sterilitas, sed neutra vera est. Nam coniunctionem eorum nemo impediuit et ipsa parens quatuor liberorum fuit. Noluit potius eam habere vxorem Bohemus ex odio erga fratrem eius, affinem suum Dietericum Marchionem quem ideo auersabatur, quod partes regis Romani Philippi fo-



(n) FVGGER. c. l. *Diesem guten Herrn geschahe unrecht, wie er dann nochmahls mit einer andern Gemahlin Fr. Margaretha, Herzogin von Oppeln, Keys. Iodocum und andere Kinder gezeugt.* CORTVSIVS *lib. VIII. c. VII. asserebant enim, quod carnaliter eam non habeat vxorem. Princeps ergo voluit palam probare contrarium.* Licet ADLZREITER *Annal. Boic. P. II. lib. IV.* ineunte hoc excusare conatur, scribens: *Neque vero eius dissolutioni obstabat, quod Iohannes pro frigido habitus suam foecunditatem postea probarit numerosa prole ex Margarita Opauiae Principe suscepta, et ea demortua ad Margaritae Austriacae, ac demum ad Walseensis Dominae matrimonium citra impotentiae querelam fuit admissus. Sufficiebat ad primarum nuptiarum diremptionem, quod cum Maultaschia connubio vti non posset.*

(o) FABRITII *Annales vrbis Misnensis ad A. MCCXI.*

(p) *Histor. Bohemica lib. XV. p. p. 391.*

foueret contra factionem Ottonianam, cui Bohemus erat addictissimus: vnde Ottogarus quasi Ottischgar nominatus, vt idem scribit DVBRAVIVS. Hinc Premislaus caussam ad Pragensem Episcopum detulit, verum Regina, vt rationes suas proponeret, a satellitibus memorati regis fuit prohibita, qui A. MCCI. diuortii sententiam promulgauit, a qua Regina fecit per suum capellanum intra decendium appellari, eodem rege superducente postmodum Constantiam, Belae III. Vngariae, vel vt alii malunt, Bulgariae regis filiam (q). Innocentius igitur III. Papa, qui hoc factum sub initium minime adprobabat (r), post diuersas litteras super eodem negotio impetratas, Halberstadiensi et Hauelbergensi Episcopis atque abbati de Porca dedit in mandatis, vt inquirerent diligentius in veritatem atque ad Papam referrent. Producebantur testes, iidemque testimonium dicebant. Verum cum vtriusque partis procuratores Romae coram Petro, Sancti Marcelli Presbytero Cardinale, quem ipsis Papa dederat auditorem, aliquamdiu litigassent, et procurator ipse attestationes adsereret adprobandas, nuntius vero regis ex aduerso eas, vtpote lite non contestata, et post appellationem legitime interpositam inordinate receptas, peteret reprobari, Papa intellectis per cardinalem ipsum vtrinque propositas attestationes praefatas nec adprobandas duxit nec reprobandas, atque Salisburgensi Archiepiscopo et eius coniudicibus iniunxit, vt partibus ad locum conuocatis idoneum, testes examinarent, et gesta omnia in scripturam redacta ad sedem papalem deferrent, praefigentes partibus terminum competentem, quo Papali se conspectui praesentarent, senten-

(q) INNOCENTII III. *epist. lib. III. ep. 188.*

(r) INNOCENTII III. *lib. II. epist. 197. Ecce enim Dux Bohemiae, sicut accepimus, ipsius secutus exemplum vxore relicta legitima simili modo adulteram superinduxit.*

tentiam recepturae. Qui quoniam propter impedimenta varia procedere nequiuerunt, Hugolinus Hostiensis Episcopus et Leo tituli Sanctae Crucis Presbyter Cardinalis, qui tunc legationis officio in Teutonia fungebatur, Auelbergensi Episcopo et S. Georgii et de Sichem Abbatibus iuxta praescriptam formam idem negotium commiserunt. Qui post multas causae ventilationes memorato regi, qui propter contumaciam manifestam fuerat ab ipsis excommunicatus, absolutionem impenderunt, ab eodem recepta iuratoria cautione, quod pareret iustitiae coram ipsis. Cui cum diem et locum ad prosequendum negotium peremptorie adsignassent, propter regis contumaciam, demum in priorem eum sententiam reduxerunt, recipientes testes ex reginae parte productos. Haec autem cum iterum apud Papam fuisset conquesta, hic Moguntinensi Archiepiscopo dedit in praeceptis, vt partibus pro termino peremptorio Kalendas Octobris adsignaret, infra quas per se aut responsales idoneos cum omnibus, quae ad causam necessaria noscerent, Papae se conspectui praesentarent sententiam recepturae (s). Constantiae quoque, quam sibi rex Bohemiae copulauerat, citationis tenorem iussit intimari, vt si vellet, ad defensionem suam idoneos dirigeret responsales. Dum igitur regis Adelae et Constantiae Procuratores coram Papa comparuissent, procurator Adelae depositiones testium coram primis et secundis iudicibus productorum petit publicari, et Adelae beneficium restitutionis impendi, sententia Pragensis Episcopi reprobata, ad adsertionem propriam roborandum, multis iuris Canonici et ciuilis argumentis inductis. Procuratores vero partis aduersae attestationes non esse aperiendas dicebant, neque secundum eas in negotio procedendum, quoniam iudices lite non contestata et iuris ordine praetermisso ac post-

(s) Vide INNOCENTII III. *lib. X. ep.* 184.

foueret contra factionem Ottonianam, cui Bohemus erat addictissimus: vnde Ottogarus quasi Ottischgar nominatus, vt idem scribit DVBRAVIVS. Hinc Premislaus caussam ad Pragensem Episcopum detulit, verum Regina, vt rationes suas proponeret, a satellitibus memorati regis fuit prohibita, qui A. MCCI. diuortii sententiam promulgauit, a qua Regina fecit per suum capellanum intra decendium appellari, eodem rege superducente postmodum Constantiam, Belae III. Vngariae, vel vt alii malunt, Bulgariae regis filiam (q). Innocentius igitur III. Papa, qui hoc factum sub initium minime adprobabat (r), post diuersas litteras super eodem negotio impetratas, Halberstadiensi et Hauelbergensi Episcopis atque abbati de Porca dedit in mandatis, vt inquirerent diligentius in veritatem atque ad Papam referrent. Producebantur testes, iidemque testimonium dicebant. Verum cum vtriusque partis procuratores Romae coram Petro, Sancti Marcelli Presbytero Cardinale, quem ipsis Papa dederat auditorem, aliquamdiu litigassent, et procurator ipse attestationes adsereret adprobandas, nuntius vero regis ex aduerso eas, vtpote lite non contestata, et post appellationem legitime interpositam inordinate receptas, peteret reprobari, Papa intellectis per cardinalem ipsum vtrinque propositas attestationes praefatas nec adprobandas duxit nec reprobandas, atque Salisburgensi Archiepiscopo et eius coniudicibus iniunxit, vt partibus ad locum conuocatis idoneum, testes examinarent, et gesta omnia in scripturam redacta ad sedem papalem deferrent, praefigentes partibus terminum competentem, quo Papali se conspectui praesentarent, sententen-

(q) INNOCENTII III. *epist. lib. III. ep. 188.*

(r) INNOCENTII III. *lib. II. epist. 197. Ecce enim Dux Bohemiae, sicut accepimus, ipsius secutus exemplum vxore relicta legitima simili modo adulteram superinduxit.*

tentiam recepturae. Qui quoniam propter impedimenta varia procedere nequiuerunt, Hugolinus Hostiensis Episcopus et Leo tituli Sanctae Crucis Presbyter Cardinalis, qui tunc legationis officio in Teutonia fungebatur, Auelbergensi Episcopo et S. Georgii et de Sichem Abbatibus iuxta praescriptam formam idem negotium commiserunt. Qui post multas causae ventilationes memorato regi, qui propter contumaciam manifestam fuerat ab ipsis excommunicatus, absolutionem impenderunt, ab eodem recepta iuratoria cautione, quod pareret iustitiae coram ipsis. Cui cum diem et locum ad prosequendum negotium peremptorie adsignassent, propter regis contumaciam, demum in priorem eum sententiam reduxerunt, recipientes testes ex reginae parte productos. Haec autem cum iterum apud Papam fuisset conquesta, hic Moguntinensi Archiepiscopo dedit in praeceptis, vt partibus pro termino peremptorio Kalendas Octobris adsignaret, infra quas per se aut responsales idoneos cum omnibus, quae ad causam necessaria noscerent, Papae se conspectui praesentarent sententiam recepturae (s). Constantiae quoque, quam sibi rex Bohemiae copulauerat, citationis tenorem iussit intimari, vt si vellet, ad defensionem suam idoneos dirigeret responsales. Dum igitur regis Adelae et Constantiae Procuratores coram Papa comparuissent, procurator Adelae depositiones testium coram primis et secundis iudicibus productorum petit publicari, et Adelae beneficium restitutionis impendi, sententia Pragensis Episcopi reprobata, ad adsertionem propriam roborandum, multis iuris Canonici et ciuilis argumentis inductis. Procuratores vero partis aduersae attestationes non esse aperiendas dicebant, neque secundum eas in negotio procedendum, quoniam iudices lite non contestata et iuris ordine praetermisso ac post-

(s) Vide INNOCENTII III. *lib. X. ep. 184.*

postposita adpellatione, ad Papam legitime interposita, pro eo, quod locum suspectum adsignauerant ipsi regi, in negotio processerant memorato, et quia praefata Constantia ad causam euocata non fuerat, ad quam eiusdem negotii defensio pertinebat, cum post sententiam diuortii regi fuerat in conspectu ecclesiae copulata. Praedicta vero probare procuratores ipsi multis rationibus nitebantur. Attestationes quoque secundo loco receptas eadem pars proposuit respuendas, cum iudices, qui testes receperant, postquam ab eis vtpote manifeste suspectis, ad Papam fuerat adpellatum, eiusdem regis nuntio propter hoc specialiter ad sedem Papalem destinato, duxerant in negotio procedendum. Ex eadem insuper fuit parte propositum, quod regina restitutionem postulans, nequaquam sit audienda, cum spoliata sit auctoritate iudicis, qui praesumatur legitime processisse, nec absque ipsius Constantiae poterat praeiudicio et iactura restitui, quae in praefati regis possessione vel quasi ecclesiae esset auctoritate. Regis quoque procuratores proponebant, Reginam non debere contra sententiam Episcopi Pragensis audiri, quam olim duxerat adprobandam, maxime dum ex parte Constantiae super consanguinitatis linea inter ipsam et regem in continenti probationes legitimae offerrentur. His igitur pro et contra ventilatis Innocentius Papa vtriusque partibus dilationem vsque ad festum S. Martini concedebat, vt haec caussa diligenter examinata finem debitum sortiatur (t). Inde haec causa ab Innocentio III. Papa A. MCCX. demandata est arbitris Alberto II. Archiep. Magdeb. et praeposito Seburgensi hoc decreto: Mandamus, quatenus partibus ad locum idoneum conuocatis, recipiatis testes, quos vel no-

(t) Haec singula habentur in Innocentii III. Epistolis lib. III. ep. L. Adde FABRICII *Ann. Vrbis Misnensis* ad A. MCCXI. MELCH. GOLDASTVM *de R. Bohem. Lib. IX. c. IX. §. XII.*

nobilis ipsa pro se, vel princeps pro parte sua (cum nondum testificata didicerint) super processu Pragensis Episcopi vel posteriorum iudicum duxerint producendos, et nobilis ipsa pro se vel testes, quos induxit prius, vel alios si voluerit inducere non vetetur, cum non renuntiauerit testibus producendis (u). Dum vero Adela Papam minus fauentem experiretur, in monasterium Misnense prope Wassenburgum ad diui Iacobi aedem secessit, vbi frater eius Marchio de eius sententia coenobium extruxerat, in eodemque Kl. Februarii MCCXI. defuncta in monasterio Vetero - Cellensi fuit sepulta. Philippus imp. in comitiis Noribergensibus A. MCCXII. ea ex caussa Ottocaro, quod Marchionis Misniae sororem repudiauerat, et filiam regis Vngariae duxerat, regnum Bohemiae abiudicatum per sententiam principum agnato ipsius Theodebaldo cum sex vexillis adsignauit (x). De hoc ARNOLDVS LVBECEN-

(u) Sunt verba *c. 46 X. de testibus.*

(x) GODEFRIDVS COLONIENSIS ad A. MCCXII. qui filio regnum fuisse adiudicatum dicit, cum tamen non ipsi, sed Theobaldo Bohemia fuerit adsignata, de quo DVBRAVIVS *hist. Bohem. lib. XV. p. 392. Erat id temporis Magdeburgi studiorum gratia Theobaldus stirpis Bohemiae Principum iuuenis: hunc Theodoricus Marchio, perblandis, et benignis verbis, aggressus, ad ingentes spes inuitabat, dictisque assentientem, ad Philippum Caesarem secum adduxit, quem is mox per vexilla more vsitato principem Bohemiae declarat, praetendens indignum esse Regno Premislaum, qui Theodorici Sororem indignissime repudiauerat: Amboque iuuenem contra eum ornant, atque instruunt armis virisque.* Idem dicit GOBELINVS *Cosmodr.* aetat. VI. c. V. *scribens Odokarus Boiemus legitimam suam repudians, aliam de Vngaria duxit vxorem. Vnde commotus frater repudiatae Theodericus Marchio Myssnensis vna cum duce Bernhardo, hoc apud Philippum regem Romanorum obtinuerunt, vt regnum siue ducatum Boiemiae Odackero adultero auferret et*

CENSIS (y): *sequenti anno Odokarus Boiemus legitimam suam repudians, aliam de Vngaria duxit vxorem. Vnde commotus frater repudiatae Theodericus Marchio Mysnensis vna cum duce Bernhardo, qui Philippi regis familiares fuerunt, hoc apud ipsum obtinuerunt, vt regnum siue ducatum Boiemiae Odoackero adultero auferret et ad Theobaldum puerum, qui tunc Magdeburgi studebat, Theobaldi filium transferret. Quod et factum est.* Verum Premislaus in regno sese conseruauit atque Theobaldus cum eo iterum conciliatus (z).

## §. XX.

Welphus I. Boiorum dux diuortium fecit cum Ottonis de Northeim, sui in Boiorum ducatu antecessoris, filia Ethelinda de quo LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS (a): *Rex Natalem Domini Goslariae celebrauit. Ibi, per interuentum Rudolphi, ducis Sueuorum, Welf, filius Azzonis, marchionis Italorum, ducatum Baioariae suscepit. Is filiam Ottonis, ducis Baioariorum, vxorem duxerat, et per iusiurandum altera vice matrimonii fidem dixerat. Quamdiu itaque res tranquillae erant; quamdiu etiam bellum temere coeptum sine grandi permutatione rerum sedari posse sperabat: maritalem vxori affectum et honorem deferebat, et causam soceri, quantum poterat, armis et consiliis tuebatur. At, vbi animaduertit, datam in eum esse sententiam, et bellum iracundiamque regis magis indies aduersus eum crudescere, leges omnes, vinculaque omnia,*

*et ad Theodebaldum puerum, Theobaldi filium transferret, quod et factum est.* Idem dicit KRANTZIVS *Saxonia lib. VII. c XVI. Wandalia lib. VI. c. VI.* HAGECIVS *Chronic. Bohemiae P. I. ad A. MCCII.* BORECK. *Chron. Bohem. fol. 169.* SPANGENBERG. *Chron. Saxon. Cap. CCXL.* GOLDASTVS *de R. Boh. lib. IV. c. IX. § 12.* AVENTINVS *Annal. Boic.*

(y) *Lib. VI. c. V.*

(z) DVBRAVIVS *Lib. XV. p. 393.*

(a) *Ad A. MCCLXXI. p. 343.*

*omnia, quibus vicissim propinquitatem firmauerant, abrupit; satius putans, periurii crimen et violatae fidei verecundiam sustinere, quam res suas florentissimas, desperatis ac perditis eius rebus admiscere. Et primo in tam trepidis rebus petenti auxilium denegauit, deinde filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregauit, patrique remisit, postremo, ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam intendit; nihil pensi habens quantum auri, quantum argenti, quantum redituum ac possessionum suarum dilapidaret, dummodo, quod cupiebat, assequeretur.* Hanc postea matrimonio sibi copulauit Hermannus comes de Caluerla, quae genuit illi Hermannum comitem (b).

## §. XXI.

De Theoderico Marchione orientali, filio Conradi Marchionis sic loquitur CHRONICON MONTIS SERENI (c): *Hic ab vxore sua, quae soror erat Mesiconis Ducis Poloniae, Dobergana nomine, quae et Lucardis vocabatur, de qua filios susceperat Conradum Comitem et Gertrudem Gerbestadensem Monacham longo tempore separatus, aliam coniugem Conigundam nomine comitissam viduam Bernhardi de Plozke, quasi superinduxerat, ex qua genuit Tidericum Episcopum Merseburgensem.*

## §. XXII.

De Ecberto Iuniore Saxoniae Marchione sic scribit ANNALISTA SAXO (d): *Anno Dominicae incarnationis MLXVIII. Rex Natale Domini Goslariae celebrauit, nec dum sospitate ad plenum recuperata, a quo Ekbertus Marchio patruelis ipsius, qui Ottoni Marchioni de Orlagemunda successerat exactis diebus festis digressus cum se in sua recepisset, modica febre pulsatus finem vitae accepit, sed Marcham adhuc viuens ad-*



(b) ANNAL. SAXO *ad A. 1082.*
(c) *ad A. 1184.*
(d) *Ad A. 1068.*

*adquisierat filio suo tenerrimo Infantulo nomine Ekberto, quem ei Immula vel Irmingardis, vidua Ottonis Ducis de Suinuorde genuerat, Bertae Reginae matertera, cui tamen ipse paucis diebus antequam vita discederet, repudium scribere cogitauerat, et contra statuta Canonum viduam praedicti Ottonis Marchionis ducere, quod haec forma elegantior et efferatis suis moribus opportunior videretur, sed mors opportune interueniens nefarios conatus eius intercepit.*

§. XXIII.

De Ludouico III. Pio dicto Landgrauio Thuringiae et Hassiae dicit ARNOLDVS LVBECENSIS (e) repudiata vxore, quam prius habebat (f), opponens ei titulum consanguinitatis, vxorem duxit matrem Canuti, (g), regis Danorum. Quae cum multo thesauro et supellectile egressa fuisset de terra sua, occurrit ei Landgrauius ad Eydoram fluuium, et suscipiens eam de manu regis et episcoporum eius, ibat per viam suam gaudens. Comes autem Adolfus honestissime eam per terram suam ducens, abundantissime ei hospitalitatis necessaria ministrauit, tum pro regis honore, tum pro ipsius Landgrafii familiaritate. De eodem diuortio dicit PONTANVS (h): *Ludouicus quoque Thuringiae Princeps filius sororis eiusdem Friderici imperatoris*

(e) *Chron. Slavor. lib. III. c. 15.*

(f) AVCTOR *historiae Landgr. Thur. c. 18. Hic Landgrauius de vxore sua Margaretha, filia Ducis Austriae non habuit filios.* Verum non Austriaca, sed Cliuensis principissa fuit. Prout ECCARDVS *Hist. Genealog. Veter. Landgr. Thuringiae p. 331. monstrauit.*

(g) LEIBNITIVS *in notis ad* ARNOLDVM *lib. III. c. 15.* eam vocat Margaretham. Verum Sophiae nomen prodit ALBERICVS, dum de Rixissa Ducis Poloniae Wenceslai filia ad A. MCXLI. sic scribit: *Primo fuit Regina Sueciae et post regi Russiae Masach duas peperit filias. Sophiam Reginam Daniae, qua multam prolem habuit et Rixissam, quae imp. Castellae Alfonso peperit Sanctiam.*

(h) *Rer. Danic. Lib. VI. p. 280.*

*ris, qui repudiata priore, quam duxerat, coniuge ob ſanguinis, vt ferebat, propinquitatem paulo ante in vxorem acceperat Canuti regis matrem Sophiam: Hanc vt Caeſari gratificaretur, referunt annales, facto diuortio, a ſe ſimiliter dimiſiſſe, quamuis et ſint, qui Canuti velint non matrem ſed ſororem fuiſſe, quae vt ſupra, ſequuti Saxonem, meminimus, non Ludouico, ſed Suffrido Marchioni nupſerat, et vt habent Epiſtolae S. Wilhelmi, vtraque exinde, ſuperior nimirum quae Caeſaris filio erat nuptura, et haec Suffridi in Coenobio Virginum, quod D. Mariae apud Roſchildenſes erat dicatum, vitam monaſticam transegerit. At nos, quod ad alteram ſententiam, Arnoldi Abbatis Lubecenſis, qui Helmoldum continuauit, mentem et poenae verba expreſſimus, quem et Cranzium libro VI. Daniae ſuae, ſecutum reperio. Addit praeterea idem Abbas, reuerſam a Germania Sophiam de iniuria, ſibi a Ludouico varie illata querimonias apud filium inſtituiſſe; eaque occaſione magis magisque in Caeſarem et Teutones exſtimulatum regem Canutum.* Iſte vero ARNOLDVS (i), ad quem prouocat PONTANVS, ſic loquitur: *Eo autem tempore miſit imperator ad Canutum regem legatos honoratos pro pecunia, quam pater illius Waldemarus cum ſua filia ipſius filio ſocianda pollicitus fuerat, quam etiam idem Canutus partim perſoluerat. Qui propter occaſiones ſupra dictas, quae inter Imperatorem et ipſum verſabantur, pecuniam perſoluere timuit. Imperator vero non propter repudii occaſionem ſed propter pactionis immutationem, regi ſororem ſuam intactam cum tali apparatu, quo eam acceperat, reſtituit. Quod Canutus grauiter accipiens, manifeſtas ex illa die inimicitias contra imperatorem exercere coepit, ita vt omnem terram Wagirorum, Holſatorum, Stormariorum et Polaborum vsque ad Albiam ſui iuris eſſe diceret, et eam per Sclauos, quos ſibi obſtrinxerat, frequenter vaſtaret. Mater etiam eius a Ludouico Landgrafio repudiata, et ad terram natiuitatis ſuae ſine bonore reuerſa, conqueſta eſt in multis ſe a marito in-*



(i) *Chron. Slauor. lib. III. c. XX.*

*iuriatam. Inde etiam magis instimulatus iustam se causam contra Teutonicos habere arbitratus est.*

## §. XXIV.

Odalricus Comes de Vinaria vxorem accepit Adelheidem Ludouici II. dicti saltatoris filiam (k), quam tamen repudiauit. Sic enim ANNALISTA SAXO (l): Moritur eo tempore quidam de Saxoniae principibus Odalricus de Wimmar, Ludouici comitis de Thuringia dudum gener, sed iam propter eius filiae repudium inuisus.

## §. XXV.

Ad recentiora dum progredimur tempora, exemplum occurrit Io. Casimiri Saxoniae ducis Coburgi sedem habentis, qui cum coniuge sua Anna, Augusti Electoris filia iuniore diuortium fecit. Dum enim ista ob suspectam conuersationem cum Vlrico Lichtensteinio, in arce Coburgensi captiua fuisset facta, ad examinandum hoc negotium destinabantur Io. Ernestus de Teutleben, praeses iudicii prouincialis Saxonici, Io. Freund Cancellarius, Hartmann de Wangenheim, Paul Abt et Volcmar Scheyer consiliarius aulicus, vna cum Sigismundo Heusner Notario publico, coram quibus, cum ducissa et Lichtensteinius d. XIX. Octobr. et XVII. Nouembr. quod delictum, ab Hieronymo Scoto Italo inducti, commiserint, fuissent confessi, dux consistorio mandauit, quod, dum coniugi suae cohabitare amplius nequiret, ab ipsa separari vellet, vt ideo diem vtrisque dicerent et causa cognita, ipsos ab inuicem separarent. Consistorii igitur assessores, postquam a iuramento, quoad hunc actum essent liberati, vtrisque septimum Decembris MDXCIII. diem dixerunt, quo, causa per

(k) ECCARD *hist. princip. Saxon. super. p. 244. 340.*

(l) *De A. MCXII. Hist. Landgr. Thur.* apud PISTOR. *T. I. p. 369.*

per procuratores, ducis nempe partes gerente Wolfgango Maslittero, Ducissae vero Mauritio ab Heldritt, actitata, d. XII. Decembris diuortii sententiam tulerunt, Duci dotem illatam et bona paraphernalia adsignantes, ita tamen vt ducissae necessaria praestet alimenta, ipsi etiam tanquam parti innocenti facultatem concederent aliud ineundi matrimonium. Idem etiam a ICtis Ienensibus fuit confirmatum, imo captiuae ducissae poena gladii ob delictum adiudicata. Sententiam diuortii vide apud LVDOLF (m). Anna vero d. XXVII. Ian. in custodia fuit defuncta (n).

§. XXVI.

Serenissimus Guilielmus Ernestus Dux Saxo Vinariensis ob animorum diuersitatem, praeuia causae cognitione eademque vtrinque ventilata, ex sententia Theologorum atque ICtorum Ienensium ad hanc causam a iuramento absolutorum d. XXIII. Aug. MDCLXXXX. cum Charlotta Maria lineae Ienensis diuortium fecit, concessa vtrisque nubendi iterum facultate, ducissae tamen non nisi cum agnatorum consensu (o).

§. XXVII.

(m) LVDOLF *de iure femin. illustr. app. I. p. 72.*

(n) MVLLER *Annal. Saxon. ad A. MDXCIII.* HOENNS *Coburgl. Chronic. P. II. p. 237.* TENZEL *Ernestinisch Medaillen-Cabinet pag. 266. Sächsische Merkwürdigkeiten p. 527.*

(o) MVLLER. *Annales Saxon. ad A. MDCXC. Nachdem der regierende Herzog zu Weimar, Wilhelm Ernst, und dessen Gemahlin, Charlotta Maria, gebohrne Herzogin zu Sachsen Iena, zu Entscheidung ihrer beyderseits zusammen gehabten Ehe-Differentien, D. Georg Adam Struven, Fürstl. Sächsischen geheimen Rath, wie auch die Decanos, Seniores, und sämmtliche Professores der Theologischen und Iuristischen Facultäten auf der Universität Jena deputirt, diese auch ihrer Pflicht, wormit obgedachtem Herzoge sie verwandt gewesen, erlassen, und so fort zu dieser Ehe Sache absonderlich*

## §. XXVII.

fidei inculpat, quo factum, vt, licet in separationem Beatricis consenserit, consilio tamen magnorum ac famosorum theologorum redintegrandum esse censuerit coniugium. Deinde matrimonium ipsius cum Nicolaea, tanquam vi et metu contractum a Iesuitis, Schola Theologica et Academia Romana pro nullo fuisse declaratum. Relationibus Archiepiscopi, quem vt inimicum declarauerit, non esse credendum, testes alios fuisse corruptos ante bullae promulgationem, Nicolaeam nullum signum accusatorii animi edidisse, Papam saltim ex officio, non vero ex Nicolaeae petitione actionem instituisse, se nec auditum fuisse nec citatum, ministros suos corruptos. Dum igitur ista Papae sententia ob iudicem non competentem, propter maleuolentiam iudicis recusati, propter falsa, quibus iste fuit permotus, propter defectum iuris et facti formarumque substantialium sit nulla; petit, vt curia dictam bullam nullam, subreptitiam et violentam declaret. Porro ordines Lotharingiae concitare studet, quod Beatrici titulum Lotharingiae Ducissae prohibendo dominium temporale adfectet. Tandem concludit atque petit, vt curia ad deductiones procuratoris generalis pronuntiet, et iubeat, vt dicta clausula cum caeteris eiusdem scopi ex contextu dictae bullae eximatur, et in manus executoris summae iustitiae tradatur, laceretur et comburatur, atque in cineres redigatur, in auctores et procuratores dictae bullae inquiratur, quo plectantur. Curia igitur theologorum consilia super nullitate huius censurae requisiuerat, qui etiam decreuerunt, dictam excommunicationem esse nullam in vtroque foro, primo quia omnis excommunicatio contra iustitiam commutatiuam nulla sit in foro interno, cum Dux per biennium thoro et conuictu et domicilio Beatricis vixerat separatus et dum Nicolaea secesserit, legitimum Beatricis coniugium po-

poterit restaurare et causam excommunicationis esse falsam. Secundo nullitatem ex eo patere, quod Papae et ecclesiae semper fuerint obedientes. Tertio nullitatem etiam constare in foro externo, dum iustitia legalis non fuerit obseruata, partes nec citatae nec auditae. Quarto nullitatem ex eo patere dicunt, quod causa excommunicationis non fuerit iusta et sufficiens, dum Beatrici secessionem in monasterium imperauerit, duci vero separationem ab eodem, cum tamen in ferenda sententia tergiuersatio intercesserit. Quintum nullitatis argumentum, quod haec sententia ex odio erga ducem lata. Nicolaea quoque Ducissa pro suo iure defensionem publicari faciebat (c), et dux a Papa male informato ad melius informandum appellabat. Ad hanc vero appellationem prosequendam opus erat, vt dux prius absolueretur, quod sub ea conditione fuit factum, si a Cantacrucia corpore et habitatione se separaret, quod licet externe fuerit factum, commercium tamen suum in secreto continuarunt, cuius rei testis est princeps Valdemontius, quem Cantecrocia ex duce edidit (d). Vrbani successor Innocen-

(c) LVDOLPH *Schau-Bühne Lib. XLII. c, V. n. 9.*

(d) MICH. LE VASSOR *lib. XLIX. p. 428. Voila donc le Duc de Lorraine et sa Cantecroix solennellement excommuniez le 23. Avril de cette année. Vn des Procureurs Generaux de Charles en appelle comme d'abus à la maniére de France, et menace de poursuivre comme criminels de léze majesté les sujets de son maître soupçonnez d'avoir sollicité la bulle, et tous ceux qui obeïront à ce qu'elle ordonne contre le Duc et contre sa femme de campagne, que le Magistrat appelle hautement Madame la Duchesse. On ne connoissoit plus en Lorraine la Duchesse Nicole Souveraine légitime du pais. Charles ne lui en donnoit plus la qualité. C'étoit seulement sa chere cousine. Il protesta ensuite par un acte particulier de la nullité de l'excommunication fulminée contre lui, qu'il prétendoit contraire au Droit Canonique, et aux priuileges accordez aux Ducs*

centius X. matrimonium cum Cantacrocia pro nullo declarauit et irrito (e). Tandem infelix ista Nicolaea Ann. MDCLVII. fuit defuncta. Verum miri et mutabilis ingenii princeps nouo amore Marianae Pacot apothecarii filiae captus matrimonii contractum cum eadem d. XVIII. Apr. MDCLXII. fecit (f). Ast Montpensaria, in cuius famulitio ista erat, obtinuit a Rege, vt in monasterium detruderetur (g). Inde aliam plebeiam S. Remi dictam, et in famulitio ducissae Aurelianensis, sororis suae viuentem sibi desponsauit, quae tamen cum in arctissima custodia de ducissa detineretur, res successu caruit (h). Et licet Cantacrocia post mortem Nicoleae redintegrationem matrimonii peteret, dux tamen renuebat (i). Mortua Cantacrocia (k) ducissa de Nemours ipsi procuratorio nomine per Franciscum patrem fuit desponsata, verum dum Galliae Regi hocce displiceret matrimonium, illud instante rege di-



*Ducs de Lorraine par les Papes precédens, et en appella du Pape mal informé au Pape mieux informé. Mais afin de poursuivre son appel, il fallut selon le stile de la Cour de Rome, se faire premierement absoudre de la censure encouruë. Cela fut accordé, à condition que le Duc et la Cantecroix se sépareroient de corps et d'habitation. Ils n'obeïrent qu'en partie. Le commerce criminel continua secretement, et la Dame acoucha d'un fils, connu depuis dans le monde sous le nom du Prince de Vaudemont.*

(e) BEAVVAV *Memoires p. 80. Cette question ayant été contesté a plus long temps, que vecut Vrbain VIII. Innocent X. son successeur rendit enfin apres un proces opiniâtre de trois ou quatre ans entre les parties une sentence definitive, par la quelle il declara ce mariage inualide. Le Vassor p. 429.*

(f) Reperitur iste contractus apud MARQVIS de BAVVEAV pag. 221.

(g) BEAVVAV p. 227.

(h) BEAVVAV c. l.

(i) ibid. p. 228.

(k) ibid. p. 246.

dispensante Papa fuit disruptum eo ex praetextu, ducissam per matrem coactam nunquam vere consensisse (l). Ista duci Sabaudiae fuit collocata, dux vero Aspermontiam comitem duxit vxorem (m).

## §. XXXVII.

Iteratum diuortium fecit Iohannes Adolphus, Comes in Bentheim, Tecklenburg, Steinfurt, et Limburg, Dominus in Rheda, Wevelinghofen, Hoia, Alpen et Helfenstein, Baro in Lenep, Aduocatus Haereditarius Coloniensis; prodiit is in lucem A. MDCXXXVII. superatisque adolescentiae annis matrimonium contraxit cum Iohanna Dorothea, Philippi C. Lippiae in Buckenburg e Sophia Hassiaca filia; quae postquam foemellas duas Sophiam scilicet Iulianam, et Carolam Mauritiam, (quarum posterior, mutata religione Viennam se contulit) marito peperisset, suspicionem temeratae fidei coniugalis ipsi mouit, eamque auxit, cum derepente euanuisset et ad parentes suos discessisset; id enim ille animi male sibi conscii notam interpretatus, diuortium meditari coepit, instructoque foro matrimoniali diem coniugi dixit. quanquam autem illa non comparuisset, neque qui causam eius peroraret, delegasset, damnata tamen fuit Comitique facta potestas, repudium ei remittendi, et aliam vxorem ducendi. Itaque Carolam Hassiae Landgrauiam, Augusti Iunioris Saxoniae Ducis viduam, procatus est, atque impetrato eius consensu nuptiarum solemnia A. MDCLXXIX. cum ipsa peregit, sed post aliquot annorum contubernium diuortium fecit, ex ea tamen genuit Iohannem Augustum, nat. mense Iun. MDCLXXX. Eleono-

(l) MARQVIS de BEAVEAV vberius hac de re egit p. 256. sqq.

(m) l. c. p. 267.

(n) IMHOF. *Notitia Procerum lib. I. c. l. §. XIV.*

norum Iulianam Fridericam, Carolum Mauritium, nat. mense Dec. MDCLXXXIX. sed mox iterum denatum. Qua ratione vero aliud coniugium fuerit meditatus atque desuper Theologorum et ICtorum Responsa quaesiuerit docet IO. AB. ALPEN (o). Magnam partem anni superioris apud Christophorum Bernardum exegerat Ioannes Adolphus Tecklenburgi Comes. Is facto iam ante cum vxore diuortio, iudiciaria pariter Sacri Magistratus Sententia comprobato, per id tempus orthodoxae Comitis nuptias ambiebat, quibus tunc accelerandis Praesulis operam sperabat inprimis vtilem sibi fore. Nihil quidem ea nupturientis intentio in schola reformatorum difficultatis patiebatur. Sed mota subinde disceptatio plurimorum ingenia fatigauit; Liceretne Sponsae Romano Catholicae nubere Comiti, post diremptum ita matrimonium soluto. Et quanquam ea quaestione, ad orthodoxam Vniuersitatem non vnam relata, a viris Theologiae ac iuris sacri peritis discussa solerter, expensaque, non prohiberi, tandem responsum fuit; quod tamen hortatu, ductuque Matris, sub anni praesentis exordium mutaret mentem, et sponsam aeque ac Christophorum Bernardum desereret Comes, nuptias quidem, et impensos tot labores ipse frustratus est; formidolosum vero discrimen ac periculum, cui se, terrasque suas eam per inconstantiam et enatam inde Principis offensam praeceps obiecerat, ex morte propediem insecuta solius duntaxat fati sui feliciter euasisse.

## §. XXXVIII.

Ernestus Guilielmus comes Bentheimensis Ann. MDCXXIII. natus die XXII. Augusti MDCLXI. matrimonium peregit cum Gertrude a Zelst, honesta magis, quam nobili familia in Zutphania orta, Hartgeri de Zelst,

 iu-

(o) *Lib. X. p. 588.*

iudicis Zellemensis filia, quam aliquot post annos Ann. MDCLXVI. Leopoldus imp. ad dicti comitis instantiam in ordinem comitissarum S. R. I. euexit et feminis priuatae nobilitatis et illustris ortus aequiparauit filiosque eius successionis et feudorum imperialium capaces declarauit. Verum postquam sex liberorum iamdum parens fuisset facta, dictus comes ab episcopo Monasteriensi A. MDCLXVIII. ad Catholicam religionem fuit perductus, eoque deuenit, vt comes dictae Gertrudi remuntiaret, filios abdicaret, et omnis haereditatis exsortes declararet. Gertrudis vero in Belgium aufugiebat, ibique sub Belgarum foederatorum protectione viuebat, qui etiam liberorum suscipiebant caussam (p), quos iure patriae potestatis comes repetebat (q). Postea comes Bentheimensis ad nouas confugit nuptias et A. MDCLXXVIII. Annam Isabellam comitissam in Limburg Gehmen matrimonio sibi copulauit, quibus tamen nuptiis dicta Gertruda, datis ad Isabellae matrem eiusdemque fratrem Ferdinandum, comitem de Vehlen litteris, contradixit, et ne bigamiam concederent, rogauit. Solennis quoque protestatio a dicta comitissa d. V. Aug. MDCLXXVIII. coram curia iustitiae Hagae comitum fuit facta, istaque ab ordinibus per tubicinem ad comitem fuit transmissa (r). Verum dum patruelis ipsius Io. Adolphus Tecklenburgicus cum Carola Hassiae Landgrauia diuortium fecisset, atque orta inde quaestione: *liceretne sponsae Romano-Catholicae nubere comiti post diremtum soluto matrimonium*, a theologis et ICtis Catholicis, non prohiberi, responsum fuisset; hanc nactus occasionem Ernestus Guilielmus, Benthemius comes

(p) IMHOF *notitia procerum* lib. XI. c. I. §. XVIII. IO. AB ALPEN. lib. VI. p. 94.

(q) Vide infra tractationem de patria illustr. potest.

(r) Extant hae litterae et protestationes in manifesto comitissae A. MDCLXXIX. edito.

mes Christophorum Bernhardum, vt Episcopum et iudicem implorat, decernat se dicatque liberum, qui cum altera matrimonio iungi non impediatur (s). Nominantur commissarii, qui causam cognoscant. Et quanquam hi post diligens examen vitium non vnum deprehendant, quale secundum orthodoxiam Christiani matrimonii naturae manifesto censebant aduersari: noluit tamen statui quidquam cautus praesul, priusquam extranei pariter Theologi ac Iurisperiti consulerentur. Ergo causa plenissime instructa ad exteras perfertur Academias; et postquam isti talibus a palaestritis acerrime aliquamdiu super ea concertatum fuit, vnanimi tandem omnium sensu, adiudicata Ernesto Guilielmo omnimoda libertas nouam sibi thalami sociam deligendi. Quorum responsa, solidis iuxta rationibus, nec singulorum duntaxat subscriptionibus, sed publicis etiam Facultatum sigillis roborata, dum ad partes remittuntur, Christophorus Bernardus, qua Praesul iterum, qua Iudex, instanter imploratus, decretoriam fert sententiam, et Ernestum Guilielmum authoritate Episcopali liberum omnino, solutumque pronunciat ac declarat, qui cum quauis altera, libera pariter, solutaque vel Domicella, vel Domina, ad legem Synodi Tridentinae matrimonium inire possit. Istaque sic enodatus iam Comes, haut diu post Annam Isabellam, ex Comitibus de Limburg et Brunckhorst (quos Styrumenses vulgus appellat) in Arce Gemen, solenni, stabilique sibi connubio sociauit: assistente post Illustrissimos testes, ac benedicente Neo-Sponsis, Ioanne Constantino de Richeliis, Borckensis tunc Ecclesiae Decano. Non defuere, qui Christophorum Bernardum aeque ac Ernestum Guilielmum praemonebant, haud excludi per hasce nu-

(s) Quae ad finem vsque Paragr. sequuntur verba, desumta sunt ex AB ALPEN. *Vita et rebus gestis Christophori Bernhardi Episcopi Monast. P. II. lib. X. p. 589.*

nuptias ab haereditate Comitatuum, bonorumque paternorum liberos tori prioris. Quippe natos ex parentibus quorum vel vterque vel alter duntaxat, fide bona, et iuxta morem patriae, matrimonium contraxerit, licet ob latens aliquod impedimentum, etiam per sententiam, nullum postea declaretur, imo coniugibus adhuc viuentibus pariter diuortium fiat, legitimos nihilominus censeri, et cuiusuis capaces haereditatis. At vero Gertrudis dum raro se spectaculo Neonupti Comitis sui viduam admiratur (qualem ipsa euentum, praefidenter nimis, impossibilem crediderat) non multo post, moerore fracta, Hagae-Comitis inter viuas esse desiit, cura liberorum tutelae Confoederatorum Ordinum, vel eo sollicitius commendata.

## §. XXXIX.

Fridericus Christianus comes Lippiacus matrimonium contraxit cum Sophia Hohenloica. Verum cum ista de marito parum contenta, cum multis preciosis atque filio vnico in Angliam concederet, iste ad variorum theologorum atque ICtorum sententiam ob malitiosam coniugis desertionem A. MDCCXXV. cum eadem diuortium fecit, atque cum Maria Anna Victoria de Gall matrimonium contraxit. Dum vero ista esset Catholica prius matrimonium per Clementis Augusti episcopi Monaster. atque Paderbornensis sententiam Kl. Maii MDCCXXIII. fuit annullatum idemque a Romanorum Cardinalium congregatione d. IV. Aug. MDCCXXV. fuit confirmatum, hoc tenore (t): *Cum nonnullis abhinc annis contractum fuerit in Franconia et in loco, in quo Consilium Tridentinum fuit acceptatum, Matrimonium inter Comitem Fridericum Christianum de Schaumburg et*

(t) Extant acta apud Dominum de LUDOLF *iure fem. illust. App. P. I. p. 82.*

*et Lippe sectae Lutheranae, et eiusdem sectae mulierem, non coram Parocho Catholico, sed iuxta ritum et praxin protestantium, acceptaque a muliere fuga ad partes Anglicas, fuerit praedictum Matrimonium nullum declaratum ab Episcopo Paderbornensi et Monasteriensi, vna cum eius suffraganeo Episcopo Thyatirae, et insimul data Comiti Facultas transeundi ad alia Vota, iuxta authenticum, quod annectitur, documentum: idem Comes humillime supplicat pro dictae sententiae confirmatione.*

*Die IV. Augusti MDCCXXV. Sacra Congregatio Romanorum S. R. D. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit dandum esse decretum edictum die XXVI. Septembr. A. MDCII. et a summo Pontifice confirmatum, tenoris sequentis videlicet:*

*Haereticos quoque, vbi Decretum Cap. I. Sess. XXIV. de reform. Matrim. est publicatum, teneri, talem formam obseruare, et propterea ipsorum etiam Matrimonia absque forma Concilii, quamuis coram Ministro haeretico, vel Magistratu fori contracta, nulla atque irrita esse.*

Die XXI. Septembr. MDCCXXV. hac de re secutum fuit decretum consistorii Brixiensis (u) verbis: *Celsissimi et Reuerendissimi Domini Caspari Ignatii Episcopi, et S. R. I. Principis Brixinensis etc. Vicarius per dioecesin Brixinensem in spiritualibus generalis etc. Nos Ferdinandus Iosephus Gabriel Comes a Sarenthein Dominus in Rottenbuech, Kellerburg et Krantzelstein cathedralis Ecclesiae Brixinensis Canonicus et Consistorii Praeses etc. Quandoquidem nobis Illustrissimus Dominus Fridericus Christianus Sacri Romani Imperii Comes de Schaumburg et Lippe originalem sententiam a Serenissimo et Reuerendissimo Dom. Dom. Clemente Augusto Archi-Episcopo et Sacri Romani Im-*

(u) Extat apud IMHOF. c. l. p. 83.

*Imperii Electore Coloniensi, Episcopo Paderbornensi et Monasteriensi vtriusque Bauariae duce etc. in Assistentia Serenissimi et Reuerendissimi Dom. suffraganei Paderborn. et Episcopi Thyaritae ad Instantiam praefati Domini Comitis de Schaumburg et Lippe sub dato Castri Neuhaus Ima Maii MDCCXXIII. emanatam exhibuerit, vigore cuius sententiae Matrimonium cum prima sua putatiua vxore contractum ex rationibus in dicta sententia allegatis, ad quam sit relatio, nullum et inualidum declaratum fuerit, ita, vt eo non obstante sine laesione conscientiae ad alia Vota matrimonialia seruatis seruandis progredi possit, quae sententia per aliam declarationem a sacra Congregatione Cardinalium S. S. Concilii interpretum pariter in originali exhibitam suo modo confirmata fuit, hinc huiusmodi sententiae et declarationi inhaerentes et supplicationi memorati Domini Comitis annuere volentes tenore praesentium nobili et reuerendo Domino Iosepho Antonio Piazza Comiti in Freyegg, Consiliario ecclesiastico Brixinensi, nec non Decano et Parocho Figensi licentiam et facultatem concedimus, vt saepe dictum Dominum Fridericum Christianum Comitem de Schaumburg etc. cum quacunque alia sponsa more Catholico et seruatis alias seruandis in Domino copulari possit, et valeat, ita tamen vt sponsa, cum qua matrimonium contrahere intendit de hac Dioecesi et aliis requisitis, quae prius debito modo recognoscenda sunt, iuxta mentem S. Conc. Trident. instructa reperta sit, in quorum fidem datum in Consistorio Brixinensi die XXV. Septembris MDCCXXV.*

## §. XL.

Porro inter imperii comites occurrit etiam exemplum Philippi Alberti comitis Limburgensis Gaildorffii sedem habentis. Hic enim Dorotheam Mariam Wolfgangi Friderici comitis ab Hohenlohe in Waldenburg filiam Ann. MDCLXVII. sibi matrimonio iunxit, et aliquot liberos vtriusque sexus ex eadem genuit, eiusdem tamen postea per-

pertaesus eandem propria authoritate repudiauit. Licet autem comitissa, vt caussa haec coram consistorio tractaretur, postularet, illud tamen obtinere haud potuit. Ista igitur ad cameram caussam detulit, idque obtinuit, vt die IX. Martii MDCLXXX. ab hoc iudicio camerali mandatum poenale decerneretur, huius tenoris, ne de facto ageret, sed vel per compromissum vel per consistorium speciale caussam propriis sumtibus decidi faceret (x). Hoc non obstante, mutata religione et accepta dispensatione pastoris in Gaildorf, Io. Guilielmi Gratiani filiam primogenitam die IV. Octobr. MDCLXXX. sibi solemni ritu copulauit eandemque iustae vxoris loco habuit (y). Dum vero filios ex hoc matrimonio capaces vellet declarari, frater ipsius Wilhelmus Henricus, datis ad corpus Euangelicum Schmiedefeldi d. IX. Aug. MDCLXXXI. litteris, desuper fuit conquestus atque protestatus.



(x) Sic enim in mandato camerali: *Hierum so gebiethen wir dir von Römisch Käyserl. Macht und bey Poen 10. Marck Lothigen Goldes, halb in unsere Kayserl. Cammer und zum andern halben Theil supplicirender deiner Gemahlin ohnnachlässig zu bezahlen, hiermit ernstlich und wollen, daß du den Nächsten nach Uberantwortung und Verkündigung dieses, so fern du gegen obgedachte deine Ehe Gemahlin einige erhebliche Beschwerung zu haben vermeinest, dir darinnen nicht selber Recht sprechest, noch de facto verfahrest, sondern deswegen Rechtens, entweder vermittelst eines einhelligen compromisses auf ein gewisses wohl constituirtes unpartheyisches consistorium oder mit einhelliger Bestellung eines absonderlichen eigenen Consistorii dich gebrauchest, und des rechtlichen Ausschlages, iedoch alles auf deine Kosten, erwartest, deme allen also gehorsamlich nachkommest, als Lieb dir seyn mag, obangeregte Poen zu vermeiden, daran geschiebt unsere ernstliche Meinung.*

(y) Scripta haec extant in fratris dilecti FRIDER. GOTTL. STRUVII *introd. in praxin iuris canonici cas. CXI.*

## §. XLI.

De Reinaldi, Geldriae Ducis, diuortio cum coniuge Eleonora, sic refert IO. ISAC. PONTANVS (z): Refertur enim coniux eius illustrissima Eleonora, Eduardi, vt retulimus, eminentissimi Anglorum Regis soror, sinistra quorundam susurronum, qui etiam consilium Principis participare credebantur, de vultus ipsius colore assumta coniectatione (qui an luridus, an vero floridus et ignescens color fuerit, ex verbis Berchemii haud satis percipio, qui altum faciei colorem appellat) leprae alicuius aut vitiliginis fuisse suspectata: cumque a thoro ac consortio mariti eo nomine seiuncta aliquandiu egisset, memoratur, capto tempore, assumptis ab vtraque manu Reinaldo Eduardoque filiis, camisia serico tenuissimo nudum corpus induta, superiniecta exterius talari toga, palatium Neomagense petiisse. Atque ibi Ducem Reinaldum maritum suum, qui vna cum Gelriae Ducatus primoribus aliquot, intra palatii conclaue praesens aderat, coram adiisse, ac veste vtraque pubetenus reiecta, in haec propemodum verba, audientibus cunctis, lachrymabunda prorupisse: Domine mi dilecte, ecce adsum, impense petens, vt de labe corporis, quae nobis friuole obiecta, diligentius examen habeatur inspiciaturque, an ego vel impetigini alicui, aut vitio obnoxia: Et num potius, vt cetera valetudine integra foeminae bene habito ac sano sim corpore: Hi, qui vtrimque adstant, liberi ac filii sunt nostri, seque tibi sistunt, vultu atque animis patrem referentes. Quorum etiam plures haud dubio habuissemus, nisi hoc impedimenti ex aduerso calumnia iniecisset. Veniet fortassis hora, cum Gelriae populus hoc nostrum deplorabit diuortium, vbi se in nostro videbit sanguine deficere. Quibus acceptis, Reinaldus Dux, cum animaduertisset coniugem suam Eleonoram

(z) *Hist. Gelr. lib. VII. p. 242.*

ram corpore ac valetudine integram et ab omni impetigine omnique lutore liberam, satisque purgatam excusatamque haberi, se vero falsis aliorum suggestionibus nimis faciles praebuisse aures moestus confidit; Poenituitque eum, vt et caeteros, qui ex primatibus aderant, facti dissidii. Et sane haud falsa fuit vates Eleonora, cum Gelricae domus hac occasione defectum ominaretur.

---

## CAPVT IV.

## DE

# IVDICE CAVSARVM, QVAE INTER ILLVSTRES AGITANTVR MATRIMONIALIVM.

ELABORATVM

A

IO. AVG. HELLFELD.

§. I.

*An diuortia necessario iudicis auctoritate fieri debeant.*

§. II.

*Illustres nullius imperio subiecti in diuortiorum causis iudice non indigent, prout antiquiori crediderunt tempore.*

§. III.

*Postea matrimoniales causas ad suum tribunal vocarunt pontifices et episcopi, et quomodo hoc factum monstratur.*

§. IV.

*A tempore reformationis summi imper. euangelici nullum, catholici vero pontificem habent iudicem.*

§. V.

*Consilii est, ne summi imperantes absque iudice ab vxoribus diuertant.*

§. VI.

*In statuum imperii causis matrimonialibus olim impp. iudicarunt.*

§. VII.

*Ad pontificem tamen transiit haec potestas.*

§. VIII.

*A tempore reformationis duplex statuum conditio ratione iurisd. matrimon.*

§. IX.

*Variae de illustrium protestantium iudice in matrimonii causis sententiae.*

§. X.

*Camerae in matrimonialibus causis iurisdictio variis ex rationibus adscribitur, quae tamen refutantur.*

§. XI.

*Monstratur camerae in causis illustrium matrimonialibus nullam competere iurisdictionem.*

§. XII.

*Nec iudicium aulicum in huiusmodi causis iudicem esse competentem deducitur.*

§. XIII.

*Alii putant imperatorem per commissarios euangelicos causas iudicare posse matrimoniales.*

§. XIV.

*Quorum tamen refutatur sententia.*

§. XV.

*Nec Austraegae causas iudicare possunt matrimoniales statuum.*

§. XVI.

*Alii erectionem communis consistorii, cui hasce committerent causas, suadere voluerunt.*

§. XVII.

*Alii patientiam suadent principibus.*

§. XVIII.

*Alii statuunt causam de diuortio inter Euangelicam et Catholicam partem agitatam ad pontificem s. episcopos ob continentiam esse deferendam.*

§. XIX.

*Plures opiniones recensentur.*

§. XX.

*Nobis videtur, in causis matrimonii vinculum haud concernentibus imperatorem et iudicia imperii iudicandi habere potestatem.*

§. XXI.

*In causis matrimonii vinculum concernentibus status nullum habent iudicem.*

§. XXII.

*Dubia remouentur.*

§. XXIII.

*Consilii tamen est, vt certis iudicibus se submittant, quorum sententia stare tenetur coniux altera.*

§. XXIV.

*Dubia remouentur.*

§. I.

§. I.

Transimus ad iudicem caussarum, quae de matrimoniis illustrium agitantur dissoluendis, et praeprimis examinamus, an illustrium diuortia necessario, interueniente iudicis auctoritate, fieri debeant? Quod ad naturae attinet leges, omnes, qui in statu viuunt naturali, a iudicis plane sunt liberi potestate, ideoque in diuortiorum caussis iudicem habent nullum. Sic quoque iura Dei positiua nullibi praescribunt, vt diuortia iudicis fiant auctoritate, potius sacrae litterae, diuortia ex leuissimis caussis et pro arbitrio absque iudicis sententia facere, Iudaeis permittunt, dato solum repudii libello. Et licet Christus prauam hancce Iudaeorum consuetudinem correxit, solumque ob adulterium, idque,quod adulterii habet rationem, diuortia permisit, nullibi tamen praeceptum legimus, matrimonia non nisi iudicis auctoritate esse soluenda. Quid quod ex ipsis Christi verbis diuortia sine praeuio iudicis decreto erunt permissa. Interrogatus enim Christus, an per repudii libellum vxorem dimittere liceat (a)? respondit, hoc non licere, nisi ob id, quod adulterii rationem haberet. Inde Christus ob adulterium per repudii libellum, et sic sine iudice diuortium facere, permittit. Probat enim Iudaeorum consuetudinem se absque iudice separantium eatenus, vt permittat ob adulterii rationem diuortia, dato repudii libello, facta. Ast, alia ratio est status ciuilis, quo imperantis est, legibus cauere, ne quid fiat, quo tranquillitas salusque turbetur ciuium, ideoque dum multae confusiones ex diuortiis, priuato ciuium arbitrio susceptis, enascerentur, constitutum in plerisque inuenimus ciuitatibus, ne ciues absque praeuia caussae cognitione et insecuta iudicis sententia faciant diuortia. Ex quibus satis patet, non absolute necessariam esse iudicis in diuortiis faciendis sententiam,

(a) Matth. XIX.

tiam, licet imperantes legibus eam requirant ciuilibus. Faciunt huc, quae inter caetera argumenta pro suadendo diuortio Serenissimus Palatinus Elector vxori proposuit, verbis (b): *Denn obwohl die Gesezgeber, damit sie in dem Heyrathen so vieler 1000. gemeiner Personen gute Ordnung unterhalten, und gebührliche Schrancken stecken möchten, vor nöthig geachtet, denselben allerdings zu verbiethen, dass sie ohne vorhergehende Erkäntnis und gerichtliches Urtheil ihrer Obrigkeit und aus privat-Authorität einen so wichtigen Contract, als das Heyrathen, und daran dem gemeinen Wesen so viel gelegen, keinesweges auflösen sollen; so haben sie doch damit nicht gewollt, dass ein solches Urtheil zu dem Wesen der Ehescheidung allerdings nöthig, und ohnangesehen aller Umstände, so sich dabey befinden möchten, ganz und gar erforderlich wäre.*

*Aufs wenigste ist dieses die gemeine Meinung aller protestirenden Theologen und Rechts-Gelehrten, dass, gleichwie weder die Obrigkeitliche Bekräfftigung, noch die Priesterliche Einsegnung, sondern allein der rechtmäsige Consens und Einwilligung beyder Partheyen, die Ehe mache, also sey es auch, weder das Urtheil eines Weltlichen, noch die Meinung eines Geistlichen, darinnen das Wesen der Ehescheidung bestehe, und werde hierinnen des Richters öffentliche Declaration und Erklärung nur darum erfordert, unter den Unterthanen dadurch Confusion und Unordnung zu verhüten.* Conf. Nov. 140. c. 1. L. 8. C. de repud. *Diese Lehre ist so unstreitig unter den protestirenden Casuisten und Gewissens-Lehrern, dass der hochberühmte Gisbertus Voëtius, einer von denen gewissenhafftesten reformirten Gottes-Gelehrten* (Polit. Eccles. lib. III. Tract. I.) *und welcher deswegen uns zum Zeugen vor allen andern dienen kan, als er einsmals Raths befraget worden, ob zwey Particulair-Personen, so sich billiger Ursachen wegen geschieden, aber weil sie unter Päbst-*

(b) LVNIG. *Selecta scripta illustrium p. 427.*

*Päbstischer Obrigkeit wohnhafft; kein Entscheidungs-Urtheil hätten erhalten können, sich wohl anderwärts verheyrathen möchten, zuvor sie dessen öffentliche Permission erlangten, nicht angestanden hat, recht auszusagen, dass es nicht nur in diesem, sondern auch andern Fällen wohl geschehen möhte, mit zuthun, dass aber dabey die Obrigkeit ihr Ansehen zu handhaben und gute Ordnung zu erhalten, solche Personen mit einer Strafe zu belegen, Macht hätte, und im übrigen dann ratificiren und bekräftigen, und was anfangs zu mangeln geschienen, ex post facto suppliren und ergänzen könte.*

*Welche Erörterung dieser nahmhaffte und berühmte Lehrer nicht hätte geben können, wenn er dafür gehalten, dass das Urtheil des Richters zu dem Wesen der Ehescheidung gehörte; zum Beweisthum dessen, und sonst um keiner andern Ursache oder Umstandes wegen, der auf das Factum oder auf das Ius praesentis casus sein Absehen haben möchte, wir ihn dann alhier angezogen. Wann aber gleich schon durch die Verordnung der heutigen Geseze die Sentenz oder das Urtheil des Richters zu den Ehescheidungen der particulier-Personen allerdinges und ohnerlässlich nöthig, und die Geseze und übliche Gewohnheiten der alten Hebräer, Griechen und Römer heutiges Tages so sehr verdammet wären, als sie vor Alters seynd zugelassen, und von GOtt und Menschen gut geheisen worden; So ist es iedoch gewis, dass solche neue Ordnungen dieienige Personen, über welche kein Richter gesezt ist, den sie in dieser Sache zu ersuchen verbunden seyn, nicht angehen können.*

*Nachdem es nun gewis, dass die protestirende Fürsten in Teutschland, Krafft ihrer obersten und höchsten Gewalt und der Freyheit, die sie anizo per pacem religiosam und die Reichs-Geseze besizen, in dieser Sache keinen Richter über sich haben, in dem die Iurisdictio ecclesiastica, die vor diesen der Bischoff zu Rom*

*Rom exercirte, suspendiret ist; so folgt nothwendig, dass ihre Ehescheidungen wesentlich von keinen process - Formalitaeten und richterlichen Sententiis oder Urtheln dependiren, wo man nicht ihre Condition und Zustand ärger und unerträglicher machen will, als des geringsten von ihren Unterthanen, und wo man sie nicht nur desjenigen, welches die Natur, ihr Stand und das allgemeine Recht ihnen gönnet, zu berauben, sondern auch ihren billigen Vorzug in eine immer währende Vnruhe, so elende Vnterwerffung, da keine Hoffnung einiger Befreyung vorhanden, zu verwandeln begehret.*

§. II.

Illustres alterius non subiecti imperio, solis naturae Deique positiuis iuribus viuunt (C.III. S.I. §.1.). Haecce vero iura ad diuortium faciendum iudicis sententiam necessario haud requirunt (§.1.). Ergo illustres alterius non subiecti imperio absque causae cognitione et iudicis sententia a coniugii vinculo se liberare possunt, modo in conscientia satis sint persuasi, causam adesse diuortii a Deo in sacro permissam codice. Hinc antiquiori tempore vix aliqua pontificum in diuortiorum causis potestas, sed vel ipsi sibi ius dicebant imperantes, vel vt conscientiae consulerent suae, episcoporum concilium conuocantes iis causae commiserunt examen et iudicium, immo episcopis prouinciae proceres legimus adiunctos. Sic Carolus M. diuortium cum Desiderata Longobardorum Regis filia facturus sacerdotes cum proceribus regni adhibuit in consilium (c).

§. III.

Licet vero pontificum in matrimonialibus causis illustrium, qui cum imperio praesunt summo, nulla sit potestas (II) illi tamen ab antiquissimis iam temporibus omni labo-

ra-

(c) EGINHARDVS *Vita Carol. M.* c. XVIII. MONACHVS SANCTI GALLI lib. II. c. XXV.

rarunt studio, vt diuortiorum caussas ad suum vocarent tribunal. Inde primo matrimonia in sacramentorum retulerunt classem, et spiritualibus annumerarunt negotiis. Ex quo facili obtinuerunt negotio, vt, sicuti reliquae spirituales, sic quoque diuortiorum causae pontificis subiicerentur iurisdictioni, et de nuptiis summorum imperantium dirimendis non nisi Romanus pontifex vel ipse vel per vicarios iudicaret. Eius iam saeculo IX. summa in huiusmodi caussis fuit auctoritas. Lotharius enim imp. A. DCCCLVI. Thietbergam diuortio dimittens, a pontifice anathemate coactus ad retinendam in coniugio vxorem (d). Henricus IV. imp. cum a Bertha coniuge diuelli cuperet, remque ad concilium Germaniae principum detulisset, Papa interueniente et censuram ecclesiasticam comminante, a proposito desistere est obligatus (e). Qua auctoritate in Philippum Aug. Galliae R. pontifices sint vsi, ex iis patet, quae de eius diuortio supra iam exposuimus (f), Innocentius III. Henricum Castellae Regem iussit Mafaldam dimittere coniugem, sibi consanguinitate coniunctam, quod ni faceret excommunicationem omniaque minatur mala (g). Alphonsum IX. Legionis Regem ob nuptias cum Theresia consobrina initas, Coelestinus Papa excommunicauit, eumque vt vxorem, duorum licet filiorum ex hocce coniugio matrem, dimitteret, coegit. Idem dum postea, Berengariam sibi tertio computationis Canonicae gradu coniunctam, duceret, iterum excommunicatus ab Innocentio III., a censuris non fuit absolutus, vsque dum repudiasset coniugem (h).



(d) *C. III. Sect. II. §. 6. et 7.*
(e) Vide *C. III. Sect. II. §. 14.*
(f) *Cap. II. §. 31. 32. 34.*
(g) Supra *Cap. II. §. XII.*
(h) Supra *Cap. II. § XIII.*

§. IV.

Tractis ad forum ecclesiasticum matrimonii caussis, (§. 3.) pontifices et episcopi, non quoad priuatos solum, sed quoque quoad illustres, in quieta iurisdictionis matrimonialis possessione manserunt, vsque dum Saec. XVI. reformatis a Luthero sacris, varia regna pluresque Germanici imperii prouinciae, excusso pontificis iugo, eius in ecclesiasticis et matrimonialibus causis potestatem amplius haud agnoscerent. Ex hoc tempore duplex supremorum imperantium conditio. Ii enim, qui puriora profitentur euangelicorum sacra, reiecta pontificum et episcoporum in ecclesiasticis potestate, pristina vindicarunt iura, indeque superiorem et iudicem in caussis non agnoscunt ecclesiasticis ac matrimonialibus (i). Illi vero, qui pontificiorum adhaerent principiis, pontificem et episcopos habent iudices; proinde non nisi praeuia causae cognitione et pronuntiata ab ecclesiastico iudice sententia, eorum matrimonia dissoluuntur. Tractantur huiusmodi caussae ordine processus, in iure Canonico proscripti, prout docent exempla diuortiorum tam exterorum quam Germanorum a B. STRVVIO collectorum et in hoc volumine exhibitorum.

§. V.

Imperantes summi euangelicam agnoscentes veritatem iudicem in diuortii non habent caussis (§. 4.). Nihilominus tamen consilii exigit ratio, ne sibi soli credat imperans, quippe qui, prout in dissidiis fieri solet matrimonialibus, ira et affectibus repletus facile ad ea progredi potest, quae Dei non conueniunt praeceptis, quaeue ipsum sibi compotem factum et affectibus liberatum poeniteat. Recte proinde sibi consulunt illustres supremi imperantes, qui,

(i) LVDOVICI *de iudice in caussis principum protestantium matrimonialibus* §. 14.

qui, iudicem non habentes, minime pro arbitrio vxores dimittunt, sed potius causam vel ordinario matrimonialium causarum iudici submittunt, vel proceribus regni, aut alii cuidam ex compromisso committunt decidendam. Duplex exinde commodum. Nam et suae consulunt conscientiae, et liberis prosunt, quippe qui ex nouo forsan nati matrimonio absque causae cognitione soluto, pro liberis ex polygamiae concubitu progenitis haberi, et a successione excludi facile possunt. Inde supremi imperantes vxores repudiare cupientes, illas non nisi praeuia causae cognitione et lata sententia dimittere solent. Exemplum praebet Henricus Octauus A. R. qui diuortium cum Catharina Hispanica facturus, comitia regni conuocauit, iisque causae commisit examen decisionemque (k).

## §. VI.

Illustres superiorem habentes sunt imperii status. In horum matrimonii causis olim imperatorem cognouisse, et ex ipsa imperii indole (l) et variis colligi potest exemplis. Henricus Auceps, adhuc Dux Saxoniae, Hatburgem monialem sibi copulauit ideoque Sigismundus Halberstadiensis episcopus eum excommunicauit, ast Conradus I. imp. ab Henrico imploratus, episcopum, vt ab excommunicatione abstineat, iussit (m). Anno MCCXII. Philippus imperator Primislaum Ottocarum Bohemiae regem, eo quod di-



(k) Vide supra *cap. II. §. 53.*

(l) IO. LAVNOIVS magnae doctrinae Doctor Sorbonnicus in erudito tractatu *de regia in matrimonium potestate* hoc non solum de impp. Germanicis sed quoque Francorum aliorumque populorum Regibus idem probat. Adde MARSILIVM PATAVINVM *de iurisdictione imp. in causis matrimonialibus* apud GOLDASTVM *T. II. Monarch. p. 1389.* OCCAM *de iurisd. imper. in causis matrim.* apud GOLDAST. *L. C. p. 21.*

(m) *Cap. III. Sect. II. iur. her. §. 13.*

missa legitima sua coniuge, Misniae Marchionissa aliam Bulgariae R. filiam superinduxisset, ad sacrum citauit imperiale Consistorium, contumacem condemnauit, proscripsit et regno priuauit. Fridericus I. imp. A. MCLXIII. Henrici Leonis, Bauariae et Saxoniae Ducis diuortium cum Clementia, Conradi Zaeringiae D. filia, adprobauit. Ludouicus Bauarus imp. non solum in gradibus prohibitis inter Ludouicum Brandenburgicum et Margaretham Carinthiae Ducissam dispensauit, sed etiam diuortii tulit sententiam, quae postmodum a Papa et Episcopis fuit adprobata.

## §. VII.

Ast sicuti reliquis imperantibus, sic quoque Germaniae imperatoribus cum iure circa sacra iurisdictio in causis ecclesiasticis est erepta, et ad pontificem eiusque satellites episcopos transiit ipseque imperator in causis ecclesiasticis et matrimonialibus pontificem agnouit superiorem et iudicem.

## §. VIII.

Posteaquam vero Lutherus sacra expurgauit, plures ex imperii statibus euangelicae accesserunt religioni, reliqui vero pontificibus manserunt, et adhuc manent, addicti. Hi ex principiis suae religionis non nisi pontificem et episcopos in ecclesiasticis habent superiores, ideoque in matrimonii diuortiorumque causis absque vllo dubio pontificis et episcoporum subsunt iurisdictioni. Illi vero pontificis episcoporumque auctoritatem non agnoscentes sibique ipsis iurisdictionem ecclesiasticam in suis vindicantes territoriis, nec pontificem, nec episcopos in diuortii causis habent iudices, imo nec imperatorem, quippe cui ex suae religionis principiis nulla competit iurisdictio in matrimonialibus,

quam

quam omnem in Papam transtulit, hactenus non recuperatam.

## §. IX.

Magna inde enata est disceptatio, de iudice statuum imperii protestantium in caussis matrimonialibus. Quae vt publica definiretur imperii lege, vel saltim protestantium tolleretur pacto, omnino quidem optandum, ast valde dubitandum est, an vnquam huiusmodi decisio possit expectari (n). Interim non desunt, qui imperatorem faciunt iudicem, eumque per iudicium aulicum vel per cameram vel per commissarios de diuortii caussis posse cognoscere, credunt. Alii huiusmodi causas ad Austraegas deferunt, rursus alii asserunt, status protestantes per propria consistoria suas matrimonii causas posse definire. Tandem alii affirmant, absque vlla causae cognitione et iudicis sententia status euangelicos suas recte dimittere vxores, modo sufficientem diuortii causam se habere, sint persuasi. Imo sunt, qui suadent, commune protestantium iudicium huiusmodi caussis esse constituendum. Nos singulorum argumenta prius examinabimus, ac deinde nostram addemus sententiam.

## §. X.

Et primo, qui fundatam camerae credunt iurisdictionem in caussis protestantium matrimonialibus, sunt non pauci (o). Eorum argumenta ad haecce redeunt capita. I) protestantes causas matrimoniales ad ciuiles referre, cameram autem in ciuilibus statuum negotiis iudicandi habere

(n) LYNCKER. *de libertate statuum p. 43.*

(o) P. F. MINDANVS *process. lib. I. c. X. n. 5.* MEVIVS *ad ius Lubec. lib. I. tit. IV. n. 48.* BOCER. *de iurisd. c. III. n. 80.* SCHROETER. *diss. de eo quod iustum circa malitiosam desertionem th. 34. med.*

bere potestatem. II) Cameram non solum a secularibus, sed quoque ab ecclesiasticis constitui principibus, hi cum iurisdictionem habeant ecclesiasticam, illam quoque camerae demandare potuisse, III.) Cameram in caussis matrimonialibus assessorum aliorumque cameralium personarum esse iudicem competentem, argumento *ord. Cameral.* P. I. tit. 49. §. 4. et inde eodem modo de statuum quoque diuortiorum caussis iudicandi potestatem habere. Ad haecce vero argumenta recte respondetur, quoad 1) protestantes quidem matrimoniorum caussas reputant ciuiles, minime tamen idem sentit, imperator, cuius auctoritate hoc iudicium exercetur, imo status imperii illud constituentes, et qui ei praesunt assidentque, caussas matrimoniales pro ciuilibus non habent, ideoque earum cognitio nec adsignata vnquam nec vindicata est camerae. Quod 2) camerale iudicium iurisdictionem potestatemque non a statibus, sed ab imperatore habet, et licet vel maxime eam a statibus acciperet, principes tamen ecclesiastici in constituendo iudicio camerali non qua archiepiscopi, Episcopi et Abbates, iurisdictionem ecclesiasticam habentes, concurrunt, sed qua status et principes imperii, ex principiis suae religionis iurisdictione destituti ecclesiastica, quam proinde cum camera non communicant. Quoad 3) ad ordinationem quidem cameralem prouocatur, ast eius verba infra (p) adscripta non lo-

(p) *Ord. Cam. P. I. tit. 49. §. 4. So wollen die Kaiserl. Majestät alle und jede des Kaiserl. Cammer Gerichts- Personen in I. K. M. des Heil. Reichs Verspruch, Schuz und Schirm hiermit aufgenommen auch allen Churfürsten, Fürsten, Ständen und Städten und sonderlich denen nechstgesessenen des Orts, da das Cammer- Gericht jederzeit gehalten wird, obgemeldte Personen, bey solchen der Kaiserl. Majest. und des Reichs Schuz und Schirm zu handhaben, und zu erhalten, hiermit ernstlich aufgelegt und befohlen haben.*

loquuntur iurisdictionem in caussis matrimonialibus, imo ne argumento legis hancce exinde iurisdictionem deducere poteris.

§. XI.

Nos putamus, camerae in caussis matrimonii vinculum concernentibus nullam competere iurisdictionem. Nam *primo*, tempore constituti iudicii cameralis caussae matrimoniales vniuersim in imperio pro ecclesiasticis habitae, episcoporum et pontificis iurisdictioni erant reseruatae, ideoque camerali iudicio, cui solummodo seculares committebantur caussae, nulla in diuortiorum caussis tributa est potestas. *Deinde*, quam tempore fundati iudicii non accepit iurisdictionem camera, illam nec postea obtinuit, dum catholici nunquam de caussis matrimonii vinculum concernentibus iudicandi potestatem ei tribuerunt, nec protestantes circa huiusmodi causas aliquid concessisse, vllibi legitur. Potius protestantes voluerunt, vt cognitio in matrimonii caussis camerae plane interdiceretur iudicibus, quod et factum per memoriale visitationis in comitiis Spirensibus datum d. VIII. Dec. MDLXX. in quo §. 7. *Wann auch der Kayserl. Majestät in etlichen visitations-Relationen und Abschieden fürkommen, dass Ehe-Sachen an Cammer-Gerichte angenommen werden, da doch in solchen Sachen des Cammer-Gerichts iurisdiction nicht fundirt, als will mann Cammer-Richtern und Beysitzern hiermit befohlen haben, solche oder auch andere Sachen, so dahin nicht gehörig, keineswegs anzunehmen.* Huc quoque facit decretum (q) in conferentia euangelicorum die XIX. Decembr. MDCCXIII. cuius verba: *Nachdem man Zeit währender Visitation so viel erfahren, als ob verschiedene Sachen, so ihrer Natur und Eigenschafft nach, und Vermög des Passauischen Religions-Vertrags, Westphälischen Friedens-Schlusses und an-*

(q) Extat *in elect. iur. publ. T. XVIII. p. 319.*

anderer Reichs-Gesezen vor das Cammer-Gericht nicht gehörig, gleichwohl unter allerley Vorwand dahin gezogen, und Process und Mandata darinn erkannt worden wären; gestallten dann eine geistl. Sache der Augspurgischen Confessions-Verwanden wegen angezogener Nullitäten, auch zuweilen hierunter Ehe-Sachen auf gewisse Maasse vorzunehmen, und zu erörtern zwar für unbedencklich gehalten worden, hingegen aber dergleichen die Römisch-Catholische betreffende Sache daselbst nicht angenommen, und also hierdurch die in angeregten Westphälischen Friedens-Schluss vorgeschriebene klare Regul unter beyderseits Religions-Verwandten in solchen Sachen Gleichheit zu halten, denselben zuwieder der Gebühr nicht beobachtet worden seyn soll; Derohalben seye, bis das gesammte corpus Euangelicorum einen gewissen Schluss in ein und anderm gefasset, inzwischen auf Special-Instruction der dieser Visitation würcklich noch beywohnenden Höchst und Hohen Herren Principalen Evangelischen Theils, dem Herrn Praesidenten und Beysizern A. C. die geziemende Vorstellung dahin zu thun, wie man sich versehe, sie würden Dero löblichen Eyfer vor die Beobachtung der Reichs-Grund-Geseze noch fernerhin dergestallt bezeigen, damit durch ihre Vorsorge und einmüthigen guten Vernehmen ohnpartheyische Iustiz administriret, in obgedachten und andern Fällen alles Nachtheil von denen Chur-fürsten, Fürsten und Ständen Evangelischen Theils abgewendet, und keiner Vngleichheit zwischen ihnen und denen Catholischen, unter dem Vorgeben einer Possession, Observanz oder anderer dergleichen Einwendungen, als welche wieder mehr gedachten Friedens-Schluss nicht angezogen werden können, noch sollen, Plaz gegeben, sondern vielmehr bey dergleichen sich wider Verhoffen etwa ereignenden Begebenheiten gehörigen Orts davon Bericht erstattet werde: Wie man denn auch insonderheit wegen des von einem zeitigen Herrn Cammer-Richter oder dessen Amts-Verweser praetendirenden voti decisivi auser allem Zweiffel stellte, sie würden mit solcher Reichs-Sazungs-mässiger Behutsamkeit in denen

*nen Fällen, da man sich dessen bedienen zu können glaubte, zu verfahren wissen, dass allenfalls die Iura Statuum Evangelicorum ungekränckt bleiben. Von sothanen Concluso wäre dem Herrn Praesidenten, Grafen von Solms, Abschrifft zuzustellen, um denen Herrn Assessoribus Evangelischen Theils davon beliebige Nachricht zu geben, und sich dessen, sonst seiner Beywohnenden Erfahrenheit und Prudenz nach, zum gemeinsamen besten des Evangelischen Wesens zu gebrauchen.*

Conclusum in conferentia Euangelicorum die XIX. Decembr. MDCCXIII.

Tandem ICti camerales fere omnes consentiunt, in caussis matrimonialibus camerae fundatam non esse iurisdictionem easque ad forum remitti ecclesiasticum, vberius docent. Sic GYLMANNVS (r), DENAISIVS (s), GAILIVS (t), de LVDOLFF (u), BLVM (x) cum quibus faciunt P. M. WEHNER (y), LIMNAEVS (z), aliique plures.

## §. XII.

Progredimur ad iudicium aulicum imperatoris, et non desunt, qui hic iudicem in caussis illustrium matrimonialibus inuenisse sibi persuadent. Sunt ex eorum numero TEXTOR (a), DECKHER (b) et auctor scripti, quod du-



(r) *Symphorem. consult. for. T. I. P. I. tit. 2.*
(s) *de iure camerali concl. CLXXXVII.*
(t) *lib. I. obseru. CXII. n. 17.*
(u) *de iure feminarum illustr. p. 34. obseruat. forensium n. 278. et clarius adhuc obseru. 200.*
(x) *praxi cameral. tit. XLIII. §. 14.*
(y) In notis *ad reform. polit. Rothweilensem p. 135.*
(z) *Iure publico lit. IV. c. 8. n. 92.*
(a) *disp. ad R. I. nov. disp. I. th. 74. et 75.*
(b) *in vindic.* BLVM. *Tit. XXVII. p. 286.*

cissae Mecklenburgicae nomine prodiit sub titulo: *Gründliche Ausführung und Deduction, dass in Sachen Ihro Hochfürstl. Durchl. der Frau Herzogin zu Mecklenburg, gebohrner Fürstin zu Nassau Diez an einem und Ihro Hochfürstl. Durchl. des jezt regierenden Herrn Herzogs zu Mecklenburg anderer Seits entstandener Ehe Strittigkeit, des Hochpreissl. Kayserl. Reichs-Hofraths iurisdiction und cognition mit besten Rechten fundiret* (c). Ad suam probandam sententiam prouocant non solum ad argumenta, quae vulgo pro camerae fundanda iurisdictione afferuntur, sed iis quoque addunt sequentia. *Primo* imperatorem ab antiquissimis temporibus iurisdictionem habuisse ecclesiasticam, variaque exempla, quod eam in matrimonii diuortiorumque caussis exercuerit, probare. Et licet haec ab episcopis et pontificibus imperatori erepta sit potestas, illud tamen iniuste esse factum, et suspensam intuitu protestantium iurisdictionem pontificis et episcoporum ecclesiasticam, iure postliminii ad eum rediisse post pacem religiosam et Westphalicam. *Deinde*, iurisdictionem ecclesiasticam esse partem superioritatis territorialis, et sicuti hanc ab imperatore status sint consecuti, ita quoque iurisdictionem ecclesiasticam ab eodem status tenere. Necesse enim esse, vt iurisdictionem habeat ecclesiasticam, qui talem statibus concedit, imperator. Imperatorem iurisdictionem exercere suam per iudicium imperii aulicum; Ergo illustre hoc iudicium in protestantes iurisdictionem ecclesiasticam, quippe quae imperatori competat, exercere sicque caussas diuortiorum illustrium iudicare posse. *Tandem* causas ecclesiasticas et sic quoque matrimoniales ad iudicium pertinere aulicum, clare loqui *ordin. iudic. aul.* tit. 2. pr. Ast hisce argumentis recte opponi

(c) LVNIG. *scripta selecta illustrium p. 851.*

poni potest (d). Quoad 1) negari quidem non potest, olim imperatori iurisdictionem in imperii status competiisse ecclesiasticam, ast hoc quoque certum, imperatorem fere omne ius sibi circa sacra competens pontifici et episcopis reliquisse, hosque in possessione vel quasi iurisdictionis ecclesiasticae caussasque iudicandi matrimoniales, aliquot saeculorum vsu esse confirmatos. Et licet imperator ex superstitione magis quam praemeditato animo sua pontifici et episcopis concesserit sacrorum iura, haec tamen facta est concessio, et facta a successoribus approbata; Imo adhuc hodie approbatur. Affirmant omnes, probantque rerum gestarum monumenta, post Henrici V. tempora et ante sacrorum susceptam a Luthero reformationem, in matrimonii caussis nullam sibi auctoritatem vindicasse imperatores, sed vt omnes ecclesiasticas caussas, sic quoque matrimoniales, suo quasi iure sibi adscripsisse pontifices episcoposque, imperatore tacite consentiente. Quam ante sacrorum in Germania repurgationem episcopi pontificesque habuere, iurisdictio, contra Augustanae confessionis electores, principes, status etc. per pacem Religiosam (e) aeque ac Osna-

 bru-

(d) Negant iudicii aulici iurisdictionem in caussis matrimonialibus MYLER ab EHRENBACH *resolutione* apud LVNIG *thesauro von Grafen und Herren p 573.* ibi: senatus imperii aulicus in hac caussa matrimoniali iudex esse non potest, quoniam senatus aul. imper. iurisdictione ecclesiastica, ad quam iuxta principia catholicorum matrimoniales pertinent, plane destituitur. Secundum canonistas XII. de *foro competente* c. II. de *iudiciis* concil. Trident. tit. de matr. c. 12. *Ohnstreitige rationes warum so wenig der Hochpreißl. Kayserl. Reichs-Hofrath als das Kayserl Cammer-Gericht in caussis ecclesiasticis und davon dependirenden matrimonialibus derer Evangel. Churfürsten, Fürsten und Ständte, ihnen keine cognition anmaßen noch decidiren können* apud LVNIG. sel. scripta illustrium p. 884. Adde de LVDOLF de iure feminarum illustr.

(e) *Pax religiosa Art. VII.*

brugenſem (f) penitus et cum omnibus effectibus eſt ſuspenſa vsque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis. Fruſtra vero affirmatur, ſuspenſam pontificis epiſcoporumque iurisdictionem eccleſiaſticam in imperatorem iure transiiſſe poſtliminii. Nec in religioſa, nec in Weſtphalica pace, iura imperatoris circa ſacra transactionis fuerunt obiectum, tunc nullam ſibi in eccleſiaſticis cauſſis vindicante iurisdictionem imperatore. Vtriusque pacis obiectum fuit tranquillitas publica, quae ne inter vtriusque religionis ſtatus eorumque ſubditos per iurisdictionis eccleſiaſticae turbetur exercitium, omnis ſuspenſa eſt catholicorum in A. C. addictos iurisdictio eccleſiaſtica (g). Dum omnis iurisdictio eccleſiaſtica in A. C. electores, principes, ſtatus eorumque ſubditos ſit ſuſpenſa, nulla quoque iurisdictio catholicorum in dictos electores, principes, ſtatus eorumque ſubditos locum habet ac proinde nec imperatori aliqua in eos competere poteſt. Clare enim loquuntur pacis Osnabr. verba: *omnem*, et inde quoque imperatoris, ſi qua ei competeret, iurisdictionem penitus et cum omnibus effectibus vsque ad diſſidiorum compoſitionem eſt ſublata. Non igitur video, quo fundamento imperatori iu-

(f) *Pax Osnabr. Art. V. §. 48.* ſeu ex aliorum div. §. 16. ibi: *ius dioeceſanum et tota iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Auguſtanae confesſionis Electores, principes, ſtatus comprehenſa libera imperii nobilitate, eorumque ſubditos, tam inter Catholicos et Auguſtanae Confeſſioni addictos, quam inter ipſos ſolos Auguſtanae Confeſſionis ſtatus vsque ad compoſicionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuspenſa eſto, et intra terminos territorii cuiusque ius Dioeceſanum et jurisdictio eccleſiaſtica ſe contineat.*

(g) Clare hoc patet *ex cit. Art. VII. pacis Rel.* ibi: *vt etiam vtrique religioni adhaerentes eo magis in ſtabili pace et bona ſecuritate inter ſe et ſimul cohabitare et permanere poſſint, ideo eccleſiaſtica jurisdictio - - aduerſus Aug. Confeſſionem, religionem, conſtitutiones non exerceatur.*

iurisdictio in caussis statuum euangelicorum matrimonialibus tribui possit. Quod *deinde* ad alterum attinet argumentum, verum quidem est, imperii status cum superioritatis et territorii iure iurisdictionis ecclesiasticae exercitio gaudere, concedo quoque, vt liberalis sim, status superioritatem territorialem et cum ea iurisdictionem ecclesiasticam ab imperatore habere, licet multa sint, quae hic moneri possent, exinde tamen argumentando consequi haud credo, vt necessario, qui aliquid concessit, illud adhuc habeat, seu vt imperatori, qui statibus cum superioritate ius circa sacra reliquit, illud adhuc competat. Potius omnis, quae imperatori competere potest, iurisdictio ecclesiastica penitus per pacem Westphalicam cum omnibus suis effectibus vsque ad compositionem dissidii religiosi est sublata. Ergo tamdiu ac haec compositio haud secuta, imperatoris quoque iurisdictio manet sublata, nullaque ei in protestantium caussis matrimonialibus, quatenus concernunt vinculum, est potestas. *Tandem* cum ex Articulo 2. *ordinat. iudicii aulici nouiss.* iurisdictionem iudicii aulici in caussis ecclesiasticis fundare cupiunt, fateor me in citato loco ne verbum quidem huc faciens inuenisse. Et licet forsan in allegato subsit error, et titulus I. subintelligatur, vbi: *thun auch hiermit befehlen, dass nicht allein bey dem Cammer-Gericht, sondern auch bey unsern Kayserl. Reichs-Hofrath, sowohl geistl. als weltliche Sachen - - mit Zuziehung beyderseits Assessoren in gleicher Anzahl erörtert und entschieden werden*, tamen et hunc locum aliquid probare, mihi persuaderi non patior. Nam 1) imperator iudicio aulico committere nequit, quam ipse non habet, iurisdictionem ecclesiasticam 2) caussae ecclesiasticae in loco citato eodem modo iudicio aulico ac camerae adscribuntur, inde ex citato textu idem ius camerae cum iudicio competit aulico, ast camera non recipit caussas ecclesiasticas, sed eas ad forum remittit ecclesiasticum

cum (§. XI.). Ergo idem de iudicio aulico erit dicendum. Quando vero res ecclesiasticae in ordinatione iudicii aulici celsissimo huic iudicio assignantur iudicandae, hoc de aliis intelligi non potest caussis, quam quae naturam ciuilium participant, quales sunt, si de possessione vel quasi rerum ecclesiasticarum aut de facto saltem controuertitur v. g. si quis spoliatus sit beneficio ecclesiastico, vel turbatur in iure patronatus. Iudicium enim possessorium neque quantitatem neque qualitatem rei spiritualis concernit, et quaestio facti est mere profana, inde in hisce casibus tam in prima quam in secunda instantia iudicium aulicum iudicat. Hinc recte et imperatori et iudicio imperii aulico iurisdictionem in caussis negamus matrimonialibus, quam etiam imperator vi religionis, quam profitetur, nec desiderat nec delatam acceptaret. Huic sententiae magna doctorum cohors suum addidit calculum (h).

## §. XIII.

Progredimur ad eos, qui statuunt, iudices euangelicorum statuum in caussis matrimonialibus esse commissarios ab imperatore ad alterius preces datos, modo eiusdem cum litigantibus sint religionis. Tuetur hanc sententiam MYLERVS ab EHRENBACH (i), eius verba haec sunt: *Ideo in hisce controuersiis matrimonialibus, vbi de vinculo, diuortio et separatione, aut repudio agitur, consultius fore iudico, vt pars grauata caussam per modum querelae Caesareae Maiestati supplici libello offerat, ac pro decernenda commissione, et quod eam aut duo-*

(h) SCHWEDER. *ius publ. P. Spec. I. cap. XII. §. 8.* LVDOVICI *de iudice in causis principum protestantium matrim. §. 30.* LYNCK. *de immediat. imperii protestantium foro in causis matrimon. Sect. II. n. 19.* STRVV. *corp. iur. publ. cap. XXV. §. XXVIII.*

(i) In quaestione: *quisnam sit iudex competens tam in petitorio quam in possessorio. si lis vertatur, inter principem aut comitem imperii et eius coniugem de vinculo matrimoniali eiusque separatione* apud LVNIG. *thesauro von Graffen und Herren p. 574.*

*duobus principibus, aut aliis statibus imperii Augustanae confessionis committere velit, humiliter petat, quo secundum leges matrimoniales Augustanae confessionis, non vero secundum canones, cognitio fiat. Qualem commissionem Caesarea Maiestas absque difficultate iure decernit; cum talis commissio ex imperio magis quam iurisdictione proficiscatur; eamue imperator hoc in casu ex plenitudine potestatis dare queat, per Reichs-Abs. zu Cöln, de Anno MDXII. §. zum dritten, nachdem täglich der Partheyen, ac Reichs-Abschied zu Worms de Anno MDLXIV. §. dieweil dann CLXI. uns aber als Haupt, in allweg gebühren will, ob schon gar niemand bey uns anhielt, dennoch nicht zu feyern, sondern für uns selbsten die Frommen zu schützen und zu schirmen; R. A. zue Augspurg de ann. MDXXX. §. weiter nach dem ie, CLXI. dennoch wollte uns als einen christlichen Kayser, der Rechts niemand weigern solle, nichts anders gebühren. Quo congruit text. notabilis in C.* illa a quo 13. §. penult. ibi: Principale auxilium implorandum est. DD. ad SCt. Trebell. *Qui principes ab imperatore delegati, ceu commissarii caussam hanc matrimonialem cognoscendam et decidendam suis subdelegatis partim Theologis, partim Politicis, iuxta morem regionis committere possunt. Ac quo sententia concepta maiori firmitate nitatur, faciliusue executioni mandetur, illa ante publicationem suo ordinario et committenti imperatori ad confirmandum transmittenda erit, qua ratificatione obtenta, nomine et authoritate imperatoris publicabitur et executioni mandabitur.* arg. dict. *R. A. zu Cöln etc. Anno MDXII. zum dritten, nachdem täglich.* Cum MYLERO consentit TEXTOR (k) et LYNCKER (l), qui statuit, imploratum Caesarem committere cau-

(k) *Ad Recessum imp. nouiss. thes.* 77.

(l) LYNCKER *de libertate statuum p.* 43. vt et in tr. *de commissario imperiali in caussis iustitiae* §. 10. *et de grauamine extraiudiciali p.* 538. *et p.* 542.

causam solere eiusdem religionis commissariis, quam viam tanquam tutiorem commendat, ast iudicium suspendit, quid tunc faciendum, si altera pars commissionem detrectet.

## §. XIV.

Posteaquam vero vberius deduximus nullam in caussis ecclesiasticis esse imperatoris iurisdictionem (§. 12.), putarem, eum quoque per commissarios causas iudicare non posse matrimoniales statuum imperii. Quomodo enim delegare poterit iurisdictionem, qui talem non habet? et quomodo plus sibi vindicare poterit commissarius, quam vel ipse habet committens. Quod ex plenitudine potestatis huiusmodi commissarios dare possit imperator, loca a MYLERO citata non probant. Licet enim ex iis clare pateat, imperatorem etiam non rogatum commissarios dare posse, hoc tamen de iis solum caussis intelligi poterit, quae iurisdictioni subsunt imperatoris. Caussas suae haud subiectas iurisdictioni sibi ex plenitudine potestatis vindicare, vix imperatori status permittent. Exempla, quibus harum commissionum vsum docere volunt, non probant, quae probare debent, dum ne vnicum quidem afferri potest, ex quo pateat, imperatorem in caussis, vbi de matrimonii vinculo actum, dedisse commissarios, hosque a partibus fuisse agnitos ac caussam sententia definitam.

## §. XV.

Prima statuum instantia est forum Austraegarum et sunt non pauci, qui diserte adfirmant, status in matrimonialibus et diuortii caussis Austraegarum agnoscere oportere forum (m). Praecipuum, quo vtuntur, argumentum de-

(m) MINDAN lib. I. c. X. n. 4. ZIEGLER. *in commun. conclus.* §. *Austraegae concl.* 2. *n.* 1. LIMNAEVS *de iure publ.* L. IV. c. 8. *n.* 96.

desumtum est ex *ordin. camerali* P. II. tit. 4. §. I. vbi ita: *So Praelaten, Grafen und Herren, die von Adel oder Stand einen Churfürsten, Fürsten oder Fürstmäsig geistl. oder Weltlichen mit Recht wollten beklagen, warum oder AVS WAS URSACH das wäre, soll der Kläger den Churfürsten, Fürsten oder Fürstmäsigen obgemeldt ersuchen etc.* In hoc textu verba: *Warum oder aus was Ursach das wäre*, generaliter loqui et generaliter intelligenda esse, ideoque omnes caussas seculares aeque ac ecclesiasticas, imo matrimoniales quoque, ad Austraegas pertinere. Deinde pro stabilienda sua sententia afferunt P. II. tit. II. *ord. cam. Mit Rechtfertigung, Churfürsten, Fürsten oder Fürstmäsigen Geistl. oder Weltl. in Spruch und Forderung.* Quemadmodum vero Austraegale iudicium est exceptio caussarum a iurisdictione camerae in prima instantia, et non alia ex ratione cameralis ordinatio de Austraegis disponit, quam vt sciant camerae assessores, quasnam in prima statim instantia accipere, quasnam vero ad Austregas ablegare teneantur, ita quoque Austregale iudicium per camerae ordinationem non nisi in iis fundatur caussis, quae in secunda instantia ad suprema imperii tribunalia possunt deferri (n). Haec vero cum de matrimonialibus caussis nec in prima nec in secunda instantia possint cognoscere aut iudicare, clarum est, iudicium Austraegarum per ordinationis cameral. citatum locum non fundari in diuortiorum caussis. Deinde quod ad textum P. II. Tit. II. *ordin. cam.* attinet, in eo quidem verba *Geistl. oder Weltl.* aliquoties repetuntur, ast locum curatius respicientes, facili obseruabunt opera, ea non de caussis ecclesiasticis, sed potius de

 caus-

*n. 96.* VINNIVS *disp. IV. ad proc. iud. th. 10. n. 52.* MEVIVS *ad ius Lubecense lib. I. tit. 4. n. 48. A. P. II. decis. 305.* WVRMSER. *exercit. iur. publ. 5. qu. 26.*

(n) REINCKING *de regim. eccles. lib. III. class. I. c. X.* SCHVBHARD *de Austraegis c. V. n. 88.*

caussis ecclesiasticorum principum seu statuum, pro sua natura ad iudicium camerae pertinentibus, intelligi oportere, ideoque huc minime pertinere. Tertio ea est iudicii Austraegalis natura, vt reus ad actoris instantiam certos intra tempus legitimum nominet iudices, quo praeterlapso tempore et non nominatis iudicibus, praeterita Austraegarum instantia ad suprema imperii tribunalia caussa ab actore est deferenda. Ponas igitur, coniugem reum iudices intra tempus legitimum non nominare, aut penitus Austraegas declinare, quonam remedio ad subeundum hoc iudicium eum cogi poteris? ordinaria sane locum vix inuenient, dum nec ad cameram nec ad iudicium aulicum res possit deferri, quippe quorum in matrimonii caussis suspensa est iurisdictio (§. XI. XII.). Vtrisque vero coniugibus de iudice compromittentibus, hi quidem caussam cognoscere et decidere non prohibentur, ast vix est, quod huiusmodi arbitrium forum dici possit Austraegale. Tandem si Iureconsultorum opiniones tibi probationem faciunt, negant Austraegarum in caussis matrimonialibus competentiam LVDOVICI (o), STRYCK (p), SCHVBHARD (q), MYLER ab EHRENBACH (r), LINCK (s) aliique.

## §. XVI.

Nec camera (§. XI.), nec iudicium imperii aulicum (§. XII.), nec imperatoria commissio (§. XIII.), nec Austraegae (§. XV.) sunt iudices in caussis illustrium euangelicorum matrimonialibus competentes. Ast praeter haecce iu-

(o) *de iudice in caussis principum protestantium matr.* §. 18.
(p) *de foro princ. et priuat. communi C. I. n. 93. sqq.*
(q) *de Austraegis c. V. n. 88.*
(r) *de princ et statibus imp. c. 20 n. 19.*
(s) *de immed. imp. protest. foro in caussis matrim. Sect. II. num. 17. seqq.*

iudicia aliud in imperio non est, cui status sint subiecti evangelici. Inde magna dubitatio, qua ratione diuortiorum controuersiae inter euangelicos illustres ortae definiri queant. Sunt primo, qui suadent: communi statuum euangelicorum consilio consistorium esse erigendum, cuius assessores auctoritate corporis euangelici constituti caussas euangelicorum iudicarent ecclesiasticas. Et quidem iam olim in aula Palatina de communi euangelicorum consilio erigendo esse agitatum, patet *aus dem Bedencken, so den 18. Mart. 1604. zu Heidelberg verfasset worden, wie die Anstellung eines General-Raths derer Ständte, so sich zu der Evangel. Religion bekennen, geschehen solle* (t). Ast res effectu fuit destituta, sicuti et in posterum existentiam nunquam nancisci poterit, ob innumeras difficultates, prout de hoc consilio iudicat LVDOVICI (u): *Quid nos ad istud consilium? optimum esse putamus, si abstractiue consideratur, moraliter tamen impossibile, si quis illud in effectum deducere niteretur. Quis enim rerum politicarum et negotiorum humanorum vel leuiter gnarus non mox videt, tot esse ineluctabiles difficultates, quot fere in eo consilio verba deprehenduntur.* Et paullo post. *Taceo difficultates, quae ex caussis innumeris aliis se circa hoc vniuersale Consistorium exserunt. Quisnam enim erit locus, in quo illud commode constitui possit, ita, vt in medio prouinciarum Protestantium deprehendatur? Unde desumi poterunt salaria assessorum, quae vix assessoribus camerae imperialis soluuntur, cum tamen camera a toto imperio dependeat? Et qua via demum exsecutio contra contumaces in effectum dari poterit? Integrum seculum requiri putamus, antequam omnes hae et eiusdem generis difficultates superentur. Imo licet superari possent, nunquam tamen durabilem harmoniam orituram esse censemus, vnde facile iterum collabesceret opus tanto labore adornatum. Et quid multis?*



(t) Apud LVNIG. *Staats-Consiliis T. I. p. 580.*

(u) *Diss. Cit. §. 39. et 40.*

*tis? ipsi huius Consistorii vniuersalis auctores de eiusdem successu statim eo tempore, vbi consilia in lucem prodierunt, desperare inceperunt.*

## §. XVII.

Alii suadent principibus, vt calamitatem malaque ex infelici oriunda matrimonio patienter ferant, a diuortio ob iudicis defectum abstineant caussamque adeo totam iustissimo diuino iudicio submittant, qui in eiusmodi coniugem refractariam et matrimonialis vinculi, quod sanctissime seruari Deus voluit, violatricem grauissima sine dubio poena suo tempore sit animaduersurus. Ast his quoque cum LVDOVICI (x) verbis respondemus: *Hoc monitum est non contemnendum, sed tale tamen, quod quaestionem praesentem non conficit. Suasiones enim a paribus, imo ab inferioribus fieri possunt; nos autem iudicem quaerimus, qui sententia sua inuitis etiam partibus controuersias matrimoniales dirimere possit. Nec etiam tales suasiones vbique locum inueniunt, cum donum continentiae omnibus principibus non sit concessum, sed rarius tam inter ipsos, quam inter priuatos quoque deprehendatur. Et cur pius princeps obligatus esset, vt in gratiam malitiosae desertricis ab vlterioribus votis abstineret?*

## §. XVIII.

Rursus alii, si diuortiii caussa inter coniuges diuersae agitur religionis, ob continentiam ad pontificum seu episcoporum forum eam existimant deferendam, et vt probent suam sententiam, afferunt, ita in caussa *Ysenburg* contra *Würzburg et Ysenburg* esse obseruatum. Iam quidem haud nego, maximum esse fauorem continentiae caussarum (y), sed requiritur, vt is, coram quo caussae tractantur con-

(x) *C. L.* §. *43.*
(A) STRYCK. *de foro principum et subditor. communi C. III.*

connexae, reuera iudicandi potestate gaudeat. Hanc vero Archiepiscopi, Episcopi catholici intuitu Euangelicorum non habent, dum omnis sit sublata per pacem religiosam aeque ac Westphalicam eorum iurisdictio. Quod de caussa Ysenburgica vulgo adduci solet praeiudicium, nil probat, dum comes hocce pro competente nunquam agnouit iudicium Episcopale.

§. XIX.

Deinde sunt, qui putant in certos compromittendum esse arbitros, qui caussam diuortii cognitam sua definiant sententia. De qua quid nobis videatur sententia, ex sequentibus patebit Paragr. Plures (z) statuunt, principem caussam suis committere oportere consiliariis, per quorum sententiam dissoluerentur nuptiae, quod tamen consilii magis, quam necessitatis esse ex sequentibus clarum erit.

§. XX.

Vt tandem, quid nobis videatur, itidem exponamus, prae ceteris distinguendum putamus, an de ipso matrimonii vinculo agatur dissoluendo, vel constituendo, an potius de nuptiarum accidentalibus, vtpote de dote, donatione propter nuptias, alimentis, saeuitia maritali similibusque controuersia moueatur. Hoc casu et coram Austraegis et coram imperii tribunalibus caussa agi poterit, dum mere sit ciuilis. Prout quoque non desunt exempla, quae probant, circa matrimonii accidentalia et cameram et iudicium imperii aulicum decreuisse. Hinc Mecklenburgica Ducissa Christiana Margaretha pro fundanda imperatoris iurisdictione et impugnanda cognitione Consistorii Suerinensis, affert (a): *Um so viel mehr, weil man noch zur Zeit* in

(z) COCCEJI *prudentia Iurispubl. cap. 32. §. 8.*

(a) In scripto quod habet *Diarium Europaeam p. 548.*

*in solchen terminis nicht versirt, darüber ein geistl. Gericht cognosciren könnte. Masen unsere Streitigkeiten das vinculum matrimoniale an sich selbst nicht, sondern nur zeitliche Güter, saeuitiam maritalem, Beschüzung wieder Gewalt und Verschaffung derer Alimenten betreffen. Einige desertion aber, woraus dieses vermeinte iudicium sich formalisiren will, keinesweges qualificiret werden kann, es müsse dann wenigsten der punctus saeuitiae, welcher secularis cognitionis und wie obangeregt, allbereits rechtshängig ist, zuförderst erörtert worden seyn.* Sic quoque in caussa *Lippe-Schaumburg* contra *seine Ehe-Consortin* in puncto abductionis filii pretiosorum etc. iudicii aulici conclusum exstat apud LVDOLFF (b).

## §. XXI.

Quatenus vero matrimonii caussae ipsum concernunt vinculum vel constituendum vel dissoluendum, status imperii nullo indigere iudice, omnino putarem. Sicuti enim ex iis, quae vberius deduximus, satis patet, status in caussis matrimonii vinculum concernentibus nec imperatorem nec iudicia imperii suprema pro iudicibus agnoscere competentibus; ita quoque certum est, in huiusmodi caussis eos nullius posse iudicis habere copiam. Vbi iudicis non est copia, ibi idem est, ac si iudex non adesset. Ergo in statuum matrimonii caussis idem est, ac si iudicem et imperantem haberent nullum, qui proinde in defectu iudicis sibi ipsis conuenientibus consulere possunt mediis. Hinc si imperii status euangelicus, omnibus curate perpensis caussae circumstantiis, caussam diuortii iustam probatamque in sacro codice adesse obseruat, sine vlla iudicis cognitione, dato repudii libello vxorem salua conscientia potest di-

(b) *de iure feminar. illustr. App. p. 73.*

dimittere (c). Quod si aliter statuis, imperii proceres in miserrimam detrudis conditionem, quippe qui iudicem ordinarium in matrimonii caussis non habentes, nec coniugem ad compromittendum in certos arbitros, seu se submittendum mariti consistorio, cogere valentes, omnes sceleratissimae coniugis iniurias ferre eamque nihilominus in matrimonio et sui et prouinciarum maximo detrimento retinere tenerentur. Recte proinde COCCEII (d): *Gesezt aber, es könte unter priuat-Leuten keine Ehescheidung ergeben, als durch Richterl. Spruch: wer soll denn unter protestirenden unmittelbahren Reichs-Fürsten diesen Spruch thun? dann zuförderst unzweiflich, dass sie in Ehe-Sachen keinen Richter oder Obern haben können: Masen vor den Religions-Frieden haben weder der Kayser, noch die beyden höchsten Gerichte des Reichs die cognition in Ehe-Sachen gehabt; sondern dieselbe ist dem Pabst zugestanden, wie bey den Römisch-Catholischen Fürsten es noch also gehalten, und die Ehe-Sachen in Camera nicht angenommen werden; wie solches bezeuget:*

GAIL. I. obs. 112. in fin.

*Durch den Religions-Frieden aber, ist diese Iurisdictio Pontificis über die protestirende suspendiret und eingehalten, durchaus aber nicht auf den Kayser oder die beyden höchsten Gerichte transferirt worden.*

*R. A. de anno 1555. §. 2. Instr. Suec. art. 5. §. Ius dioecesanum.*

*Dann denen ist im Religions-Frieden keine neue Iurisdiction in Ehe-*

(c) FURSTENERIUS *de iure supremacy* Cap. XXIII. Ea quoque est ICtorum Ienensium sententia in Responso ex LYNCKERI Resp. T. I. n. 14. a nobis T. II. *iurispr. heroicae* p. 443. inserto.

(d) *Deduction. Consil. et Resp.* T. I. p. 545.

*Ehe-Sachen gegeben, die sie vorhin nicht gehabt haben; kann ihnen auch die Iurisdiction, die sie über die Röm. Fürsten und Stände nicht haben, keineswegs über die protestirende gebühren; sondern, weil vorhin die Evangelische Fürsten nicht mehr als einen Ober-Richter gehabt, nemlich den Pabst, derselbe aber vermög obangezogener Constitutionen durch den Religions-Frieden abgangen, folgt unvermeidlich, dass sie nach dessen Abgang keinen mehr haben. Können demnach etwa mit Zuziehung ihrer Räthe und Theologen selbst darinnen aus höchster Gewalt verfahren.*

*Gesezt auch, dass, wie nicht, die ordentl. cognitio in diesen Sachen bey besagten Ober-Richtern wäre, wie könte ein Evangelischer Reichs-Stand derselben einen erkennen, nachdem sie in Ehe-Sachen notorie partheyisch, und einer der Reformirten Religion schnur gerade zugegenstreitenden Meinung seyn. Es giebt die natürliche Vernunft, dass mit eines Richters Amt, der von andern als ein fremder unpartheyischer dritter Mann urtheln soll, nichts weniger bestehen könne, als wenn er selbst einer wiedrigen Partbey schon ergeben und zugethan ist; welche natürliche Regul und billig von Iustiniano eingeführet wird, wenn er sagt:* Sine suspicione lites omnes procedere cordi nobis est.

l. 16 de *Iudic.*

## §. XXII.

Ast contra hancce nostram sententiam varia moueri dubia, satis scio. Clamant enim: Non iustum esse diuortium, quod sine iudicis fieret sententia. Principi permittere, se absque caussae cognitione a legitima separare coniuge, idem esse ac ei diuortia pro lubitu concedere, dum facile princeps coniugii pertaesus caussas diuortii confingere atque praetexere possit. Cum vero ad diuortium iudicis sententia iure naturali et diuino positiuo necessario haud re-

requiratur, potius summi imperantes in statu viuentes naturali se absque iudice ex sufficiente caussa separare queant (§. II.) idem quoque intuitu imperii statuum locum habere oportet, quippe qui in matrimonii causis iudicem in hac terrarum orbe agnoscunt nullum (§.II.) indeque solis Dei naturaeque legibus viuunt (§. I.). Deinde licet absque iudice vxorem dimittere status imperii euangelici non prohibeantur, hoc tamen pro lubitu facere nequeunt, dum caussam subesse oporteat iustam probatamque in sacris litteris. Praetextum quidem iniustae confingere caussae admodum erit facile, ast conscientiae Deoque iudici imperantium iustissimo, non satisfaciunt eamque confictis diuortii caussis non decipiunt. Plus sibi interdum potestatis sumere finesque iustitiae excedere imperantes, facile largior, ast hoc abusus est potestatis, ob quem ipse non tollitur vsus. Possunt enim et iudices sententiam ferre iuri contrariam et auctoritate imperantis commoti ex caussa diuortii minus licita matrimonium dissoluere, et tamen iis caussam committi posse, nemo forsan negabit.

## §. XXIII.

Sicuti vero consilii exigit ratio, vt supremi imperantes, licet iudice et legibus soluti suas diuortii caussas certis submittant iudicibus decidendas (§. V.), ita quoque status imperii euangelicae religionis et suae conscientiae et posteritati, quam forsan ex reiteratis accipiunt nuptiis, optime consulunt, si itidem certos eligant iudices, minime suspectos, qui caussa cognita sententiam ferant praeceptis Dei conuenientem. Hinc vt omnibus pateat, se suae confidere caussae neque sententiam formidare iustam, omni princeps annitatur studio, quo sibi cum vxore de certis conueniat arbitris. Quod si pertinax coniux ad arbitrium subeundum reiteratis adduci nequeat instantiis, adiri potest impera-


ra-

rator, ab eoque peti mandatum de in arbitros compromittendo. Et licet alias nulla in matrimonii cauſſis imperatoris ſit iurisdictio, huiusmodi tamen mandatum poſſe locum habere, facile mihi perſuaderem, dum vt iure vtantur, nec via facti procedant imperii ſtatus, imperator poſſit mandare omnino. Si tandem nec caeſareis mandatis ad compromittendum refractaria adigi queat coniux, tunc princeps ſuo ſatisfecit officio et ad diuortium progrediens ab aduerſariis iniuſtitiae accuſari nequit, dum potius omnibus exinde conſtet, eum iure quidem ſtare voluiſſe, aſt culpa vxoris hoc fieri non potuiſſe. Hinc coniuge ius vlterius recuſante, princeps ſeu ſtatus cauſſam vel proprio vel alterius ſtatus conſiſtorio poteſt committere, iuxta normam, quae in ſacra traditur ſcriptura, decidendam, eo tamen modo, vt proprio ſe ſubmittens conſiſtorio, conſiliariis euitandae omnis ſuspicionis cauſſa iuramenta quoad hancce remittantur cauſſam. Conſtitutum huiusmodi iudicium citata et conſueto proceſſus ordine audita ſufficienter vxore ad ſententiam poteſt procedere. Imo quoque eam in contumacem ferre. Cui ſi conuenienter viuit imperii ſtatus, nec Deo, nec conſcientiae, nec hominibus iniuſte egiſſe videri poteſt.

## §. XXIV.

Aſt obiici ſolet, coniugem mariti ſubditam non eſſe, ideoque inuitam coram eius iudiciis ſtare non teneri, multo vero minus eam alterius ſubiici poſſe iudicio. Inde eam ad iudicium vocatam absque praeiudicio non comparere, nec in contumaciam ferri poſſe ſententiam, dum contumax non ſit, qui coram incompetente ſe haud ſiſtit iudice, totumque iudicium nullitatis laborare vitio. Aſt facilis ad haec omnia erit reſponſio. Nam imperii ſtatus euangelicae

cae addicti religioni etiam absque iudice diuortium facere possunt (§. XXI.) et dum se iudici submittunt voluntarie, hoc non necessitatis, sed solum consilii exigit ratio, quo nempe suae satisfaciant conscientiae et omnibus monstrent, se ius non formidare. (§. V. et XXII.). Hinc perinde est, siue vxor coram iudicio compareat respondeatque, siue illud recusset. Nam qui quaeue iudicio, quod suspectum reddere nequit, se nec sistit nec aliud quodcunque itidem haud suspectum subit, nec vt subeat superioris flectitur mandatis, ille illaue satis declarat, se causae diffidere, nec iure stare velle. Sufficit omnibus constare, penes principem non fuisse, sed ipsa vxoris culpa esse factum, quo minus per iudices audita vxore nuptiae dirimerentur, sufficit principem ius nunquam fugisse, sed potius iudicem omnibus quaesiuisse modis. Sufficit iudices decreuisse constitutos iustam diuortii causam adesse, sufficit principem in conscientia esse persuasum, se iustam diuortii causam habere. Haec si obseruata sint, quilibet aequus causae iudex, diuortium iuste a principe factum aestumabit. Omnia enim, quae et iustitiae et consilii rationes exigunt, sunt adhibita, et licet de iudicis incompetentia vxor excipiat demissa, haec tamen locum non habebit exceptio, dum iudex causarum matrimonialium competens in imperio nostro quoad status euangelicos sit nullus, et vt necessario iudicis auctoritate nuptiae dirimantur, nec naturae nec diuina positiua iura absolute requirunt (§. I. et II.).

# CAPVT V.

## DE

# ADOPTIONIBVS ILLVSTRIVM.

## SECTIO I.

## DE

## ADOPTIONE IN GENERE, IVRE ET RITV ADOPTANDI ILLVSTRIVM.

---

### SVMMARIA.

§. I.

*Adoptio non solius iuris est ciuilis, sed etiam naturalis.*

§. II.

*Adoptio quid sit, quae naturam imitatur.*

§. III.

*An adoptiones abierint in desuetudinem.*

§. IV.

*Adoptiones non solum iure germanico antiquo, sed etiam hodie adhuc obtinent.*

§. V.

*Adoptiones non solum inter priuatos, sed etiam illustres valent.*

§. VI.

*Rationes adoptionis illustrium vel publicae sunt, vel priuatae.*

§. VII.

*Adoptionis et arrogationis apud Romanos ritus.*

§. VIII.

*Adoptio per legem Curiatam fuit facta, coram Pontifice.*

§. IX.

*Quid simulatae fuerint adoptiones.*

§. X.

*Istae apud Romanos probibitae.*

§. XI.

*Inter illustres apud Romanos, adoptatus adoptanti grates publice agere debebat.*

§. XII.

*Quaenam apud Romanos requisita fuerint in adoptionibus illustrium.*

§. XII.

§. XIII.

*Qua ratione Iuno Herculem adoptauerit.*

§. XIV.

*Quinam adoptionis ritus sub Christianis imp.*

§. XV.

*Quid adoptio fuerit per diuinum sacrificium, diuinosque cantus.*

§. XVI.

*Adoptio per testamentum inter illustres olim vsitata.*

§. XVII.

*Recentiori tempore Baronis cuiusdam allegatur exemplum per testamentum adoptantis.*

§. XVIII.

*Adoptio per baptismum inter illustres vsitata.*

§. XIX.

*Idem mos apud Graecos obtinuit.*

§. XX.

*Inter patrinos vero et filios per baptismum adoptatos spiritualis cognatio contrahebatur.*

§. XXI.

*Apud Barbaros adoptio per arma erat vsitata, quod variis illustratur exemplis.*

§. XXII.

*Adoptio per arma ius sui haeredis et successionis non tribuebat.*

§. XXIII.

*De adoptione per barbam.*

§. XXIV.

*De adoptione per matrimonium.*

§. XXV.

*Adoptio per traditionem bonorum.*

§. XXVI.

*Arrogatus patriae potestatis ius amittebat.*

§. XXVII.

*Adoptiuus filius, patris adoptiui nomen sumebat.*

§. XXVIII.

*Arrogati bona transferunt in arrogantem, quicquid adquirit, patri adquirit, quod tamen inter illustres haud obtinet.*

§. XXIX.

*Adoptio in fratrem, matremque.*

§. XXX.

*An adoptiui in regnis possint succedere.*

§. XXXI.

*Grotius varia adduxit exempla.*

§. XXXII.

*Sanguinis Principes in Gallia contra Ducis Lotharingiae receptionem se opponunt.*

§. XXXIII.

*Quid de adoptiuorum successione sit sentiendum.*

§. I.

Sicuti vero nuptiae, sic quoque adoptio est modus adquirendi patriam potestatem. De nuptiis dum egimus, ad adoptiones transimus illustrium. Primo loco hic erit dis-

# CAPVT V.

## DE

# ADOPTIONIBVS ILLVSTRIVM.

## SECTIO I.

## DE

# ADOPTIONE IN GENERE, IVRE ET RITV ADOPTANDI ILLVSTRIVM.

---

### SVMMARIA.

§. I.

*Adoptio non solius iuris est ciuilis, sed etiam naturalis.*

§. II.

*Adoptio quid sit, quae naturam imitatur.*

§. III.

*An adoptiones abierint in desuetudinem.*

§. IV.

*Adoptiones non solum iure germanico antiquo, sed etiam hodie adhuc obtinent.*

§. V.

*Adoptiones non solum inter priuatos, sed etiam illustres valent.*

§. VI.

*Rationes adoptionis illustrium vel publicae sunt, vel priuatae.*

§. VII.

*Adoptionis et arrogationis apud Romanos ritus.*

§. VIII.

*Adoptio per legem Curiatam fuit facta, coram Pontifice.*

§. IX.

*Quid simulatae fuerint adoptiones.*

§. X.

*Istae apud Romanos prohibitae.*

§. XI.

*Inter illustres apud Romanos, adoptatus adoptanti grates publice agere debebat.*

§. XII.

*Quaenam apud Romanos requisita fuerint in adoptionibus illustrium.*

## §. I.

Sicuti vero nuptiae, sic quoque adoptio est modus adquirendi patriam potestatem. De nuptiis dum egimus, ad adoptiones transimus illustrium. Primo loco hic erit dis-

disquirendum, an ista adoptio solo iure ciuili, an etiam iure gentium nitatur. LVDWELLVS equidem (e) aliique ICti auctores sunt, istam iuris ciuilis saltim esse inuentum, ideoque totam adoptionis rationem niti fictione illosque, non tangere, qui ciuili iure non tenentur. Immo, dicunt adoptionem Iuri Naturae, cuius rei alias Principes teneantur, aduersari, eo quod Imperium paternum ita sequatur ipsam patris personam ac χέσιν vt auelli transferrique in alium non possit, ipsumque ius patrium, quia ex singulari personae proprietate fluit, inalienabile habeatur (f). Id vero omnibus iuribus personalibus sit commune, vt a personis discedere sine sui interitu non possit, prout PAVLVS ICtus (g) loquitur. Verum, licet ipse status paternus a natura sola dependeat, atque natura sua saltim sit personalis, vt in alium plane transferri nequeat, ius tamen paternum quantum ad effectus publicos atque ciuiles in alios potest transire. Non secus, ac in vsufructu, qui aeque est personalis, licet ius percipiendi bona vsufructui subiecta, alteri possit locari, vendiue (h). Eadem est ratio in adoptione. Ius patrium enim ex generatione quaesitum non transit, nec enim, quia desinunt sui haeredes esse in adoptionem dati, possunt desinere patris sui naturalis filii filiaeue, aut nepotes neptesue esse, fatente Iustiniano Imperatore (i). Cum naturalium iura Iuris ciuilis ratio perimere non possit. Quis etiam patiatur iura patris naturalis nexu diuino copulata ludibrio defraudari humano (k). Quoad effectus

(e) Ad pr. I. *de adoptionibus.*

(f) Prout verba sunt GROTII de I. B. et P. *lib. II. c. V. §. V. lib. III. c. VII. §. IV.*

(g) *l. XV. π. familiae erciscundae.*

(h) *§. I I. de vsu et habitatione.*

(i) *L. C. l. de Haered. quae ab intestato.*

(k) Prout inquit imp. I. 10. cod. *de adoption.*

ctus ciuiles tamen successionis allodialis, statum familiae perinde habentur, ac si ab adoptiuo parente essent progeniti. Ideoque eandem iure naturae minime repugnare, belle iamdum docuit PVFENDORFIVS (l).

## §. II.

Est autem adoptio, describente GELLIO (m): cum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei sumuntur. Melius vero adoptionem describit CAIVS Iureconsultus (n) dicens: *Adoptio naturae similitudo est, vt aliquis filium habere possit, quem non generauit.* Et THEOPHILVS (o) νόμιμος πρᾶξις μιμουμένη τὴν φύσιν πρὸς παίδων παραμυθίαν ἐπινενομένη. *Actus legitimus naturam imitans, quo quis in filii locum adsumit eum, qui sibi est extraneus, ad solatium eorum, qui liberis carent, inuentus.* Hinc etiam adoptio dicitur naturae imago (p) et filios familias fieri non solum natura rerum et adoptione, tradit MODESTINVS (q). Hanc autem adoptionem actum esse legitimum, siue legis actionem, docent nos leges Romanae (r), maxime, dum legibus Romanis certae solemnitates fuissent praescriptae, quas BARNABAS BRISSONIVS (s) declarauit.

§. III.

(l) *lib. VI. c. II. §. IX.* adde KVLPISIVM *de adoptione §. IX.*

(m) *lib. V. c. XIX.* sequitur VLPIANVS *Fragmentis Tit. VIII.*

(n) *lib. I. Tit. V. de adoptione.*

(o) *pr. I. de adoptione.*

(p) *l. 23. π. de liberis et posthumis.*

(q) *l. I. π. de adoptionibus.*

(r) *l. III. IV. π. de adoptionibus l. I. C. eod.*

(s) *Select. lib. IV. c. XX. de formulis lib. VIII. p. 723. 724.*

## §. III.

Scrupulus tamen mouetur, an adoptio hodie adhuc locum habeat. Non desunt etiam inter ICtos magni nominis, qui adoptionem in desuetudinem penitus putent abiisse, atque inter hos PETRVS GVDELINVS (t), ARNOLDVS VINNIVS (u), PETRVS GREGORIVS THOLOSANVS (x), SIMON A GRÖNEWEGEN (y). Hoc tamen ad Galliae Belgiique saltim prouincias restringit CYPRIANVS REGNERVS (z), dum apud Gallos nullus vsus sit adoptionum. Sic enim PETRVS AERODIVS (a): *adoptionibus non vtimur in Gallia, quia haereditatis non sequuntur adoptionem, non sequitur potestas, quae neque est in patre naturali.* Alii plane distinguunt inter arrogationem atque adoptionem; illam plane putant desiisse: Hanc vero aliquantum adhuc esse in vsu, prout tradit BENEDICTVS REINHARDVS (b) alii e contrario adoptionis adhuc vsum esse, sed parum frequentem certius tradunt, quam sententiam fouet HVBERTVS GIPHANIVS (c), HENRICVS HAHNIVS (d), CHRISTOPHORVS BESOLDVS (e), ADAMVS EKOLDVS

(t) *de iure nouissimo lib. I. c. XIII.*

(u) ad pr. I. *de Adoptionibus.*

(x) *Synt. Iuris lib. I. c. VI.*

(y) *de legibus abrogatis*, ad Grotium etiam Christianorum Imbertum, Autumnum prouocans. Licet autem ad Belgium haec saltim restringat CYPRIANVS REGNERVS *censura Belgica.* ad §. I. h. t. subiungit tamen, *in Germania et nonnullis aliis Prouinciis vsurpatur imago quaedam adoptionis, quae vnio prolium dicitur.*

(z) *Cens. Belg. ad §. I. de adoptionibus.*

(a) *Rer. Iudic. lib. II. Tit. VI.*

(b) *Different. iur. ciuil. et Sax. P. I. differ. IV.*

(c) ad lib. II. C. *de adoptionibus.*

(d) ad WESENBECIVM h. t. n. 6.

(e) *Thes. pract. voce Einkindschafft.*

DVS (f), HVLDERICVS EYBENIVS (g), VLRICVS OBRECHTVS (h) adoptionum arrogationumque exempla passim esse obuia, contendat.

## §. IV.

Quicquid tamen sit, adoptionem minime in desuetudinem abiisse, nec iure Germanico (i) solum obtinuisse, sed etiam vsum adhuc habere in nostra Germania, varia nos docent. De priori docet LANDRECHT (k): *Wer ihm Erbe zusaget nicht vom Sipschafft, oder Erbe, sondern vom Gabe oder Gedings wegen, das soll man halten vor Unrecht, und nicht gläuben, man möge denn gezeigen, dass das Gelübde vor Gerichte bestättiget sey* Latinus vero textus sic se habet: *Haereditatem seu successionem, qui sibi non Iure cognationis, sed promissionis seu donationis debere dicit, hoc pro irregulari habeatur, nisi promissio huiusmodi coram iudicio sit confirmata.* Hunc Textum agere de adoptione arguit glossa latina. Ex quo satis concluditur, adoptionem de Iure fieri non posse, nisi coram Iudice sedente pro Tribunali (l). Datur enim adhuc ab Impp. comitibus Palatinis facultas, vt possint filios adoptare et arrogare, eosque adoptiuos et arrogatos facere, constituere, ac ordinare, nec non filios legitimatos, vt et legitimandos, adoptiuosque et adoptandos, in quauis aetate constitutos, emancipare, ac patria potestate liberare,



(f) ad π. h. t. *de adoptionibus c. X.*

(g) *ad Inst. lib. I. Art. XI. obseru. IX.*

(h) *de adoptionibus Principum §. II.*

(i) Licet antiquissimis Germanis non aeque fuerit cognita, prout etiam ill. HEINECCIVS *Iure Germanico lib. I. Tit. VII. §. CLI.* docuit.

(k) *lib. II. Art. XXX.*

(l) COLER *dec. Germ. CCXII.* SCHARF. *Cent. I. Consf. LXXXIII.* RICHTER *de success. ab intestato S. III. M. II. S. I. M. I. II. n. 61.* SCHILTER. *Exercit. III. §. XVI.*

re, adoptionibusque ac emancipationibus quibuscunque omnium ac singulorum, infantium et adolescentium consentire (m). Sic etiam GERHARDVS FELTMANNVS (n) auctor est, Iuribus statutariis passim liberorum adoptiuorum fieri mentionem, quibus peculiare nomen tribuit *angewünschter* vel *gewillkührter Kinder*. Inter nobiles immediatos hanc adoptionem frequentius fuisse in vsu docet insigne illud Rhenanae nobilitatis membrum CASPAR LERCHIVS (o), idemque exemplis Camerariorum de Wormatia et Greifenclauiorum, quorum illi a nobilibus de Dalberg, hi a Volrathiis ita fuerint suscepti, illustrat (p). Idem vero inter priuatos atque ignobiles obtinere plura demonstrant praeiudicia (q). Rationes, quae parentes ad adoptionem permouerint, coniunxit THEOPHILVS (r) scribens: *forte quispiam cum liberos non haberet, quia vxorem non duxisset, sed sterile matrimonium esset expertus, vel liberos, quos habuerit, amisisset: leuare volens aut naturae vitium, aut infelicitatem fortunae, aliquem in adoptionem accipiat.* Licet aliae

(m) KVLPISIVS *c. l. §. V.*

(n) ad leg. I. §. I. π. *de adoptionibus n. 5.*

(o) *de ordine equestri p. I. n. 12. Daſs der Reichsfreye Adel zu Erhaltung Ritterl. Geschlechte, Nahmen, Schild, Helm, Haab und Guths, das Mittel der adoption sehr im Gebrauch gehabt, indem viel tapfere Ritters-Mann, wenn sie ihres Geblüths, Schild, Helm und Nahmens Absterben und Untergang gesehen haben, ihre nechste Freunde oder Dero Kinder zu rechten Erben angenommen, daß wenn sie schon ihres Nahmens und Geschlechts nicht gewesen, iedoch ihren Nahmen (wenn sie erstorben) mit Schildt und Helm tragen, auf- und annehmen mögen und müssen, darum auch ihnen die erworbene und ererbte Güther angewiesen werden.*

(p) KVLPIS c. I.

(q) Varia adlegat, KVLPIS §. VII.

(r) Tit. *de adoptionibus.*

aliae etiam subesse rationes possint, amor in personam, aliaque vt quis, etiamsi liberos haberet, adoptioni possit locum dare, prout Micipsae exemplum Iugurtham adoptantis demonstrat.

§. V.

Nec solum inter priuatos, sed etiam dum Iuris Gentium sit, inter illustres aeque obtinet adoptio. HOHBERGIVS (s) equidem tradit, adoptionem vetustioribus seculis haud incognitam, hodie valorem pene amisisse, et apud illustres personas vix eius mentionem fieri, dum in eius locum pacta successoria et confraternitatis fuerunt substituta. Secus tamen hoc esse, totidem docent exempla, praeter causas autem supra adductas illa maxime inter illustres obtinet ad conseruandam Monarchiam, atque ipsorum Imperantium securitatem. Belle ait CVRTIVS (t): *Sine certo regis haerede, sine haerede regni, publicas vires ad se quemque tracturum.* Imperantibus igitur, qui successoribus sunt orbi, vnicum superest adoptionis solatium, ne successor sit in incerto, vt etiam sic prauae aliorum spes possint cohiberi (u). Immo ad Imperantium etiam securitatem talem adoptionem facere, discimus ex TACITO (x), qui Titum inducit, patrem sic alloquentem, *non legiones, non classes perinde firma imperii monimenta, quam numerus liberorum.* Hinc Galba imp. audita adoptione, ait, *desinam videri senex, quod nunc vnum mihi obiicitur* (y). Immo etiam si iam haeredes adfuerint, hi vero fortunae casibus sint obnoxii, per adoptionem nonnunquam alii addebantur, prout fecit Micipsa, praeter duos, quos iamdum haberet filios, Iugurtham ad-



(s) Diss. *de Princip. fam. perpet.* §. *LXVII.*
(t) *Lib. X. c. V. n. 11.*
(u) TACIT. *lib. III. Annal. c. LVI. n. 3.*
(x) *IV. Hist. c. LII.*
(y) *Lib. I. Hist. XII. c. II. lib. XVI. c. V.*

adoptans (z). Consilium hoc erat Augusti, de quo TACITVS (a): *At hercule Germanicum Druso ortum adsciri per adoptionem a Tiberio iussit, quamquam esset in domo Tiberii filius Iuuenis: sed quo pluribus munimentis insisteret.* Idem fecit Antonius Pius iussu Adriani M. Aurelium adoptans ea conditione, vt L. Verum adoptaret (b).

## §. VI.

Hae autem rationes vel priuatae sunt et domesticae, quae inter arcana domus sunt referendae, vel publicae, quae inter arcana imperii locum habent (c). Vtrasque probe distinxit KVLPISIVS (d) scribens: *Publica illa plerumque ad eligendum aliquem extraneum pertinet, qui nulla sanguinis affinitatisue necessitudine adoptanti coniunctus, solis virtutibus, vt adoptaretur, est meritus, qua, ex officio boni Principis communis potius salutis ac Reipublicae causa, quam suae firmandae potentiae studio, filius, citra ambitionem aliorum, aut propriam cupiditatem constituitur: priuata contra, ex instituto tyrannico, qua sibi potius suoque dominatui tendit Princeps, quam Reipubl., caussa suscipitur, eaque non tam de idoneo, quam stirpi regiae innexo, sollicita, intra domum vt plurimum consistit, nec causas in laude semper ponendas pro fundamento habet.* Praeclare oppositionem hanc, in exemplo Traiani, a Nerua adoptati, C. PLINIVS (e) expressit: *non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena vtilitas, alienus timor, Principem fecit. Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla necessi-*

(z) SALLVSTIVS *B. Iugurth. C. II.*
(a) *L. I. C. II. Annal. C. III. n. 7.*
(b) IVLIVS CAPITOLINVS in Vita.
(c) BOECLER *Comment. Plinian. c. III. §. XXX.* ad I. ANN. TACITI *c. III. annot. I.*
(d) *Sect. I. §. XXI.*
(e) *Panegyrico cap. VII.*

*cessitudo; nisi quod vterque optimus erat, dignusque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, non vt prius alius atque alius in gratiam vxoris: adsciuit enim Te filium non Vitricus, sed Princeps, eodemque animo Diuus Nerua Pater tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet aliter filium adsumi si adsumatur a Principe. An Senatus P.R.R. exercitus, prouincias, socios transmissurus vni, successorem e sinu vxoris accipias; Summaeque potestatis haeredem tantum intra domum Tuam quaeras, non per totam ciuitatem circumferas oculos? et hunc Tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis simillimum inueneris? Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. Non enim seruulis Tuis Dominum, vt possis esse contentus, quasi necessario haerede, sed principem ciuibus daturus Imperator. Superbum istud et Regium, nisi adoptes eum, quem constet imperaturum fuisse, etiam si non adoptasses.* Et quae caetero contextu in hanc rem plura sequuntur. Quando dixit: *alius atque alius in gratiam vxoris*, Tiberius et Nero, nisi fallor, intelliguntur, ille ab Augusto, matris Liuiae ambitu, hic a Claudio, Agrippinae ad imperium adscitus. Vnde inter exempla quoque publicarum adoptionum, vel maxime isthoc Traiani ponendum est: quod etiam de adoptione Pisonis, a Galba, quam non pari felicitate ac successu, facta, dicendum, in qua, vti a TACITO (f) describitur, diserte priuata adoptio, hoc est, ex caussa priuata, et more priuato instituta, et publica illa contra nominantur. *Si Te priuatus*, inquit Galba, *lege curiata, apud Pontifices, vt moris est, adoptarem, et mihi egregium erat tunc, Pompeii et M. Crassi sobolem in penates meos adsciscere; et Tibi insigne, Sulpiciae ac Lutatiae decora, nobilitati Tuae adiecisse. Nunc me Deorum hominumque consensu ad imperium vocatum, praeclara indoles Tua, et amor patriae impulit, vt principatum, de quo maiores nostri armis certabant, bello adeptus, quiescenti offeram,*

(f) *Lib. I. Hist. C. XV. n. 1 seqq.*

*ram, exemplo diui Augusti, qui sororis filium Marcellum, dein generum Agrippam, mox nepotes suos, postremo Tiberium Neronem priuignum, in proximo sibi fastigio collocauit. Sed Augustus in domo successorem quaesiuit; ego in republica*, et paulo infra (g): *Sub Tiberio et Caio, et Claudio, vnius familiae quasi haereditas fuimus. Et finita Iuliorum Claudiorumque domo, optimum quemque adoptio inueniet.* Nisi quod aliquis suspicari possit, magnifica isthaec verba, per quae, quod sibi per adoptionem quaerebat, reipublicae respectu fieri vnice, per electionem liberam, prouidam, ciuilem, videri volebat, praetextum continere; veram causam, in cura priuatae securitatis quaerendam esse, dum auarus senex, odio militum et contemtu pressus, cui alias aduersus ruinam nihil firmius occurrebat, ad adoptionem hanc confugerit, vti BOECLERO (h) quoque visum est. Hinc obscurum saepe, ad quam classem, et ad cuius generis arcana, adoptiones eiusmodi referri debeant, quemadmodum super illa Augusti adoptione, in vtramque sententiam, idem alibi (i) disputauit, nam et veteres diuersas iam opiniones fouerant. Qui apud TACITVM (k) vitam Augusti arguebant, etiam hinc ansam acceperunt, *ne Tiberium quidem charitate, aut reipublicae causa successorem adscitum: sed quoniam adrogantiam saeuitiamque eius introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quaesiuisse.* Vbi ex aduerso, optimi Iudicii scriptor, SVETONIVS, a suspicione ista Augustum liberare cupit (l). *Adduci tamen*, inquit, *nequeo, quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum Principem, in tanto praesertim negotio nihil temere fecisse: praesertim cum et reipublicae causa adoptare,* *se*

(g) TACITVS *I. Hist. XVI. n. 2.*
(h) *Comm. Plin. d. l. §. 22.*
(i) ad TACIT. *I. Annal. c. III. p. 91.*
(k) *I. Annal. X. n. 9.*
(l) *In Vita* TIBER. *c. XXI.*

*se eum pro concione iurauerit: et epistolis aliquot, vt peritissimum rei militaris et vnicum populi Romani praesidium prosequatur;* qualium aliquas subiicit, quae nobis omnino monitum eius inculcant, vt et heic, quemadmodum in omni studio ciuili, diligenter distinguamus, interiora rerum consilia, et exteriora consiliorum verba, et euentus vtrorumque, saepe ab vtrisque diuersos, saepe respondentes alterutris, rarius vtrisque. Non deerant etiam, ex Patriciis Romanorum, qui se plebeiis traderent adoptandos, prout P. Clodius, qui ex gente erat Patriciorum Claudia, fecerat (m).

## §. VII.

Ritus adoptionis alii erant Iure Romano, alii apud alias gentes vsitati. Iure Romano cum in alienam familiam inque liberorum locum extranei sumebantur, aut per praetorem fiebat, aut per populum. Quae per praetorem facta, *adoptio*, dicitur, quae per populum, *arrogatio*. Adoptantur autem, ait GELLIVS (n), *quum a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur.* Quid autem sit mancipatio, describit CAIVS Iureconsultus (o): *est,* inquit, *mancipatio imaginaria quaedam venditio, quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium: eaque res ita agitur, adbibitis non minus, quam quinque testibus Rom. ciuibus puberibus, et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur Libripens. Is, qui mancipio accipit, aes tenens, ita dicit:* HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO, ISQVE MIHI EM-

(m) De eo SVETONIVS *Tiberio C. II.*
(n) *Lib. V. cap. XIX.*
(o) *Fragmentis de mancipatione* apud BOETHIVM *lib. Topic. Ciceron.*

EMPTVS EST HOC AERE, AENEAQVE LIBRA. *Deinde aere percutit libram, indeque aes dat ei, a quo mancipio accipit, quasi pretii loco.* Tres igitur mancipationes interueniebant et duae remanumissiones (p) et si filius tertia vice fuisset manumissus, fiebat sui Iuris. Tertia autem mancipatione ita vendebatur et mancipabatur adoptatori, vt ei in Iure cederetur, isque illum tanquam filium suum adsereret, et iure Quiritium vindicaret. Arrogabantur vero ii, qui quum sui Iuris sunt, in alienam sese potestatem tradunt, eiusque rei ipsi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere nec inexplorate committebantur. Nam comitia arbitris etiam Pontificibus (q) praebebantur, quae Curiata appellabantur: vtraque res eius qui arrogare vult, an liberis potius gignendis idonea sit (r), bonaque eius, qui arrogatur, ne insidiose appetita sint,

(p) *l. vlt. C. de adoptionibus.*

(q) CICERO *pro domo c. XIII. Quae causa cuique sit adoptionis, quae ratio generum ac dignitatis, quae sacrorum, quaeri de Pontificum collegio solet.*

(r) CICERO c. l. *Quod est, Pontifices, ius adoptionis nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, et cum potuerit, sit expertus.* Pergit CICERO: *Quid est horum in ista adoptione quaesitum. Adoptat annos viginti natus, etiam minor senatorem. Liberorumne causa, at procreare potest, habet vxorem, suscepit etiam liberos. Exhaeredabit igitur pater filium. Quid? Sacra Clodiae gentis cur intereunt, quid in te est? quae amoris nobis pontificum cum adoptare, esse debuit. Nisi forte, ex te ita quaesitum est, num perturbare rempublicam seditionibus velles, et ob eam causam adoptari, non vt filius esses, sed vt tribunus plebis fieres, et funditus euerteres ciuitatem. Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbauerunt, non aetas eius, qui adoptabat, quaesita est, vt in Cn. Aufidio, M.* POPPIO: *quoniam vterque nostra memoria, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptauit, quas adoptationes, sicut alias innumerabiles haereditates nominis pecuniae sacrarum secutae sunt. l. XV. §. 2. ff. de adopt.*

ſint, conſideratur: iusque iurandum a Q. Mucio Pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Arrogari tamen non poterat, niſi veſticeps, ſiue pubes, qui iam pubertate erat veſtitus. Arrogatio autem fuit dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fiebat. Eius rogationis vero verba haec erant: VELITIS. IVBEATIS. QVIRITES. VTI. LVCIVS. VALERIVS. LVCIO. TITIO. TAM. IVRE. LEGEQ. FILIVS. SIBI. SIET. QVAM. SI. EX. EO. PATRE. MATRE. Q. FAMILIAS. EIVS. NATVS. ESSET. VTI. Q. EI. VITAE. NECIS. Q. IN. EO. POTESTAS. SIET. VTI. PATRI. ENDO. FILIO. EST. HAEC. ITA. VTI. DIXI. ITA. VOS. QVIRITES. ROGO. (s). Neque tamen pupillus facile poterat arrogari, niſi quem vel naturali cognatione, vel alioqui ſanctiſſima affectione duci appareat (t), ex ea quidem ratione, quia tutoribus in pupillos tantam eſſe auctoritatem poteſtatemque fas non ſit, vt caput liberum fidei ſuae commiſſum alienae ditioni ſubiiciant. Neque mulier, quae in parentis poteſtate non eſt, poterat arrogari, cum foeminis nulla Comitiorum ſit communio. Quare VALERIVS MAXIMVS (u): *Quid foeminae cum concione? ſi patrius mos ſeruetur.* Arrogatio enim auctore populo fiebat in Comitiis. Licet poſtmodum ex reſcripto Principis etiam mulier potuerit arrogari (x).

## §. VIII.

Licet autem ſub ſtatu Monarchico arrogatio poſtmodum



(s) GELLIVS c. l.
(t) *lib. XVII. §. I. ff. de adopt.*
(u) *lib. III. c. VIII. adde L. foeminae 2. de R. I.*
(x) *lib. XXI. π. h. t.*

dum ex Principali indulgentia obtineret, nihilominus per legem curiatam adhuc est facta. Sic enim Octauianus, qui Iulii Caesaris Sororis erat filius, dum a Iulio Caesare, auunculo suo magno per testamentum fuisset adoptatus, post ipsius mortem non solum Apollonia, vbi vixerat, Romam rediens, coram Caio, fratre Antonii, praetore tunc vrbano, se adoptionem accipere professus fuit (y). Sed etiam hoc per legem Curiatam, licet eam per tribunos plebis plurimum impedire conaretur M. ANTONIVS (z), fuit confirmatum (a), vt in nomen et familiam Caesaris transiret

(y) Sic enim APPIANVS *lib. III. de Bell. ciuil. n. 534. Caium fratrem Antonii, praetorem vrbanum accedens, ait se adoptionem accipere: qui mos Romanus est, adoptioni auctoritatem praetoris interponere.*

(z) De eo testatur DIO CASSIVS *lib. XLV. scribens: Antonius enim praeter quam quod re verbisque Octauium alias laedere solebat, promulgationem legis Curiatae (secundum quam eum in familiam Caesaris adoptari oportebat) quanquam se ea ferre simulabat per tribunos plebis quosdam extraxit: vt Octauius, quum nondum secundum leges filius Caesaris esset, neque de facultatibus eius inquirendi potestatem haberet, et in reliquis quoque rebus infirmior esset.* IDEM *lib. XLVI. p. 321. Deinde secundum instituta maiorum in Caesaris familiam adoptatus est, nomenque mutauit, (quanquam enim iam ante, vt fert quorundam sententia. Caesaris nomen sibi cum haereditate assumserat, tamen neque apud omnes gerebat, priusquam more Romano id confirmasset) ac C. Iulius Caesar Octauianus dictus est. Sic etiam institutum est, vt qui adoptatur, ab adoptante appellationem accipiat: nomen tamen aliquod eorum quae prius gessit, aliter paulo formatum seruet.* M. Antonius etiam adoptionem auunculi stupro fuisse promeritum cauillabatur SVETON. *August.* c. LXVIII.

(a) Docet hoc exacte APPIANVS *de Bell. ciuil. lib. III. p. 586.* scribens: *Post sacra peracta rursum se ipsum in patris familiam ac nomen inseruit curiatis comitiis, hoc est per plebiscitum, plebs enim* Ro-

ret (b) inde Caesaris nomen assumsit, necemque auunculi magni vindicare constituit, fuit confirmatum. August. imp. primum Caium et Lucium nepotes adoptauit domi per assem et libram emtos a patre Agrippa, atque, his defunctis, nepotem Agrippam, simulque priuignum Tiberium reipubl. causa adoptauit in foro, lege curiata (c): ita tamen, vt fuerit coactus, prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare (d). Sic etiam Tiberius Claudius Nero, Drusi filius, in familiam Augusti adoptatus, Claudianum se nuncupauit (e) Galba imp. Pisonem sic adloquitur (f): *Si te priuatus, lege curiata apud Pontifices, vt moris est, adoptarem.* Haec autem adoptio vel pro rostris fiebat, vel in senatu, vel in castris, prout ista Pisonis adoptio in castris fiebat (g). Licet autem pro more antiquo, po-



*Romae in curias dicitur, sicut apud Graecos in phratrias. Est autem huiusmodi orborum adoptio maxime legitima, nam sic adoptati idem quod natiui filii ius habent erga suorum patrum agnatos ac clientes, et habuerat C. Caesar praeter reliquum vitae splendorem libertos etiam multos, eosque diuites:* qua potissimum de causa puto filium non contentum priore adoptione per testamentum facto opus habuisse huc quoque. VELLEI. PATERC. *lib. II. c. LIX.* SVETON. *August c. VII.*

(b) Prout ex APPIANO patet. Adde EVTROPIVM *lib. VII. c. I. Caesaris,* inquit, *nepos, quem ille testamenti heredem reliquerat, et nomen suum ferre iusserat.*

(c) SVETON. *in vita Augusti c. LXV.*

(d) SVET. *Tiberio c. XV.* de eodem DIO CASSIVS *LV. p. 556. Tiberium adoptauit, ac tribunitia potestate ad annos decem data, in Germaniam ablegauit, veritus tamen, ne is aliquando animo elatus, nouas ad res consurgeret, Germanicum Drusi fratris filium ei adoptandum dedit, quanquam ipsi Tiberio natus fuerat filius.* Adde VELLEI. PATERCVL. *lib. II. c. CIII.*

(e) DIO CASSIVS *lib. LV. p. 567.*

(f) TACIT. *Hist. I. c. XV.*

(g) TACIT. I. *Hist. c. XVII.*

puli consensus adhuc fuisset adhibitus, dicis tamen caussa hoc saltim fiebat, dum omnia potius a principis dependerent voluntate (h). Per legem Diocletiani tamen atque Maximiani (i) decretum fuit, vt arrogatio ex indulgentia principali facta, perinde valeat apud praetorem, vel praesidem intimata, ac si per populum iure antiquo esset facta. Hinc etiam hodie adhuc auctoritatem arrogationi praestare, inter regia Iura maiora referri vult FELTMANNVS (k), licet hoc etiam comitibus Palatinis ab imp. soleat delegari (l), sufficere tamen ex territorii potestate, nisi Personae illustres sint, Principis auctoritatem, putarem.

## §. IX.

Erant autem apud Romanos adoptiones vel verae vel simulatae. Dum enim numerus liberorum varia parentibus iura immunitatesque conciliaret, orbi e contrario tum munerum publicorum, tum etiam hereditatum consequendarum ratione deteriori iure censerentur, frequenter accidit, vt in fraudem legis simulatis vterentur adoptionibus, qui tamen mos partim per senatus consultum fuit limitatus. Hanc in rem TACITVS (m): *Percrebuerat ea tempestate grauissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, praeturasque et prouincias inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia Senatum*

(h) HIERON. MAGIVS *Miscell. Lib. IV. c. V.*

(i) Extat *L. II. C. de adoptionibus.*

(k) ad lib. II. π. de *adoptionibus* n. 2. sequitur SIXTINVM *de Regalibus lib. I. c. II. n. I.*

(l) ARVMAEVS *Iur. Publ. Vol. III. Diss. III. §. XXXIV.* PHILIPPI *lib. I. Ecl. LXXIII. n. 45.* FELTMANNVS *ad lib. XXXVI. de adoptionibus.*

(m) *Annal. XV. c. XIX.*

*tum adeunt, ius naturae, labores educandi, aduersus fraudem et artes et breuitatem adoptionis enumerant; Satis pretii esse vrbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta et obuia haberent. Sibi promissa legum diu exspectata, in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus, longa patrum vota repente adaequaret. Factum ex eo Senatus consultum, ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vsurpandis quidem haereditatibus prodesset.* Quare adoptionem P. Clodii a Fonteio plebeio factam, vt tribunus plebis fieri possit Clodius, simulatam vocat Cicero oratione pro Domo (n). Sic locutus: *Dico apud pontifices, nego, istam adoptionem pontificio iure esse factam: primum, quod hae vestrae sint aetates, vt is, qui te adoptauit, vel tibi loco filii per aetatem esse potuerit; deinde, quod causa quaeri soleat adoptandi, vt et is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, et legitimo, et pontificio iure quaerat, et ita adoptet, vt ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur. Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur: vt haec simulata adoptio filii, quam maxime veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur.*

## §. X.

Increbuerat etiam apud Romanos adoptio ficta. Ad munera enim publica captanda liberi requirebantur, orbique reiiciebantur. Hinc non deerant, qui publicum munus adfectarent, qui fictis adoptionibus filios adsciscerent, quos finitis comitiis manu iterum emitterent. Huic tamen fictioni per SCtum obuiam iuerunt Romani, de quo TACITVS (o): *Percrebuerat ea tempestate prauissimus mos, cum propinquis comitiis, aut sorte prouinciarum plerique orbi fictis adoptionibus adsciscerent filios, praeturasque et prouincias in-*

(n) *C. XV.* Adde KVLPISIVM §. *XX.*
(o) *Annal. XV. c. XIX.*

*inter patres sortiti, statim emitterent manu, quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia senatum adeunt, ius naturae, labores educandi aduersus fraudem et artes et breuitatem adoptionis enumerant. Satis pretii esse orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, bonores, cuncta prompta et obuia baberent. Sibi promissa legum diu exspectata in ludibrium verti, quando quis sine solicitudine parens, sine luctu orbus longa patrum vota repente adaequaret. Factum ex eo senatus consultum, ne simulata adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vsurpandis quidem baereditatibus prodesset.*

## §. XI.

Inter illustres equidem apud Romanos primitus, vt adoptio lege curiata fieret, adhuc requirebatur. Moris alias erat, vt adoptatus Principi adoptanti publice ageret gratias. De Pisone a Galba adoptato dicit TACITVS (p): *Inde apud Senatum non comtior Galbae, non longior, quam apud militem Sermo:* Pisonis comis oratio et patrum fauor aderat: *multi voluntate; effusius qui noluerant: medii, ac plurimi, obuio obsequio priuatas spes agitantes, sine publica cura. Nec aliud, sequenti quatriduo quod medium inter adoptionem et caedem fuit dictum a Pisone in publico, factumue.* De Antonino Pio, postquam ab Adriano fuisset adoptatus ait IVLIVS CAPITOLINVS (q): *Adoptatus est V. Calend. Martias die, in senatu gratias agens, quod de se ita sensisset Adrianus.* E contrario Commodum pro valetudine gratias in senatu agere non potuisse Hadriano de adoptione, docet SPARTIANVS (r) Laetitiae publicae etiam digna adoptatis fuisse edita, docet nos exemplum Aelii Veri, ab Adriano imp. adoptati, de quo SPARTIANVS (s): *Datum etiam populo congia-*

(p) *Lib. I. Histor. XIX. n. 1.*
(q) ANTONINO PIO *c. IV.*
(r) HADRIANO *C. XXIII.*
(s) *Aelio Vero c. III.*

*giarium causa eius adoptionis, collatumque militibus HS ter millies, Circenses editi: neque quicquam praetermissum, quod posset laetitiam publicam frequentare.*

## §. XII.

Leges Romanae requirebant, vt adoptans adoptatum plena potestate, siue decem et octo annis praecederet (t). Hoc tamen nec semper inter patricios atque ciues Romanos fuit seruatum, cum P. Clodius Fonteio plebeio natu minori se in adoptionem dederit (u), multo minus apud Principes. Ridicula erat Heliogabali adoptio, dum, vel aequalis vel minoris adhuc esset aetatis (x). Immo, dum inter priuatos ad generandum habilitas requireretur (y), Heliogabalus tamen, abscissis licet sibi genitalibus, Alexandrum Con-

(t) §. *4. I. et L. XL. §. 1. ff de adoptionibus.*

(u) SVET. *Tiber.* c. II. Inde CICERO in oratione sua ad Pontifices pro domo c. XIV. *nego istam adoptionem pontificio iure esse factam: primum, quod hae vestrae sint aetates, vt is, qui te adoptauit, vel tibi loco filii per aetatem esse potuerit deinde quod causa quaeri soleat adoptandi, vt et is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, et legitimo et pontificio iure quaerat, et ita adoptet, vt ne quid aut de dignitate generum aut de sacrorum religione minuatur, illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur, vt haec simulata adoptio filii quam maxime veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. Quae maior calumnia est, quam venire imberbem adolescentulum, bene valentem, ac maritum: dicere filium Senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire, et videre omnes. non, vt ille filius instituatur, sed vt e patriciis exeat, et tribunus plebis fieri possit, idcirco adoptari, neque id obscurum, nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius, qui adoptauit.*

(x) HERODIANVS *Lib. V. cap. VII.*

(y) *§. 9. I. de adoptionibus l. 39. §. 1. ff. de Iure dotium.*

Consobrinum suum adoptauit (z). Guidus Vbaldus etiam per totam aetatem minus idoneus, fratris filium adoptauit. Idemque in regibus fieri, docet SCIPIO GENTILIS (a). Nec iure humano licebat absentes adoptare (b). Nerua tamen Traianum absentem adoptauit (c). Nec tabulis licet per tabellionem confectis, licebat olim adpellare filium, sed solennis iuris ordo apud Magistratum desiderabatur, dum in Principum adoptionibus diplomata sufficerent, prout exempla docebunt. Hinc, Augustus apud se domi adoptauit (d). Secundum ius Romanum etiam illi ab adoptando se abstinebant, qui liberos iam dum habebant, secus inter illustres, dum Micipsa, qui licet Hiempsalem atque Adherbalem haberet filios, nihilominus Iugurtham adoptauit (e). Tiberius, ex Agrippina, Drusi pater, Germanicum (f), Claudius, postquam e Messalina Britannicum sustulisset, Neronem generum demum adoptauit (g).

## §. XIII.

Singularis adoptionis ritus apud Barbaros erat, qui a Iunone fuerat introductus, de quo DIODORVS SICVLVS (h): *adiiciendum et hoc, quod post euectionem ad Deos, Iuno*

(z) AVR. VICTORIS Epitome c. XXIII. *Cupiditatem stupri quam adsequi naturae defectu non poterat, in se conuertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iusserat appellari. Vestalem virginem quasi matrimonio iungens suo abscisisque genitalibus Matri se Magnae sacrauit.* LAMPRIDIVS Heliogabalo c. VII.

(a) de L. Clodia §. XIII.

(b) l. 24. l. 25. §. 1. π. de *adopt.* l. vlt. C. eod.

(c) vid. sect. sequent. §. IV.

(d) l. 17. π. de *adoptionibus.*

(e) FLORVS lib. III. c. I.

(f) SVETON. *Tiberio* c. VII.

(g) SVET. *Claudio* c. XXVII.

(h) Lib. IV. p. 244.

*no Iouis suasu, filium sibi Herculem adoptauerit, et omne deinceps tempus materna ipsum beneuolentia complexa fuerit.* Illam adoptionem hoc modo factam perhibent: Iuno lectum ingressa, Herculem corpori suo admotum, vt verum imitaretur partum, subter vestes ad terram demisit, quem in hoc vsque tempus adoptionis ritum Barbari obseruant.

## §. XIV.

Praeter istum adoptionis morem, iure Romano barbaroue, diuersi modi reperiuntur. Sub Christianis impp. oriebatur adoptio per diuinum sacrificium, cantusque diuinos. Alios quinque modos HVBERTVS GIPHANIVS (i) recenset, per testamentum, per baptismum, per arma, per capillum, et per matrimonium. Has tamen partim proprie non esse adoptiones, partim in desuetudinem abiisse, putat LVDWELLVS (k), licet etiam exempla doceant contrarium.

## §. XV.

Christianum illum adoptandi morem *ἄνευ τελετῆς θείας καὶ ἱερῶν ᾠδῶν per diuinum sacrificium diuinosque cantus Leo imp. praescribit.* Morem enim istum tunc nouum fuisse ipse nos docet Nouella XXIV. decernens: *νῦν δὲ κατὰ θεσμὰ γινομένης καὶ πρέποντα καὶ δίκαια τῆς υἱοθεσίας, καὶ διὰ τελετῆς ἱερᾶς τῶν μὲν εἰς γονέων τάξιν καθισαμένων, τῶν δὲ εἰς τὰ τῶν παίδων. Verum, nunc quam adoptio secundum ritus, tum decoros, tum iustos fiat, et per sacrosanctum sacrificium hi in parentum locum, illi vero in filiorum ius subeunt.* Iste vero imp. decernit, vt qui eo modo per adoptionem legitimum fratris nomen subierint, iis nequaquam mutato fraternitatis iure, in matrimonium iungi liceat. Adoptionem etiam olim



(i) ad §. I. Instit. *de adoptionibus.*

(k) Diss. II. ad Inst. §. VIII.

olim χωρὶς εὐχῶν καὶ τελετῆς ἱερᾶς fuiſſe, idem Leo imp. Nouella LXXXIX. docet, vbi etiam praeſcribit ἐπὶ τέκνων εἰς ποιήσεως, ἱερᾶς ἐπικλήσεσι τὴν εἰσποίησιν προβαίνειν *adhibitis ſacris deprecationibus adoptionem perfici.* Eiusdem adoptionis per ſacras prius mentionem aeque facit THEODORVS BALSAMO ſcribens: ὅτι καὶ διὰ ἱερᾶς εὐχῆς γίνεται υἱοθεσία. Ἔχε οὖν τοῦτο ἐπὶ μνήμης οὐδὲ γὰρ εὕρηται που ἀλλαχοῦ κείμενον καὶ διὰ τοῦτο ἀγνοεῖται τοῖς πολλοῖς. *Quod per ſacras preces ſit adoptio, tene ergo hoc memoria, neque enim alibi inuenitur, et ideo a multis ignoratur.* KVLPISIVS (l), equidem hanc per ſacras preces factam adoptionem cum iſta per baptismum confundit, verum ipſe diſtinguit BALSAMO (m), dicens: *nota ergo ex Nouella, quod ſicut probibentur quaedam perſonae, quae per ſacrum baptismum cognationem inuicem acceperunt, matrimonio coniungi; ita etiam probibentur, quae per adoptionem acceperunt.*

## §. XVI.

Adoptionum per Teſtamentum non priuatorum ſolum, ſed etiam Principum atque illuſtrium plura ſuperſunt exempla. Quibus id agebatur, vt non tantum in bona, ſed etiam nomen teſtatoris vocaretur, qui haeres ſcribebatur, dum teſte CVIACIO (n), vtrumque niſi ſimul adſit, adoptio ſit nulla. De Q. Caecilio teſtatur CORNELIVS NEPOS (o): *quod moriens teſtamento adoptauerit Pomponium Atticum, haeredemque fecerit ex dodrante.* De Micipſa, Numidiae Rege teſtatur SALLVSTIVS (p), quod Iugurtham ſtatim adoptauerit, et teſtamento pariter cum filiis haeredem

(l) S. I. §. XVII.
(m) c. I.
(n) VII. *Obſeru.* VII. Sequor hic KVLP. S. I. §. XV.
(o) *in Attico* V. c. II.
(p) de *B. Iugurthino* c. II.

dem instituerit. De Iulio Caesare docet SVETONIVS (q), quod nouissimo testamento tres instituerit haeredes, sororum nepotes, Caium Octauium ex dodrante, et Lucium Pinarium et Quintum Pedium, ex quadrante reliquo; in ima cera Caium Octauium etiam in familiam et nomen adoptauit. Licet autem haec per testamentum facta adoptio fuerit iusta, vt filius adoptiuus etiam nomen patris adoptiui gerere potuisset, non tamen in familiam transibat filius adoptiuus, nec in facultates patris inquirendi habebat facultatem, nisi ista per legem Curiatam fuerit confirmata, tunc demum liberti paterni aliaque familiae iura sequebantur, prout supra (r) ex Dione Cassio et Appiano demonstraui. De Augusto SVETONIVS: *haeredes instituit primum Tiberium et Liuium, quos et nomen suum ferre iussit.* De Tiberio tamen dicit SVETONIVS (s): *post reditum in vrbem a M. Gallio senatore testamento adoptatus, haereditate adita, mox nomine abstinuit: quod Gallius aduersarum Augusto partium fuerat.*

## §. XVII.

Neque tamen cum Romanis Graecisque hic mos adoptandi per Testamentum desiit, quum etiam recentiori aetate eiusdem reperiamus exempla. Tale nobis ex Consiliis Marburgensibus (t) circa seculi superioris decursum exhibet KVLPISIVS (u). Liber Baro G. de F. testamentum condidit, in quo cognatum suum V. Liberum Baronem de M. non solum haeredem, sub nominis et insigniorum ferendorum conditione, instituit, sed insuper quoque in filium suum adoptauit, formulam institutionis quam Philippus



(q) *Vita Caesaris* c. LXXXIII.
(r) §. VI.
(s) *Tiberio* c. VI.
(t) Vol. I. Conf. XX.
(u) S. I. §. XVI.

pus Matthaei, qui ab haeredibus testatoris legitimis propterea consultus, nomine Collegii Iuridici Marburgensis respondit, huius tenoris refert: *So setzen wir hiermit wissentlich und wohlbedächtig, willkührlich und aus bewegenden guten Vrsachen, zu unsern rechten wahren und ohnzweiffentlichen* Vniuersal-*Erben aller unserer übrigen Verlassenschafft, so wir, wie oben vermeldet, in diesem Testament, oder hernach nicht verschafft haben, ein, des Wohlgebornen* W. *von* M. *Freyherrn zu* W. *unsers freundlichen lieben Vettern, ältern Sohn* V. *von* M. *Freyherrn zu* W. et mox in eodem paragrapho: *Dass auch erstgemeldter* V. *von* M. *für sich, seine nachkommende ehliche Leibes-Erben, und Erbens Erben, für und für, VNSERN NAHMEN, benamlich* V. *von* F. *Freyherr zu* M. etc. *und VNSER WAPPEN MIT SCHILDT VND HELM, wie wir Vns dieser Zeit gebrauchen, führen solle, darzu wir ihn dann hiermit in bester und beständigster Form Rechtens, auch mit guten Wissen und Willen obgemeldten seines Herrn Vaters, und sein selbst, an unsers eignen ehleiblichen Sohns statt* adoptir*et und angenommen haben wollen.* Adoptionis etiam per Testamentum factae exemplum exhibet REGNERVS SIXTINVS (x). Eiusmodi vero adoptionem non valere, nisi publica insinuatio et superioris accedat confirmatio, ex priori patet exemplo, dum Testator adoptioni Testamentariae hanc clausulam adiecerit (y): *auch Vorhabens sind, eine solche* adoption *neben ihm selber und seinen Herrn Vatern am Käyserlichen Cammer-Gericht, alss unsern ordentlichen ungemittelten Richter, wie es die ergangene beschriebene Käyserliche Rechten erfordern, mit ehester Gelegenheit nothdürfftiglich* confirmir*en zu lassen.*

§. XVIII.

(x) Vol. II. *Consil. Marburg.* XXI. n. 55.
(y) Vol. I. Consil. XXVI. n. 56.

## §. XVIII.

Alia porro ab ista per sacras preces adoptione erat adoptio per baptismum; dum quis pro filio recens nato coram sacerdote baptizante sponderet. Sponsor igitur patrinus, pater spiritualis atque adoptiuus, filius vero filiolus adpellabatur. Eam, sic describit HESYCHIVS: *υἱοθεσία, ὅταν τίς δὲ τὸν υἱὸν λαμβάνει κατὰ ἅγιον βάπτισμα.* Exemplum nobis praebet Monachus S. Galli (z), qui de baptizatis Normannis: qui a primoribus palatii quasi in adoptionem filiorum suscepti. Sic enim BONIFACIVS (a): *Homo quidam alterius filium de sacri baptismatis fonte eleuans, adoptauit sibi in filium, cuius postea viduatam duxit vxorem.* Rembertus (b) de Heraldo Danorum Rege scribit: *quod ipsum de sacro fonte Ludouicus Pius susceperit, sibique in filium adoptauerit.* Sic etiam SIMEON DVNELMENSIS *de gestis Anglorum* (c). *Quem Rex bonorifice suscepit, confirmari ab Episcopo fecit, sibi in filium adoptauit, regiaque munera donauit.* DVDO (d) de *Actis Normannorum*

*Quin et adoptiuam prolem susceptus ab alma,*
*extollensque salutiferi baptismatis unda.*

Sic etiam dux Bernhardus, qui erat de stirpe regali, Domini Imperatoris Ludouici, ex sacro fonte *baptismatis filius dicitur.* Moris tamen erat, vt post baptismum insignia munera, vel pars etiam bonorum filiolis sic susceptis traderetur. Patet hoc ex loco SIMEONIS DVNELEMNSIS ante

(z) *Vita Caroli Magni* Lib. II. c. XXIX.

(a) Epist. XV.

(b) *Vita S. Anscharii* n. 10.

(c) ad annum 994.

(d) Lib. III. p. 101. Vide *du* FRESNE *voce adoptio* et Diss. XXII. in Ioinvillam p. 274.

ante adducti. Idem tradit ADEMARVS CABVNENSIS (e) qui de Heraldi, Danorum Regis baptismo: *Eraldus cum vxore sua et magna Danorum multitudine veniens ad Imperatorem Moguntiam et apud S. Albanum cum his, quos secum adduxit, baptizatus est, fuitque filiolus Imperatoris de fontibus, et multis muneribus ab eo donatus, per Frisiam, qua venerat, reuersus est; in qua prouincia dedit ei Imperator in filiolatu unum comitatum, qui Triusti vocatur.* Simile ex Historia Anglicana exemplum adducit BEDA, (f) scribens: *erat autem Rex gentis illius Edilwalch, non multo ante baptizatus in prouincia Merciorum, praesente ac suggerente Rege Vulfhere, a quo etiam egressus de fonte loco filii susceptus est: in cuius signum adoptionis, duas illi prouincias donauit, Vectam videlicet insulam, et Meanuarorum prouinciam in gente occidentalium Saxonum.*

## §. XIX.

Neque tamen apud Latinos saltim hic adoptionis mos obtinuit, quin etiam apud Graecos locum haberet. Testatur de eo PROCOPIVS, (g) scribens: ἦν δέ τις νεανίας ἐκ Θράκης ἐν τῇ Βελισσαρίου οἰκίᾳ Θεοδόσιος τοὔνομα, δόξης γεγονὼς ἐκ πατέρων Εὐνομιανῶν καλουμένων. Τοῦτον ἡνίκα ἐς Λιβύην ἀποπλεῖν ἔμελλεν ἔλουσε μὲν ὁ Βελισσάριος τὸ θεῖον λουτρὸν, καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθένδε οἰκείαις, εἰσποιτὸν ποιήσατο ξὺν τῇ γυναικὶ παῖδα ἧπερ εἰσποιεῖσθαι χριστιανοῖς νόμος. *Adolescens nomine Theodosius, parentibus qui cum Eunomianis sentiunt, in Thracia natus, domi apud Belisarium versabatur, quem ipse iamiam in Africam transmissurus, diuino lauacro lustratum suis exceperat manibus, et vna cum vxore sua filium adoptauerat, quo Christiani more consueuerunt liberos adsciscere.* Sic etiam Con-

(e) Chron. ad ann. 826.

(f) *Histor. Eccles. Angl.* lib. IV. c. XIII.

(g) *Anecdotis* p. 2.

Continuator Theophanis (h) τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τοῦ θείου λουτροῦ υἱοποιησάμενος.

## §. XX.

Haec autem adoptio cognationem ſpiritualem procurauit hoc effectu, vt nec patrinus cum matre filioli matrimonium potuiſſet contrahere. Sic enim in CONCILIO TRVLLANO (i): *Quoniam ſpiritualis cognatio corporum cognatione maior eſt, nouimus in quibusdam locis exceptores puerorum ex ſancto et ſalutari baptismate, poſtea cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere: ſtatuimus, ne impoſterum tale aliquid fiat. Si qui vero ſecus fecerint, hi quidem primo ab illicito matrimonio ſeparentur, deinde fornicatorum poenis ſubiiciantur.* Quare etiam patrinos omnes contrahere cognationem ſpiritualem matrimonium contrahendum impedientem, contracta diſſoluentem a. MCCLXXXXVIII. decreuit Bonifacius VIII. Papa (k). Idemque concilio Tridentino fuit confirmatum (l). Ratio autem ſuſceptae parentelae atque adoptionis ex eo patet, quod olim ipſi parentes filios ad baptismum efferre ſolebant, de quo Auguſtinus ad Bonifacium: *Illud autem nolo te fallat, vt exiſtimes reatus vinculum ex Adam tractum, aliter non poſſe dirumpi, niſi paruuli ad percipiendam Chriſti gratiam a parentibus offerantur;* ſic enim ſcribens dicit: *vt, ſicut parentes fuerunt auctores ad eorundem poenam, per fidem parentum itentidem iuſtificentur. Cum videas multos non offerri a parentibus, ſed etiam a quibuslibet extraneis, ſicut a Dominis ſeruuli aliquando offerentur. Et mortuis parentibus ſuis, paruuli baptizantur ab eis oblati, qui*

(h) Lib. I. n. 12. Plura loca ſuppeditat *du* FRESNE *Gloſſario Graeco* voce υἱοθεσία.

(i) Can. LIII.

(k) c. vlt. de *cognat. ſpiritual.* in 6to.

(l) Seſſ. XXIV. de *Reformat. Matrimon.* c. II.

*qui illis huiusmodi misericordiam praebere potuerunt. Aliquando etiam quos crudeliter parentes exposuerunt nutriendos a quibuslibet, non nunquam a sacris Virginibus colliguntur, et ab eis offeruntur ad baptismum. Quae certe proprios filios non habuerunt vllos, nec habere disponunt.* Hanc tamen adoptionem atque cognationem spiritualem IACOBVS CVIACIVS (m) merito *fictam* vocat atque *imaginariam*, cuius Iuris arbitrium tamen sit in hominibus non a Domino, non ab Apostolis, nec vlla extet vetustior memoria tempore Iustiniani, atque auguratur, eam aliquando procedente tempore prorsus abrogatam iri, prout in Ecclesiis etiam protestantium fuit factum.

## §. XXI.

Alius gentibus barbaris cognitus erat mos adoptandi per arma. Totum negotium optime describit CASSIODORVS (n), dum Theodorici Regis Gothorum Herulorum Regem adoptantis exhibet epistolam, in qua: *per arma fieri posse filium, grande inter gentes constat esse praeconium, quia non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosci, in sobole frequenter fallimur, ignaui autem esse nesciunt, quos iudicia pepererunt. Hi enim gratiam non de natura, sed de solis moribus consequuntur, quando vinculo animi obligantur extranei. Et tanta in hoc actu vis est, vt prius se velint mori, quam aliquid asperum patribus videantur infligi. Et ideo more gentium et conditione virili, filium Te praesente munere procreamus, vt competenter per arma nascatur, qui bellicosus esse dignoscaris. Damus quidem tibi equos, enses, clypeos, et reliqua instrumenta bellorum: sed quae sunt omni modo fortiora, largimur tibi nostra iudicia. Summus enim inter Gentes esse crederis,*

(m) Ad IV. *Decret.* RVLP. §. XVII.

(n) Lib. IV. *Variorum* c. II. *constit. Theodorici* LXXVIII. *apud* GOLDASTVM *Const.* p. III. pag. 55.

*deris, qui Theodorici sententia comprobaris. Sume itaque arma, mihi Tibique profutura. Ille a Te deuotionem petit, qui Te magis defensare disponit. Probat tuum animum, et opus non habebit obsequium. Adoptat Te talis, de cuius gente Tu potius formideris. Nota sunt enim Herulis Gothorum, Deo iuuante, solatia. Nos arma Tibi dedimus, gentes autem olim virtutum pignora praestiterunt. Salutantes proinde gratia competenti, reliqua per illum atque illum, legatos nostros patris seruare mandamus, qui vobis literas nostras euidenter exponant, et ad confirmandam gratiam, quae sunt dicenda, subiungant.* Sic etiam Athalaricus Gothorum Rex ad Iustinum Imp. (o): *Vos genitorem meum in Italia palmatae claritate decorastis. Desiderio quoque concordiae factus est per arma filius.* Idem CASSIODORVS in mandatis Athalarici ad Tholonicum siue Tholuit, patritium, *Extat*, inquit, *gentis Gothicae huius probitatis exemplum. Gensimundus ille toto orbe cantabilis, solum armis filius factus, tanta se Amalis deuotione coniunxit, vt heredibus eorum curiosum exhibuerit famulatum.* Zeno Impr. sub finem seculi quinti Theodoricum Regem Gothorum adampliandum honorem eius in arma, sibi eum filium adoptauit, de suisque stipendiis triumphum in vrbe donauit (p). Apud Longobardos (q) dicit Audaemus Rex de Alboino filio: *scitis non esse apud nos consuetudinem, vt Regis cum patre filius procedat, nisi prius a rege gentis exterae arma suscipiat.* Apud Francos Gumtranus Rex Aurelianus per hastae traditionem Childebertum ex fratre nepotem sibi successorem designauit (r).



(o) Apud CASSIODORVM L. VIII. epist. IX.

(p) Teste IORNANDE *de rebus Geticis.* c. LVIII.

(q) PAVLVS DIACONVS Lib. I. c. XXIII.

(r) Sic enim GREGORIVS TVRONENSIS lib. VII. c. XXXIII. *Post haec Rex Guntchramnus data in manu Regis Childeberti hasta,*

## §. XXII.

Haec vero adoptio more barbaro fiebat, nec Ius sui heredis concedebat. Docet hoc Iustini Thracis Imp. negotium cum Cabade, quod ex Procopio (s) tali ratione exponit PETRVS PITHOEVS (t): *Cabades Persarum Rex, belli quod cum Romanis gerebat, ansas praecidere cupiens, eademque opera, Cosroem ex sorore filium regni successorem relinquere, excluso Cabade maiori natu, quem naturae Ius caeteris praeferebat, pacem Iustino Imperatori ita obtulit, si Cosroem adoptaret. Accepit statim conditionem Iustinus, paratusque erat Cosroem Romano ritu adoptare, et adoptionis instrumenta conscribere, ni Procli Quaestor intercesfisset, dictitans: hoc modo et Iustinum Romanorum vltimum Imperatorem, et Iustinianum, quem is antea nobilissimum designatum principem regnique sui successorem creauit, in Imperii successione magno sibi impedimento futurum. Quandoquidem hac adoptione, legibus Romanis, Cosroes ad imperium, vt filius vocaretur. Ex consilio igitur Procli, Cabadis legatis tandem responsum est, Paratum quidem Iustinum Cosroem adoptare, et filium sibi facere, sed ita vt barbarum decet, id est, per arma, non per literarum instrumenta. Quo responso, Persae elusos se esse sentientes. (hoc enim genere ado-*

*ait: Hoc est indicium, quod tibi omne regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade, et omnes ciuitates meas, tanquam tuas proprias sub tui Iuris dominationem subiice. Nihil enim facientibus peccatis, de stirpe mea remansit, nisi tu tantum, qui mei fratris es filius. Tu enim heres in omni regno meo succede, caeteris ex heredibus factis.* AIMOINVS lib. III. c. LXVIII. *tunc demum Guntramnus Rex, hastam, quam manu gerebat nepoti tradidit, inquiens:* hoc *amantissime nepos, Iudicio noueris te mihi successum in regno. Idcirco, tradita tibi a me potestate, cunctas regni mei ciuitates tanquam tuas dispone: reminiscere te solum ex nostra superesse stirpe.* Vide etiam *obseruationes Halenses.* Tom. II. Obseruat. III. §. 2.

(s) *de B. Persarum* lib. I. cap. XII.

(t) *Aduers. subseciuis.* lib. I. c. I.

*adoptionis Cosroes Iustino ita adnasci non poterat, vt ei in imperio suus haeres succederet, quod Cabadis votum et consilium erat, re infecta, discesserunt.*

## §. XXIII.

De adoptione per Barbam testatur PAVLVS DIACONVS (u), quod Gregorius Patricius Romanorum Tasoni promiserit, vt ei barbam, sicut moris est, incideret, eumque sibi filium faceret. De Alarico Gothorum rege dicit AIMOINVS (x) quod inter Clodouaeum atque Alaricum legati fuerint missi, vt Alaricus iuxta morem antiquorum barbam Clodouaei tangens, adoptiuus ei fieret pater. Idem de more adoptandi per capillum docet, scribens (y): *Circa haec tempora Karolus, princeps Francorum, Pipinum suum filium ad Luitprandum direxit, vt eius iuxta morem capillum susciperet. Qui eius Caesariem incidens, ei pater effectus est, multisque eum ditatum regiis muneribus, genitori remisit.*

## §. XXIV.

Nostris moribus vsitatam esse adoptionem per matrimonium tradit GIPHANIVS, quod et liberi dicantur dari in Morganaticam siue Morgengabam. Nam saepe fieri, vt in instrumento nuptiali pactum inseratur, quo liberi antea suscepti ex altero duntaxat communes fiant, et velut adoptentur. Licet Giphanius haec male adplicet ad liberos ex ma-



(u) *de gestis Longobardorum lib. II. c. XI.*

(x) *lib. I. cap. XX.*

(y) *lib. VI. c. III.* de eodem OTTO FRISING. *Chron. lib. V. c. XVI.* de Carolo Martello. *Quidam iterum prouinciam, capta Arelato, vastant a Luitprando Longobardorum rege, qui filium eius Pipinum tonsa Caesarie, adoptauerat in filium, petito et accepto auxilio, de finibus eius fugere coguntur.* CHRON. *Nouallciense* apud du CHESNE *Tom. II. p. 223.*

matrimonio ad Morganaticam natos, cum hi iusti atque legitimi sint liberi, qui nulla indigeant adoptione; nec de liberis per subsequens matrimonium legitimatis hoc dici poterit, quod adoptentur, dum et hi sint liberi natura tales. Quod si tamen sponsa ex alio iamdum liberos susceperit, et sponsus tales pro suis per pacta nuptialia adgnoscat, hoc non tam erit adoptio per matrimonium, quam potius per Instrumentum.

## §. XXV.

Apud Francos vsitata erat adoptio per traditionem bonorum, adhibito tamen instrumento et testibus, de quo *Lex Ripuariorum* (z): *Si quis procreationem filiorum vel filiarum non habuerit, omnem facultatem suam in praesentia Regis, siue vir mulieri, vel mulier viro, seu cuicunquelibet de proximis vel extraneis, adoptare in haereditatem vel per scripturarum seriem, seu per traditionem, et testibus adhibitis, secundum legem Ripuariam licentiam habeat.* Idem confirmatur in Carolo M. (a) his verbis: *Qui filios non habuerit, et alium quemlibet heredem sibi facere voluerit, coram Rege, vel coram comite et scabinis, vel missis dominicis, qui ab eo ad iustitias faciendas in prouincia fuerint ordinati, traditionem faciat.* Formulam adoptionis inseruit MARCVLPHVS (b): *Domino fratri illo ille. Dum peccatis meis facientibus, diu orbatus a filiis, et mihi paupertas et infirmitas afficere videtur, et te, iuxta quod inter nos bonae pacis placuit atque conuenit, in loco filiorum meorum visus sum adoptasse, ita vt dum aduixero, victum et vestitum, tam in dorso, quam in lecto, seu calcia-*

men-

(z) *Cap. XLVIII.*

(a) *Cap. IV. a. 803. c. VII.* Idem inseruit IVO *p. XVI. c. CCCII.*

(b) *lib. II. Form. XIII.* Similis vero Formula occurrit inter *Formulas Sirmondicas n. XXIII.* Inter Formulas LINDENBROGII *n. LVIII, LIX.*

*mentum mihi in omnibus sufficienter impertias et procures, et omnes res meas, quascunque habere videor, tam manso, vinea, prato, peculio seu reliqua supellectile domus meae, saluo iure illo, me viuente, in tua potestate recipere debeas, propterea tibi hanc epistolam fieri decreui, vt neque ego, nec nullus de heredibus meis, aut quicunque hanc conuenientiam inter nos factam emutare non possit; sed sicut superius continetur, mea necessitate, dum aduixero, debeas procurare, et omnes res meas et ad praesens et post meum discessum in tua potestate permaneant, et quod tibi exinde placuerit faciendi liberam habeas potestatem. Quod si aliquis hoc quoque tempore emutare voluerit, inferat tibi tantum, et quod repetit vindicare non valeat, sed praesens epistola omni tempore firma permaneat.*

## §. XXVI.

Effectus arrogationis atque adoptionis consistebat in eo, vt patriae potestati patris adoptiui subiiceretur filius, arrogatus etiam ius patriae potestatis amitteret. Sic enim de Tiberio, postquam ab Augusto fuisset arrogatus, SVETONIVS (c): *nec quicquam postea pro patre familias egit: aut ius, quod adoptione amiserat, ex vlla parte retinuit, nam neque donauit neque manumisit: nec hereditatem quidem aut legata percepit vlla aliter, quam vt peculio referret accepta.*

## §. XXVII.

Exinde filius etiam adoptiuus patris adoptiui nomen adsumebat, ita vt quarto loco nomen adderet gentilitium maxime, dum per legem Claudiam in nomen et familiam adsciscerentur (d). Plura nobis suppeditat exempla KVLPISIVS (e). Sic *Publius Aemilius* L. Aemilii Pauli Macedo-

(c) *Tiberio Cap. XV.*

(d) vid. infra *Sect. II. §. III.*

(e) *§. LI.*

donici a Scipione Africano adoptatus dictus est, P. Cornelius Africanus Scipio Aemilianus P. Lucius Mucius a Crasso, P. Licinius Crassus Mucianus. Pomponius Atticus a Q. Caecilio: Q. Caecilius Pomponianus. C. Octauius a Iulio Caesare adoptatus C. Iulius Caesar Octauianus. Galba a Nouerca, Liuia Ocellina adoptatus, se dixit Liuium Ocellinum, Tiberius Claudius Nero vero ab Augusto adoptatus, vocari voluit Tiberius Diui Augusti filius. Posteriori tempore filii adoptiui Caesares, Principes Iuuentutis, Tribunitiae potestatis Consortes adpellari voluerunt. Posterioribus seculis id rarius fuisse frequentatum, adserit KVLPISIVS (f) nisi ab adoptante ipso necessitas ferendi nomen et insignia adoptato puero imposita, quo casu tamen propriae suae familiae arma relinquere non tenetur, sed simul coniungere potest atque retinere, teste Fachinaeo (g) atque Tessauro (h).

## §. XXVIII.

Circa adquisitionem, Iuris Romani est (i), vt arrogati bona transeant ad arrogantem, quod tamen circa imperantes minime obtinet. Ioanna II. enim licet Alfonsum adoptaret, ipsius tamen regnum Arragoniae non adquisiuit, nec Margaretha Ericum Pomeraniae Ducem adrogans Ducatum Pomeraniae. Nec etiam filius adoptiuus, quicquid adquirit, patri adquirit. Aurelianus imperator imperium Romanum sibi adquisiuit, minime vero patri adoptiuo, Vlpio Crinito (k). Catharina, Cypri regnum post mortem Iacobi mariti, non vero Reipublicae Venetae,

(f) KVLPISIVS §. *L.*
(g) *Lib. V. consf. XXXII. n. 22.*
(h) *Dec. CCLXX. n. 9.*
(i) *lib. XV. π. de adoptionibus.*
(k) *Sect. II. §. VII.*

tae, cuius filia erat, quaesiuit, dum singulari postea cessione opus esset.

## §. XXIX.

Adoptioni adfinis est adoptio in fratrem, matremque: Sic Ladislaus, Rex Hungariae, Elisabetham, Io. Hunniadis viduam cum filiis adoptauit. Sic enim Ladislaus dictam Elisabetham adloquitur: *Proinde omnis dolor abesto, procul esto moeror, lugubres habitus deponantur. Supersunt tibi duo filii, qui cum paterna virtute certabunt: hos ego fratres, et te matrem adopto: Ladislaum Cibianae caedis impunitate dono, sacrosanctam initi fraterni foederis Eucharistiam testem esse iubeo, pullas ergo vestes vos omnes exuere iubeo, impero ac edico, ad hunc festum diem vobiscum vna celebrato.* Facit huc destinatio successoris (l) et conditio nominis ac morum ferendorum.

## §. XXX.

De eo tamen adhuc erit disquirendum, an adrogationes istae atque adoptiones ius succedendi in regna certum tribuant. GROTIVS (m) distinguit inter regna et imperia, quae pleno modo possidentur, et in patrimonio sunt, atque ea, quae modum habendi accipiunt a populi consensu. In illis, quoad successionem omnia dependent a voluntate imperantis vel expressa vel praesumta, iuxta gentis consuetudinem explicanda. Inde adoptatos non minus quam veros liberos succedere, Grotius bene monuit, idemque per exempla illustrauit. Quae vero ad posteriorem classem pertinent imperia, adoptiuos non admittunt, ex naturali praesumtione, qua non nisi eos, qui secundum patriae leges nati sunt, vocasse censetur populus, quam in dubio se-

(l) De quo diss. de variis modis decernendi successorem.

(m) *de I. B. et P. lib. II. c. VII. §. 12. 14. seqq.*

sequi conuenit, nisi aliud mos, aut lex ferat, ad quam posteriorem declarationem BOECLERVS exempla imp. Romanorum retulit, quibus consensu populi, legeque regia permissa fuerat adoptio, sicut etiam imperium adoptione quaesitum saepius confirmauit senatus.

## §. XXXI.

Alia GROTIO exempla debemus, dum ita scribit (n): *nec adoptati minus veris liberis succedent ex praesumta voluntate:* Sic Aepalio Locrorum regi Hyllus Herculis filius per adoptionem in regnum successit. Melossus notus ex patris Pyrrhi legitimos liberos non habentis Iudicio successit in regnum Epiri: de adoptando in successionem Scythiae Philippo, egit Rex Atheas: Iugurtha nothus, sed adoptatus, successit in regno Numidico: Sicut et in regnis, quae Gothi et Longobardi armis quaesierant, adoptionem valuisse legimus. Ita Vasconum regnum ex adoptione petebat Petrus Arragonius, de quo IO. MARIANA (o): *Petro Arragonio ad vtriusque regni fines Sosiam oppidum progresso tum regnum ex Sanctii Regis adoptione, et ex aliis vetustioribus tabulis sibi deberi contenderet, et quadraginta millia argenti pondo exigeret, non ita pridem a Theobaldo Rege pacta: re multum deliberata, consensu procerum, puella regni haeres desponsa est absens: regnique possessio dotis nomine pacta.*

## §. XXXII.

Dum Ludouicus XIV. Francorum Rex Lotharingiae Duces inter Sanguinis Principes referret, contradicebant reliqui Borbonii Duces, de quo BENIAMIN PRIOLVS (p): *In secretiori consilio non fraudauit fidem debitam, sanguinem regium*

(n) *Lib. II. cap. VII. §. XII.*
(o) *Lib. XII. c. XIV.*
(p) *Lib. XII. §. II. p. 397.*

*gium non transfundi in alienigenas venas; periculosum adoptari de Regno ausos contendere, praesentem Regis fortunam extra omnem aleam, imminentia et futuros casus supra Regiam omnem potestatem, insidiosa pacta ordines Regni aeternum damnaturos. Cum de successione Regni agatur, non nisi eorum consensu valescere: Nec Reginae foecunditate, nec Regis aetate florente, talia inniti; numerosam stirpem Regiam non semel visam derepente sterilescentem. Modum non posse imponi Vindocinensibus et Longauillanis querelis, quibus faueret omnis Nobilitas, indocilis ferre iuga peregrina. Haec, nisi facta, non probari, non potuisse tamen sibi temperare, quin pro ratione muneris audacter quidem sed modeste, iudicio Regis omnia submitteret. Lioneus pauca ex tempore regessit, parum Regis interesse, quid posteri decertarent, ingentem accessionem chimera emi. Nefas esse, de Borbonidum aeternitate dubitare. Res igitur peracta, autoritate Regis praeponderante, frustra Vindocinensibus, Longauillanis et Courteniacis reluctantibus. Hi tamen primis motibus temperauere, de Caroli poenitentia et eius nepotis cognominis in Germaniam secessione certiores facti. Quis futurus sit exitus, a tempore expectandum.*

## §. XXXIII.

Si rem ipsam penitius consideremus, reges equidem, si regna sua ita habuerint in patrimonio, vt libere et sine vlla restrictione de iisdem possint disponere, adoptiuos etiam successores poterunt decernere. Verum si etiam talia sint, nihil tamen in praeiudicium eorum, quorum interest, vel qui alias in regno sint successores, poterunt definire. Dum regna feudorum instar habeantur, atque ex pacto et prouidentia Maiorum deferantur, vt itaque illis, qui a primo adquirente descendant, adferri nequeat praeiudicium. Hinc non sine ratione sanguinis Principes Lotharingicae domus receptioni se opposuerunt.

ſequi conuenit, niſi aliud mos, aut lex ferat, ad quam poſteriorem declarationem BOECLERVS exempla imp. Romanorum retulit, quibus conſenſu populi, legeque regia permiſſa fuerat adoptio, ſicut etiam imperium adoptione quaeſitum ſaepius confirmauit ſenatus.

## §. XXXI.

Alia GROTIO exempla debemus, dum ita ſcribit (n): *nec adoptati minus veris liberis ſuccedent ex praeſumta voluntate:* Sic Aepalio Locrorum regi Hyllus Herculis filius per adoptionem in regnum ſucceſſit. Meloſſus notus ex patris Pyrrhi legitimos liberos non habentis Iudicio ſucceſſit in regnum Epiri: de adoptando in ſucceſſionem Scythiae Philippo, egit Rex Atheas: Iugurtha nothus, ſed adoptatus, ſucceſſit in regno Numidico: Sicut et in regnis, quae Gothi et Longobardi armis quaeſierant, adoptionem valuiſſe legimus. Ita Vaſconum regnum ex adoptione petebat Petrus Arragonius, de quo IO. MARIANA (o): *Petro Arragonio ad vtriusque regni fines Soſiam oppidum progreſſo tum regnum ex Sanctii Regis adoptione, et ex aliis vetuſtioribus tabulis ſibi deberi contenderet, et quadraginta millia argenti pondo exigeret, non ita pridem a Theobaldo Rege pacta: re multum deliberata, conſenſu procerum, puella regni haeres deſponſa eſt abſens: regnique poſſeſſio dotis nomine pacta.*

## §. XXXII.

Dum Ludouicus XIV. Francorum Rex Lotharingiae Duces inter Sanguinis Principes referret, contradicebant reliqui Borbonii Duces, de quo BENIAMIN PRIOLVS (p): *In ſecretiori conſilio non fraudauit fidem debitam, ſanguinem regium*

(n) *Lib. II. cap. VII. §. XII.*
(o) *Lib. XII. c. XIV.*
(p) *Lib. XII. §. II. p. 397.*

*gium non transfundi in alienigenas venas; periculosum adoptari de Regno ausos contendere, praesentem Regis fortunam extra omnem aleam, imminentia et futuros casus supra Regiam omnem potestatem, insidiosa pacta ordines Regni aeternum damnaturos. Cum de successione Regni agatur, non nisi eorum consensu valescere: Nec Reginae foecunditate, nec Regis aetate florente, talia inniti; numerosam stirpem Regiam non semel visam derepente sterilescentem. Modum non posse imponi Vindocinensibus et Longauillanis querelis, quibus faueret omnis Nobilitas, indocilis ferre iuga peregrina. Haec, nisi facta, non probari, non potuisse tamen sibi temperare, quin pro ratione muneris audacter quidem sed modeste, iudicio Regis omnia submitteret. Lioneus pauca ex tempore regessit, parum Regis interesse, quid posteri decertarent, ingentem accessionem chimera emi. Nefas esse, de Borbonidum aeternitate dubitare. Res igitur peracta, autoritate Regis praeponderante, frustra Vindocinensibus, Longauillanis et Courteniacis reluctantibus. Hi tamen primis motibus temperauere, de Caroli poenitentia et eius nepotis cognominis in Germaniam secessione certiores facti. Quis futurus sit exitus, a tempore expectandum.*

## §. XXXIII.

Si rem ipsam penitius consideremus, reges equidem, si regna sua ita habuerint in patrimonio, vt libere et sine vlla restrictione de iisdem possint disponere, adoptiuos etiam successores poterunt decernere. Verum si etiam talia sint, nihil tamen in praeiudicium eorum, quorum interest, vel qui alias in regno sint successores, poterunt definire. Dum regna feudorum instar habeantur, atque ex pacto et prouidentia Maiorum deferantur, vt itaque illis, qui a primo adquirente descendant, adferri nequeat praeiudicium. Hinc non sine ratione sanguinis Principes Lotharingicae domus receptioni se opposuerunt.

# SECTIO II.

DE

# ADOPTIONIBVS ILLVSTRIVM GERMANIAE.

## SVMMARIA.

§. I.

*Ludouicus Bauarus Rudolphum Palatinum adoptat.*

§. II.

*Fridericus III. imp. Vladislaum Bohemum dicitur adoptasse, sed perperam.*

§. III.

*Sigismundus Austriae Archidux Maximilianum adoptat.*

§. IV.

*Matthias imp. Ferdinandum adoptat.*

§. V.

*Fridericus Victoriosus Palatinus Philippum Ingenuum adoptat.*

§. VI.

*Hermannus Sueuiae Dux Ottonis M. filium Ludolphum adoptat.*

§. VII.

*Conradus Sueuiae Dux, Henricum Saxonem adoptat.*

§. VIII.

*Henricus III. Carinthiae Dux, Henricum Engelberti II. filium adoptat.*

§. IX.

*Fridericus III. Comes Ortenburgicus Ludouicum Ciliae Comitem adoptat.*

§. X.

*Ioachimus Ortenburgicus Comes Fridericum Casimirum, Fridericum, Casimirus Hanouiensis Comes adgnatos adoptat.*

§. XI.

*Georgius Dynasta de Freundsberg cognatum Com. de Mexelrein adoptat.*

§. XII.

*An in illustrium adoptionibus I. C. regulae sint obseruandae.*

§. XIII.

*Kulpisii hac de re sententia.*

§. XIV.

*Furstenerii et Schilteri sententia.*

§. XV.

*Princeps ad allodialem successionem libere adoptat, ad feudalem tamen imp. et adgnatorum consensu indiget.*

§. XVI.

§. XVI.

*Licet olim statuum prouincialium consensus suffecerit.*

§. XVII.

*Quatenus Ecclesiastici Principes possint adoptare.*

§. XVIII.

*Adoptionum Principalium effectus in quo consistat.*

§. XIX.

*An plebeius a Principe vel Comite adoptatus patris dignitatem adquirat.*

§. XX.

*Reges vel Principes regnum patrimoniale possidentes, et absoluta potestate gaudentes dignitatem impertiuntur.*

§. XXI.

*Eybenii hac de re sententia.*

## §. I.

In impp. Germanicorum historia occurrit exemplum Ludouici Bauari imp. adgnatum suum Rudolphum Palatinum *als unses selbes Sun* adoptantis, prout litterae adoptionis de anno MCXC. testantur (q): *Wir Ludewig von G.G. Röm. Käyss. zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, verjehen öffentlich, und thun kund mit diesem Brief, dass wir den Hochgebohrnen Rudolphen Pfaltz-Graffen bey Rin, und Hertzogen in Beyern, unsern lieben Vettern und Fürsten, als unsern selbst Sohn, mit allen seinen Landen, Leuten und Güthern in unsere besondere Pfleg und Schirm genommen haben, also, dass Wir Ihn und die Vorgen: sein Land und Guth als unserm Selbst Kinde, Guth und Lande mit allen Sachen beschirmen, handhaben, bessern und besorgen sollen, als verne als wir mögen, gegen allermänniglich. Wir bekennen auch, dass Wir Ihm seine Tochter von der gemecht werden, die zwischen unser und sin geschehn sind, geheissen haben zu setzen und zu berathen mit allen Sachen, als ob sie unser selbst Tochter wäre. Darüber zu Uhrkunde geben Wir Ihm diesen Brieff versiegelt mit unserm Kayserl. Insiegel, der geben ist zu Franckfurth, am Donnerstage vor S. Matthaeus-Tage, nach Christi* Ge-



(q) Apud SCHILTERVM *Instit. Iur. Publ. L. I. T. X.*

*Geburth MCCCXC. Jahr. Dornach in dem 38. Jahr in dem 24. Jahr unsers Reichs, und in dem 11. des Kaysertbums.*

*WIR LVDEWIG etc.*

*Wenn wir unsern lieben Vettern und Fürsten,* R. *Pfaltzgr. bey* Rin *und* H. *in* B. *mit sinem Libe und auch mit allen sinen Landen, Leuten und Gütern, wo die gelegen, oder wie die genannt sind, in unsere besondere Pflege und Schirm genommen haben, wellen Wir und gebiethen festiglich bey unsern Hulden, allen unsern und des Reichs-Fürsten, Graffen, Freyen, Dienst-Männern, Gemeinen, den Städten und allen andern unsern Getreüen, wie die genannt sind, dass sie dem vorgen: unsern Vettern, sin Land, Leut und Guth, nicht angreiffen, beklagen, noch ansprechen, in keinerley Sache, sie setzen Ihn denn des ersten vor uns zur Rede um die gepressten, die sie haben, und thun uns die Kund, so wollen Wir sie dann der entrichten und einen redlichen Austrag geben, als Wir billig sollen, wer auch diss unser Geboth nicht hält und übertritt, der thut schwerlich wieder unser Hulde, und möchten nichts erlassen, wir müssen Ihn schwerlich darum straffen. Zu Vrkundt* vt antea etc.

## §. II.

In potentissima gente Austriaca ad Friderici III. Imp. exemplum prouocatur, quod Vladislaum Bohemiae Regem in filium susceperit. Prouocatur hanc in rem ad litteras Inuestiturae dicto Vladislao d. X. Iunii MCDLXXVII. concessas (s), in quibus Fridericus Imp. ipsum vocat *unsem lieben Sohn und Oheimb*. Verum, dum de adoptione Vladislai nihil tradunt alii scriptores (t): potius circa hanc appellationem habitam fuisse rationem cognationis, quae

(s) Apud LONDORPIUM Tom. I. p. 774.

(t) Inuestituram describit GER. a ROO *Rer. Austr.* lib. VIII. p. 333. DVGLOSSVS *Hist. Polon.* lib. XIII. p. 558. nihil vero tradunt de hac adoptione.

quae Caesari cum Vladislao intercedebat, putarem, cuius mater e domo Austriaca, Ladislai regis soror fuerat (u).

## §. III.

De Sigismundo Austriae Archi-Duce lineae Tyrolensis, Maximilianum adoptante, sic scribit GERHARDVS a ROO (x): *Circa idem tempus, Sigismundus Tyrolensium princeps, quod legitimam prolem haberet nullam, Maximilianum patruelis filium, adoptionis Iure, haeredem omnium suarum ditionum instituit* (y). Idem: *a primo tempore, quo Maximilianus ipso adhuc viuo, ditionum eius Imperium suscepisset.* PONTVS HEVTERVS (z): *Sigismundus Romanorum Regi omnibus haereditariis cessit ditionibus, praesentibus ditionum suarum ordinibus, quos a sacramento sibi dicto liberatos, nouum Rom. Regi vt legitimo principi dicere iubet, ad vitam sibi e dictis regionibus seruans certos reditus pecuniarios annuos.* At plenius adhuc FVGGERVS (a): *Ertzh. Sigmund, der nun ein hohes Alter auf sich, und keinen Leibes-Erben mehr zu hoffen hatte, auch zu den Regierungs-Sorgen verdrossen war, beschiede seine Landstände nach Inspruck, sprache sie ledig von ihrer Eidespflicht, und liese sie den Röm. König, als ihrem angehenden Lands-Fürsten schwören: den er in ihrer Gegenwart an SOHNES statt aufnahme, ihme alle seine vom Vatter ererbte Länder abtrate und übergabe, und allein, auf übrige Lebenszeit, ein gewisses iährliches Einkommen ihm vorbehielte. Etliche wollen, er habe solches gethan, umb den Röm. König, deme die Sparsamkeit des Vatters nit viel Geldt-Mittel verfügete, der auch von den Niederlanden wenig Einkommens hatte, damit Er den Königl. Staat mit Ehren führen möchte, etwas reicher zu bemitteln.*

§. IV.

(u) Sic DVBRAVIVS lib. XXXI. p. 252.
(x) Lib. X. p. 516.
(y) Lib. XI. p. 339. Rer. Austr.
(z) Lib. V. cap. XXXVII. p. 1013.
(a) Lib. III. cap. XII.

## §. IV.

Matthias Imp. dum esset improlis, a. MDCXVI. de successione non in Austriacas solum terras, sed etiam imperialem dignitatem consilia agebantur: Et dum Matthiae fratres, Albertus atque Maximilianus prole essent destituti, de deferenda successione Ferdinando, Caroli II. Archiducis, qui Graecii sedem habebat, primogenito, agebatur. Hinc in Bohemiam pergebat Matthias Iunio mense, habitisque Pragae Comitiis Philippi III. Hispanorum Regis fratrumque, qui liberis erant destituti, successioni renuntiantium consensu, Ferdinandum, prout singulari pacto fuerat conclusum d. VI. Iunii MDCXVII. in filium adoptans, sibi statuit successorem (b).

## §. V.

Illustre in domo Palat. reperitur exemplum Friderici Victoriosi. Hunc Ludouicus III. Mansuetus dictus Elector Palatinus fratrem suum, filii sui Philippi ingenui, nondum primum aetatis annum habentis, constituerat Tutorem, quam

(b) ALEXANDER PATRITIUS *Merc. Gallico* lib. II. c. VI. GRAMONDUS lib. IV. p. 241. SLEIDANUS Contin. p. IV. lib. VI. p. 409. Extant pacta et Renunciationes apud LONDORP. Tom. I. lib. II. c. IV. V. VI. *du* MONT *Corps Diplomatique* Tom. V. p. II. pap. 298. KHEVENHULLER Tom. VIII. p. 1100. qui etiam propositionem Bohemis desuper factam, exhibet, in qua: *So hatten Ihro Königl. Maiest. vor das füglichste und müglichste angesehen, daß Ihre Maiest. Herr Vater, Ertz-Hertzog Ferdinand, welcher zuvor nicht wenig seiner Erbländer hätte, und Ihn Ihr. Kayserl. Maiest. umb Dero fürtreflichen und ansehnlichen Tugenden und Qualitäten willen, mit denen Ihro Fürstliche Durchl. von dem Allmächtigsten begabt, auf Beweg- und Berathschlagung der Herren Gebrüder, und des gantzen hochlöbl. Hauß Oesterreich zum Sohn beliebet.*

quam etiam tutelam mortuo Ludouico suscepit. Anno MCCCCXXXXIX. aet. XXIV. Ratus autem, quod res est, stirpis gloriam per se ad principatum laudabilem haud sufficere, nisi propria quoque suffragetur Virtus: Virtutis ille viam ab ineunte ingressus aetate, ad summa quaeque contendit, et pensitatis inimicorum viribus, hoc egit vnice, ne iuxta tenorem Aureae Bullae susceptam Electoratus administrationem deponere cogeretur, finito legibus praescripto annorum curriculo. Inuenit igitur remedium, quo simul prouinciae et sibi consuleretur. Anno enim MCDLIV. Philippum, Electoratus haeredem, solenniter in filium adoptauit, et vnicum vtriusque Principatus haeredem dixit, se ipsum exinde Electorem imperii scripsit, caelibatum tamen perpetuum promisit, ne arrogato filio Philippo praeiudicium faceret. Reclamauit Caesar Fridericus III. Aureae Bullae fraudem sic fieri, non ferendam hanc calliditatem, exemplo perniciosam, et ad subuertendum Ius regni excogitatam. Verum Fridericus Palatinus Nicolai Pontificis authoritate subnixus, id genus adoptionis confirmantis, matris insuper Margarethae Sabaudae consensu, et ex pacto conuento cum omnibus proceribus Palatinis, vsque ad extremum vitae spiritum Elector Palatinus permansit, et a reliquis Imperii septemuiris, vti Elector salutatus, in Collegium eorum, susceptus est: eiusdem etiam legati, vti Electorales, ad Comitia Imperii, et actus Collegii Electoralis admissi fuerunt (c).

§. VI.

(c) Prout verba sunt DAN. PARAEI *Hist. Palatina* p. 222. Sic etiam AENEAS SYLVIVS *de statu Europae* CXXXIII. *Mortuo Ludouico Palatino, qui relictam Ludouici Regis Cypriae vxorem, (Margaretham,) duxerat, filium ex ea natum, infantem adhuc, Fridericus, frater eius, consentientibus terrae optimatibus, adoptauit: guberna-*

## §. VI.

Ex medii temporis Historia, occurrit exemplum Hermanni, Sueuiae Ducis, Ludolphum, Ottonis M. filium ado-

*natorem prouinciae, tanquam dominus, Electorem Imperii se dixit: Coelibatum perpetuum promisit, ne arrogato filio Vxorem ducens praeiudicium faceret. Rogatus Nicolaus Pontifex V. id genus adoptionis confirmauit, recusauit Fridericus Imperator, saepe multumque requisitus.* Idem factum IO. GOBELLINVS *Comment. de Pio II.* recenset, verum parum aequus in dictum Fridericum, dum p. 147. sic scribit: *Ludouicus, Friedericus et Robertus: Ludouico, qui primogenitus erat, electoratus cessit, et omnis haereditas, quae ad Comitatum palatii Rhenensis pertinet. Friederico non magna domini portio. Tertius ecclesiae traditus est Herbipolensem praeposituram sortitus. Ludouicus ex domo Sabaudiae duxit Vxorem Margaretham, quae prius Loysio Regi Siciliae nupserat, at illo defuncto ad patrem vidua redierat, iam natu grandis, nec Viro iunior ad secundas nuptias migrauit, ex quibus natus est Philippus, quo paruulo pater decessit, et matre ad tertias transeunte in familia Virtembergensi, accepto Viro, tutela eius ad Federicum delata, qui ex tutore pater voluit fieri, impuberem atque adhuc vix verba formare valentem pupillum sibi filium arrogauit; prouincialibus non tam consentientibus, quam dissentire timentibus, et vt pupilli tutelam vtiliter gerere videretur, iureiurando se adstrinxit Vxorem nunquam ducere: Sic non patris modo naturalis, sed adoptiui quoque habiturum haereditatem, ad virilem aetatem prouectum, interea se qui annos supra triginta natus esset, et prouinciam gubernaturum, et electoratus officio satisfacturum: non stabat Iuris auctoritate quod gestum erat, Imperatoris non accedente decreto. Rogatus est Imperator arrogationem confirmare; reiectae sunt preces tanquam indignae; Friedericus tamen nihilominus pro Electore se gessit, nec caeteri electores eum recusauere. Fuerunt, qui dicerent, Nicolaum Pontificem quintum adoptioni robur adiicere non abnuisse. Nobis ea res incognita est, quamuis Federici ambitionem plane cognouimus, cuius temeritas, an auaritia maior sit difficile iudicaueris. Turpe fuit, nepotem ac pupillum suo regno spoliare: turpius vt am-*

adoptantis, de quo illorum temporum scriptor LVITPRANDVS (d): *factum est, vt post mortem Euerhardi atque Giliberti, nec non Henrici fratris Regis inclusionem, concurrentibus undique ad Regem congratulationis caussa proceribus, veniret etiam vir ditissimus, Sueuorum Dux Hermannus, qui post congratulationis satietatem, talibus est Regem aggressus sermonibus. Non clam Domino meo est, tum praediorum latitudine, tum pecuniarum immensitate praediuitem me absque liberis esse, nec est praeter vnam* PARVVLAM NATAM *(cui Idae nomen,) quae mearum rerum me redeunte haeres existat. Placeat itaque Domino meo, Regi, filium suum paruulum Luitholphum mibi adoptare filium, quatenus vnicae filiae meae maritali commercio sociatus, me migrante, mearum fiat haereditate rerum magnificus. Hoc itaque quia placuit Regi Consilium, quod poposcerat, sine dilatione compleuit.*

## §. VII.

Inter eosdem Sueuiae Duces eminebat Conradus Friderici Barbarossae imp. frater, per matrimonium factus Comes Palatinus Rheni, qui circa A. MCXCI. Henricum Saxoniae Ducem, postquam filiam ipsius, Agnetem duxerat vxorem, adoptauit, de quo GVIL. NEVBRIGENSIS (e): *Rex quoque Francorum* (Henricus VI.) *a cuius fortuna Regis captiui pendebat arbitrium, affinitate sibi cupiens deuincire, consobrinae eius, vnicae scilicet filiae Palatini Comitis missis ad*

 *eum*

*ampliores obtineret opes, coelibem vitam promittere. Forsitan dicet aliquis continentem fuisse, ac libidinis expertem; imo vero aliena coniugia invasit, virginibus vim intulit, et inter scorta versatus, turpissimam egit vitam: in nulla re, praeter quam in armis gloriam nactus, in quibus et aliquando temeritas viri fortis praebuit opinionem.* TRITHEMIVS Chron. Hirsaug. ad a 1449.

(d) Lib. V. cap. I. Haec iisdem fere verbis recensuit CONRAD. VRSPERGENSIS p. 208. ANNALISTA SAXO ad a. 948.

(e) *Rer. Angl. L. IV. c. XXX.*

*eum nuntiis connubium expetiuit. Petitionem Imperator gratanter amplexus, eius complendae gratia Comitem Palatinum, virum, vt dicitur, in imperio summae post imperatorem amplitudinis, accersiuit, nec latuit ea res matrem puellae. Quae vnicam sobolem secreto conueniens, vis, ait, honorabiles nuptias, et thorum regium? Rex enim Francorum te comparem postulat. Tum illa, audiui, inquit: a multis de rege hoc, quomodo foedauit, atque abiecit puellam nobilissimam, scilicet regis Danorum germanam, et vereor exemplum. Ad quam mater, et quis, ait, in votis tuis est potior? Tum illa, si mea, inquit, vota prosperentur, ab eo certe, cui me didici in annis infantiae desponsatam, nunquam disiungar. Henrico scilicet Ducis Saxonici filio. Et mater, confide, ait, filia, quia per maternam operam formidato liberata exemplo, optato potieris connubio. Mox eundem Henricum elegantissimum et strenuissimum Iuuenem, Regis Anglorum ex sorore nepotem, virago mirabilis secretis litteris accersiuit. Qui festinus accurrit, et votis promptissime concurrentibus dilectam virginem tradente matre accepit, qua nimirum propter euentus ancipites accelerante negotium, illico ritu solemni celebratae sunt nuptiae, vt quos Dominus iam coniunxisset, homo separare iam non posset. Interea nouae nuptae pater ab imperatore inductus, vt regiis filiam nuptiis honestaret, actae rei repente famam accepit. Imperator quoque rem audiens credensque hoc praeter eius conscientiam fieri minime potuisse, acri contra eum motu excanduit, et ad se vocatum mordaciter increpauit, tum quia Iuuenem oderat, tum quia factum erat aliter, quam volebat. Ille vero stomachanti atque obiurganti satisfaciens, per salutem, inquit, tuam imperator, mea hoc, neque voluntate, neque conscientia actum est, sed coniugem meam, consobrinam tuam, contemplatione iuramenti, olim a me et illa, felicis memoriae patri tuo imperatori, Duci Saxoniae praestiti, absente me crede patrasse, vnde tua mihi celsitudo succenset. Tum imperator, vade,* inquit, *et nebulone illo expulso rescinde, quod actum*

*actum est. Et ille noli, ait, sic loqui imperator. Nam eo vsque, vt dicitur, res processit, vt absque sempiterno filiae meae dedecore rescindi non possit. Reuersus autem idem ad propria, genero blande locutus est, adoptansque eum, filiam egregie dotauit. Sic ille, qui propriam paulo ante cum dedecore repudiauerat coniugem, optatis speratisque, Dei iudicio, caruit nuptiis.*

## §. VIII.

Inter Carinthiae Duces exemplum occurrit Henrici III. Comitis ab Epstein, Ducisque Carinthiae, qui Henricum, Engelberti II. Comitis Lauantii et Ortenburgici Marchionisque Istriae filium ex Hedwige, Henrici III. Comitis ab Epstein, Ducisque Carinthiae filia, prognatum, adoptauit, quiue vi huius adoptionis in Ducatu successit (f). Licet enim HIERONYMVS MEGISERVS (g), ideo Auentinum reprehendat, Engelbertum III. minime vero Henricum eiusdem fratrem adoptatum fuisse contendens, rectius tamen ex ipsis Comitis Christiani tabulis genealogiam nexit SPENERVS (h), dum potius Engelbertus III. fratri in Ducatu Carinthiae anno MCXL. succederet.

## §. IX.

In comitum familiis plura reperiuntur adrogationum adoptionumque exempla. Prodeat igitur in scenam Fridericus III. vltimus Comes Ortenburgicus familiae antiquioris. Hic, dum prole careret, Ludouicum Ciliae Comitem, ex Catharina Sorore sua pronepotem, adoptauit, confirmante illud singulari Diplomate A. MCDXXXVI. Sigis-



(f) AVENTINVS *lib. VI. c. XII.* §. *III.*

(g) *Annal. Carinthiae lib. VII. c. LII.*

(h) *Op. Herald. p. Spec. lib. III. c. XLVIII. §. V.* quem sequitur KVLPISIVS *§. XXXIII.*

gismundo imp. (i) qui ideo amplissimarum ipsius haereditatum haeres fuit factus. Nec tamen diutius isthac haereditate fuit gauisus, dum improlis moreretur, successionem in fratres, Hermannum III. atque hoc defuncto, in Fridericum transmittens, qui a Sigismundo ad principis dignitatem fuit euectus.

## §. X.

Sub finem Seculi decimi sexti, Ioachimus Ortenbergicus ex Ratboldo, Bauarimi Rami, Vlrici Carinthiae Ducis fratre, atque Elisabetha, Sultzbacensi Comite prognatus, postquam Antonium filium, nepotemque Fridericum posthumum, turbato mortalitatis ordine, extulisset, Fridericum Casimirum filium Henrici Comitis Ortenburgici adgnatum suum adoptauit, qui tamen A. MDCLVIII. sine liberis decedens, lineam clausit (k). Fridericus Casimirus Comes Hanouiensis circa initium anni MDCLXXXV. paulo ante mortem Philippum Reinhardum ex fratre nepotem in filium solenni adrogauit caeremonia (l). IO. SCHILTERVS etiam ex Böckelmanno adlegat exemplum Comitis a Löwenstein (m) A. MDLXII.

## §. XI.

Georgius Dynasta de Freundsberg, vltimus suae gentis, per Testamentum d. VI. Martii MDLXXXVI. conditum

(i) LATZIVS *de Migrat. Gent.* lib. VI. p. 185. factum hoc fuisse, autumat a. MCDXX. Verum in diplomate Caesareo annus occurrit MCDXXXVI. add. KVLP. §. XXXIV.

(k) IMHOF. *Notitia Procerum Lib. VI. c. XI.* §. *IV.* SPENER *Op. Herald. p. Spec. lib.* III. *c. XLVIII.* § *VII.* KVLP. §. *XXXV.*

(l) IMHOF. *Notit. Procerum Lib. VI. c. V. §. VI. VII.* KVLP. §. *XXXVII.* Ad idem exemplum prouocat NVNNROOD Discept. forensi p. 51.

(m) *Exerc. ad π. III.* §. *XVI. p. 62.*

tum (n), cognatum suum Wolfgangum Guilielmum de Mexelrein Dynastam de Waldeck adoptauit, his verbis: *Dass auch erstgemelter Wolff Veit von Mexelrein für sich und seine nachkommende eheliche Leibes-Erben und Erbens Erben für und für, unsern Namen benanntlich Wolff Veit von Freundsberg, Freyherr zu Mindelheim, und unser Wappen mit Schild und Helm, wie wirs dieser Zeit gebraucht, führen solle, darzu wir ihme dann hiermit in bester und beständigster Form Rechtens, auch mit guten Wissen und Willen, obgemeldtes seines Herrn Vatters und sein selbs, an unsers eigenen eheleiblichen Sohns statt, adoptirt und angenommen haben wollen, auch Vorhabends sindt, ein solche adoption, neben ihme selber, und seinen Herrn Vater, am Kayserl. Cammer-Gericht, als unsern ordentlichen ungemittelten Richter, wie es die gemeine geschriebene Kayserl. Rechte erfordern, mit nechster Gelegenheit nothdürfftig confirmiren zu lassen.*

## §. XII.

Quae apud alios illustres obtinent adoptiones, locum etiam habent inter Germaniae Principes. De eo vero est disquirendum, an isti etiam Iuris Romani regulas obseruare teneantur. Philippus Matthaei equidem Ictus Marpurgenses ad adoptionem etiam illustrium, praeter exactam causae cognitionem, de Iure requirit tutoris vel curatoris auctoritatem, amicorum praesentiam, magistratus confirmationem et publicam praeterea insinuationem, (o) prouocans etiam ad exemplum Baronis, qui in Testamento suo prospexit. *Auch vorhabens sind eine solche* adoption *neben ihm selber und seinen Herrn Vatern am Käysserl. Cammergericht, alss unsern ordentlichen ungemittelten Richter, wie es die gemeine*

ne

(n) Extat *in wohlgegründeter Information wegen Mindelheimischer Reichs Lehn p. 54.*

(o) *Cons. Marpurg.* Vol. I. Cons. XX. n. 56.

*ne beschriebene Käyfferliche Rechten erfordern, mit ernster Gelegenheit nottürfftiglich* confirm*iren zulassen.* Prouocatur etiam ad ordinationem Iudicii aulici atque Cameralis, quibus consiliarii aulici atque Adsessores camerales in decidendis causis, ad Ius Caesareum, *die gemeine Rechte* atque leges Imperii obligantur (p).

## §. XIII.

KVLPISIVS hic distinguit inter adoptiones Principum publicas atque priuatas, priuatam adpellationem hic vocat eam, vbi Princeps in Domo sua aliquem sibi in filium legit, qui nominis bonorumque eorum, quae Iure priuato ad istum pertinent, aliquando haeres sit. Publicam vero dicit, vbi tanquam in Republica sibi filium Principem, consortemque facit principalis dignitatis, qui in ordine statuum Imperii collocatus, in Principatus Regimine, cum omnibus praerogatiuis successor olim euadat, quatenus alia lege publica non impeditur. Prouocat ad exempla Romanorum Impp. apud quos plane fuerint diuersa, aliquem simpliciter adoptare, aliud adoptare in Caesarem. Sic Hadrianus Aelium Caesarem adoptauit, quasi quendam Prin-

(p) Patet hoc ex formula Iuramenti Personarum Cameralium, quae primum Wormatiae a. 1495. decreta, postmodum a. 1521. et Spirae 1538. in qua haec Verba habentur: *nach des Reichs gemeinen Rechten, Abschied, und den ietzt bewilligten und auf diesen Reichstag aufgerichteten Frieden, in Religion und andern Sachen, auch Handhabung des Friedens, und nach redlichen, ehrbaren und Ländischen Ordnungen, Statuten und Gewohnheiten der Fürstenthümer, Herrschafften und Gerichte, die vor sie beacht werden.* Quod autem sub *gemeinen Rechten* intelligatur, Ius Caesareum demonstrauit DATT. lib. IV. c. I. §. 233. *seqq. Histor. Iuris* cap. VI. § XL. adde *Ordin. Cameralem* p. I. Tit. XIII. §. I. Tit. LVII. p. III. Tit. LIII. §. IX. *Ord. Iudicii aulici* Tit. V. §. VIII.

Principis filium Virum, et designatum Augustae Maiestatis heredem (q). Ex aduerso M. Antonius Philosophus ab Antonino Pio fuit adoptatus et mortuo demum auo, Hadriano, Caesaris appellatione fuit donatus (r). Haec autem ad Germaniae Principes tali ratione adplicat, quod isti in adoptionibus priuatis ad leges Romanas minime possint adstringi, sed actus eiusmodi solo naturali ac Gentium Iure regantur, cum hactenus Principibus superiorem non recognoscentibus adaequentur. In publicis autem adoptionibus, si non praecise necessarium, saltim tutius esse iudicat, et ad praecidendas lites consultius, Romani Iuris formulam sequi, quatenus id quidem alias vsu obtineat. Immo idem porro (s) declarat, nec inter priuatos omnes Iuris Romani solemnitates fuisse obseruatas, id quod responso Collegii Iuridici Argentoratensis confirmat. Idemque etiam BACHOVIVS (t) adserit, adoptionem in specie sic dictam sine vllis solennibus hodie fieri. Concludit tandem, satis sibi prospicere Principes vel Comites Imperii, si arrogationes adoptionesque suas sub auctoritate et confirmatione Imperatoris vel Camerae Imperialis perficiant.

## §. XIV.

Contrariam sententiam vero fouet FVRSTENERIVS (u), siue LEIBNITIVS potius, dum ait: *Nimirum Principes Germaniae, quemadmodum omnes illi, qui Suprematum habent, soluti sunt legibus Iuris priuati.* Illustrat illud ex eo, quod Testamenta illustrium sine solemnitatibus valeant, illorum dona-

(q) SPARTIANVS *Aelio vero* c. II.
(r) IVLIVS CAPITOLINVS *M. Antonino Philosopho* c. IV.
(s) §. XLVII.
(t) *Ad Tit. de adoptionibus* p. 237.
(u) *De suprematu* c. XXV.

nationes iudiciali insinuatione non indigeant, et quae sunt eiusmodi. 10. SCHILTERVS (x): etiam Principes ad solennitates Iuris ciuilis in adoptionibus obligatos non esse dicit, propter regulam generalis obseruantiae, quae nullum potestatis legislatoriae Romanae inter Principes Imperii admisit vigorem, quippe Ius illud iis nunquam promulgatum, sed in subsidium duntaxat ab iis receptum.

## §. XV.

Vt dicam quod res est, in eo Kulpisio lubens adsentior, quod princeps de rebus Allodii, quae prouinciam vel feudum Imperii non adficiunt, nisi Fideicommissa, pacta gentilitia vel successoria obstent, libere possit disponere, ideoque libere, quantum ad successionem in iisdem, filios adoptare, si modo Diploma desuper conficiatur. Secus est de Ducatibus et prouinciis Germaniae, quae sunt feuda Imperii, in quibus secundum leges moresque Imperii atque feudales erit procedendum. Iuris feudalis est regula: adoptiuus filius in feudum non succedit (y). Ratio est, quia adoptio Ius sanguinis non tribuit (z) quod tamen in feudis ad successionem requiritur, ne forte inuitus dominus alium, quam quem voluerit, accipiat Vasallum (a). Locum tamen habet adoptiuorum etiam per solum diploma successio in feudis mere haereditariis, quae liberae possessoris dispositioni sunt relicta (b). Locum habet in feudis

(x) Instit. Iur. Publ. Lib. I. Tit. X.

(y) II. F. 26. c. *adoptiuus.*

(z) l. 23. ff. *de adopt.*

(a) II. F. 12. adde SCHVTZIVM *Coll. Iur. Publ.* Vol. I. D. 8. §. II. lit. a. RHETIVM lib. III. *Inst. Iur. Publ.* Tit. I. §. 9. KNICHEN lib. III. *Polit.* P. I. c. III. §. 6. WVRMSER *Exerc. Iur. Publ.* II. concl. XI. Quare etiam a fideicommissis familiae eosdem excludit KNIPSCHILD *de Fideicomm. Familiae* c. VIII. n. 409. *seqq.*

(b) CAROLVS ab HAGEN lib. II. *Inst. Iur. Publ.* c. IV. §. 5. *fin.*

dis nouis, si Dominus consenserit, in feudis antiquis, si adoptio in eum casum cum Domini et adgnatorum vel simultanee etiam inuestitorum fuerit facta consensu vt adoptiuus etiam in feudo succedat (c); Exinde facile patet, quod dum Ducatus, Comitatusue Germaniae feuda sint ex pacto et prouidentia, ad adoptionem, si ista ad casum successionis sit directa, consensus Domini requiratur atque adgnatorum vel simultanee inuestitorum. Sic Ludolphus consensu Imp. et soceri Hermanni, Sueuiae Ducis, ipsi in Ducatu successit (d).

## §. XVI.

Quod si tamen exempla inspiciamus anteriora, nec Imp. consensus semper requirebatur, sufficiebat statuum prouincialium consensus, quorum olim circa ordinandam successionem magna erat auctoritas (e). Sigismundus Austriae Archidux praesentibus et consentientibus prouinciae suae ordinibus, Maximilianum adoptat. Matthias Imp. adgnatorum consensu Ferdinandum II. adoptat (f). Fridericus Victoriosus Palatinus, Philippum, consentientibus statibus prouincialibus, adoptat. Pontificis tamen confirmationem adhibuit, eo quod Imp. consensum suum denegaret, quod ipsius Ius fuerat nullum (g).

## §. XVII.

De Principibus vero Ecclesiasticis quaeritur cum Kulpisio (h), an etiam illis facultas adoptandi competat. De his



(c) MENOCHIVS Vol. VI. cons. LIII. n. 21. seqq. adde ITTERVM *de Feudis Imperii* cap. XIV. §. VIII.
(d) Supra §. III.
(e) *Synt. Iur. Publ. c. XXVII. §. III. XXVIII.*
(f) Sect. III. §. II.
(g) De eo disputat. KVLP. §. XLVIII.
(h) §. XLI.

his, qui Protestantium castra sequuntur, nullum superest dubium, cum et isti Iuribus atque effectu patriae potestatis non destituantur: secus est de Principibus ecclesiasticis Catholicis. HENRICVS ZOËSIVS (i) distinguit inter sacerdotes et Monachos, his equidem simpliciter hoc interdicit, eo quod per votum paupertatis, omni se iure, etiam patriae potestatis priuauerint: secus de sacerdotibus, qui, licet per Canones vxores ducere prohibeantur, per naturam tamen possunt generare, ideoque etiam adoptare (k). Hanc tamen opinionem ita limitat IACOBVS CORASIVS (l), vt adoptio talis de aliena tantummodo sobole, non etiam propria spuria debeat intelligi, ne alias sub adoptionis colore legi fraus fiat. Licet rariores Principum Ecclesiasticorum adoptiones, si Mazarini exemplum excipias, reperiantur.

## §. XVIII.

Effectus adoptionum Principalium in eo consistit, vt pater adoptiuus Ius patriae potestatis in filium adoptiuum adquirat. Filius vero Patri adoptiuo non in allodio saltim succedat, sed etiam cum domini et adgnatorum consensu in feudis ex pacto et prouidentia, prout exempla docent anteriora. Neque tamen adoptio semper adoptionis Ius olim dabat, cum etiam subinde in sola amicitia firmanda consisteret. Hinc Iustinianus imp. Gothorum in Italia regem Theodohatum adoptabat, ita tamen, vt nullum ipsi exinde oriretur Ius succedendi (m).

§. XIX.

(i) *ad tit. ff. de adoptionibus. n. 7.*

(k) *arg. l. XVI. ff. de adoptionibus.*

(l) *Vol. V. Conf. CLXVII. n. 1.*

(m) De quo P. DANIEL *Tom. I. pag. 96.* vbi de legatis Iustiniani ad Theodatum: *entre autres nouveaux témoignages d'amitié, qu' il luy apporta de la part de ce Prince, il luy apprit qu'il en avoit*

*esté*

§. XIX.

De eo tamen adhuc erit disquirendum, an plebeius a Principe vel Comite adoptatus, dignitatem statumque Principis vel Comitis exinde consequatur. Quod si per analogiam argumentum sumatur de plebeio a nobili adoptato variae succurrunt sententiae. Plures equidem ICti, vtpote DIONYSIVS GOTHOFREDVS (n), HVLDERICVS EYBENIVS (o), ADAMVS RICCIVS (p), PETRVS FRIZIVS (q), hoc affirmant, quod non solum dignitas patris per adoptionem adquiratur, id quod diuersis Iuris textibus firmatur (r), sed etiam onera patris ad filium adoptiuum transeant (s), et naturam imitetur adoptio (t), immo absurdum esset, patrem nobilem esse, filium vero ignobilem atque ea res ad infamiam potius spectaret adoptantis. Alii econtrario plane hoc negant, eo quod nobilitas vel sanguine nitatur, vel originem suam habeat a Maiestate, adoptio vero ius sanguinis non tribuat, prout docent REINHARDVS BACHOVIVS (u), ANDREAS TIRAQVELLVS (x), OSWALDVS HILLIGER (y), GERHARDVS FELTMAN-



*esté adopté. Cette adoption, comme j'ay deja dit, estoit une pure marque d'amitié et d'estime, qui ne donnoit aucun droit à la succession de l'Empereur, qui adoptoit.*

(n) *ad l. 23. de adoptionibus.*

(o) *Comm. ad Instituta lib. I. Tit. XI. Obs. XI.*

(p) *de vnione prolium c. IX. §. 4.*

(q) *de Nobil. ciuili concl. XX. tit. h.*

(r) *l. 13. 23. 35. 44. ff. de adoptionibus l. 5. 6. 10. ff. de Senatoribus.*

(s) *l. 45. de adoptionibus.*

(t) *l. 10. de adoptionibus.*

(u) *ad Treutlerum l. 2. 20. a.*

(x) *de Nobilitate c. XV. n. 6.*

(y) *Donello Enucleato II. 22. lit. I.*

NVS (z). THEODORICVS REINKINGIVS (a), distinguit inter adoptionem atque arrogationem; Alii vtpote HENRICVS HAHNIVS (b), HIERONYMVS TREVTLERVS (c), SEBASTIANVS FAESCHIVS (d), distinguunt inter adoptionem ab extraneo, et ab adscendente aliquo factam, per hanc equidem adoptiuum fieri nobilem, non aeque per illam. His tamen omnibus abunde respondet Feltmannus, quod illorum fundamenta non nisi patriae potestatis adquisitionem euincant, haec vero ea tantum secum trahat, quae ex Iure priuato dependent, non quae publico, qualis est nobilitas. Alii cum CVIACIO (e) discernunt in ipsa nobilitate gentem et genus: hoc vocant, dignitatem ex coruscatione sanguinis clari prouenientem, quae a parentibus orta, in liberos legitimos veluti per traducem descendat. Illam vero, iurium, immunitatum, et insignium paternorum priuilegium; hanc per adoptionem adquiri tradunt, non aeque illam (f). KVLPISIVS (g) distinguit Principes absolutos ab his, qui superiorem adgnoscunt. In illis solam adoptantis voluntatem mensuram haberi debere Iurium ex adoptione quaerendorum autumat, quae si plena est, et patriam potestatem constituat, et in familiam adoptantis adscititium filium trahat, quin connexa quoque parentis dignitas iuxta rigorem iuris sequatur, non esse dubitandum. Apud illos vero, qui superiorem adgnoscant, consensu illius opus esse, cui ius conferendi dignitates istas

(z) *ad l 23. de adoptionibus n. 5.*
(a) *de Regim. Secul. et Eccl. lib. I. c. l. V. c. XI. n. 24.*
(b) *ad Wesenbecium l. I. n. 6.*
(c) *t. II. D. XV. S. c.*
(d) *de insignibus c. II. n. 23.*
(e) *Consult. LVI.*
(f) KVLPISIVS §. LII. has diuersorum sententias collegit.
(g) c. l.

istas competat. Existimat itaque in imperio Romano-Germanico priuatam Principis adoptionem dignitatem Principis non conferre, bene autem publicam, quae Caesaris autoritate confirmationeque facta, et hoc casu etiam adgnatorum consensus accesserit.

## §. XX.

Verum, licet pleraque se recte habeant, neque tamen in omnibus adsentior Kulpisio. Potius circa Reges vel Principes absolutam potestatem habentes, distingendum erit, an Regnum habeant in patrimonio vel non. Si regnum ita habeant in patrimonio, vt nulli adsint Principes sanguinis, vel alii, quibus ius succedendi competit, nullae leges moresue adsint fundamentales, ita vt Regnum liberae dispositioni sit relictum, facile adsentior, talem imperantem adoptiuo non solum successionem, sed etiam Regiam dignitatem ex libera absolutaque potestate et iure Maiestatico, quod habet, posse impertiri, prout ex exemplis superius adductis satis patescit. Germaniae vero Principes superiorem adgnoscentes, nec successionis iura, nec dignitatem per adoptionem possunt concedere, dum soli in imperio imperatori competat ius conferendi dignitates (h).

## §. XXI.

EYBENIVS (i) equidem sententiam suam adhuc stabilire atque argumentis contrariorum respondere conatur. Ad illud, quod nobilitas ex sanguine atque natalibus aestimetur, respondet, nobilitatem etiam variis iuris titulis, vt-

(h) Quare *in Regiments Ordnung zu* Wormbs a. 1495. inter alia imp. reseruantur: *Die der Würde unser Konigl. Maiest. anhangen, als Fürsten, Grafen, Freyen, Herren oder Edel zu machen, oder ander Würde oder Ehre zu geben.* Adde *Synt. Iur. Publ. c. XI. §. I.*

(i) ad Institutiones *Lib. I. Tit. XI. Obseru. XI.*

vtpote per codicillos Imperatoris, per glebam, etiam per nuptias adquiri, quin non per adoptionem? Verum dictorum titulorum plane diuersa est ratio ac adoptionis. Aliud enim est, si imp. ex plenitudine potestatis aliquem per Codicillos nobilitet, aliud si quis priuata auctoritate, quem adoptet. Nec glebam nobilitare concedo. Possessor enim Ducatus non fit Dux, sed *Inhaber des Herzogthumbs*, prout Comites Würtenbergenses, licet Ducatum Teccensem fuissent adepti, nihilominus Comites dicebantur. Nec feudum nobile hodie ignobilem nobilitat, sed dicitur saltim possessor praedii nobilis, *Besitzer eines Adelichen Ritter-Guths* (k): Nec nuptiae nobilitant. Licet enim secundum ius ciuile res certa sit, quod foemina participet de dignitate mariti (l), secus tamen est de foemina plebeia,

(k) LVD. HVGO *de Statu Regionum Germaniae c. IV. §. XXIV.* ITTER *de feudis Imperii c. III. §. IV. V. VI.* SCHILTER. *ad Rubr. Iur. Feud. Alemann. §. XVIII. XIX.* AVGVST. LEYSER *de Iuribus praedii nob. Saxon. §. IX. Synt. Iur. Publ. c. XI. §. VIII.*

(l) *l. foeminis 8. ff. de Senatoribus l. 13. C. de dignitatibus, mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, et forum ex eorum persona statuimus.* Idem dicit *Land-Recht lib. I. art. XLI. Und obwohl ein Mann seinem Weibe nicht ebenbürtig, ist er doch ihr Vormund, und sie ist seine Genossin, und tritt in sein Recht, wenn sie in seinen Bette tritt l. 28. C. de Nuptiis Nou. 105. c. 2.* CARPZ. *Iurisprud. Consist. lib. II. Tit. I.* B. PARENS *S. I. C. Exerc. IV. §. VI.* STRYK. *de Dissensu Sponsal. Sect. V. §. LXXIV. LXXVII. vsu Moderno Pandectarum lib. I. Tit. IX. §. VI.* BERGER. *Oeconomia Iuris lib. I. Tit. II. p. 64.* MYLER *Gamologia Princ. imperii c. V. §. XII. p. 51.* GEORG. ENGELBRECHT *de vsu Iuris Romani in iure Publ. Rom. Germ. P. I. §. XX.* CASPAR ZIEGLER *de Iuribus Maiestatis l. I. c. XXVI. §. XXVIII.* COCCEIVS *de L. Morganatica Sect. II. §. XII.* TIRAQVELLVS *de Nobilitate c. XVIII.* THEOD. HÖPINCK *de Iure insignium c. VII. §. XLV. Consf. Marpurg Volum. III. Consf. XVII. qu. II. n. 38.* IVSTVS CHRISTOPH BÖHMER *de Coniugiis Principum ex status ratione initis.*

ia nobilem, Comitem vel Principem ducente. Manet enim ista plebeia, nisi ab imp. in altiorem euehatur dignitatem. Immo neque tunc liberi ex eadem prognati iura Maiorum adquirunt, atque talia matrimonia dicuntur inaequalia, Mesalliance (m). Ad alterum, quod nobilitatis concessio non sit res Magistratuum aut priuatorum arbitrii, sed Maiestatis imperatoriae, ita respondet EYBENIVS, distinguendo inter caussas Nobilitatis, Principales atque instrumentales, Imperatorem esse Principalem, lubens concedit, instrumentalis vicem saepe leges ipsas, saepe Magistratus, saepe priuatos atque Comites Palatinos explere, ita tamen, vt causae principalis potiores semper maneant partes. Praesertim cum et solo materno sanguine, nullo accedente adminiculo, nobilitatem ad posteros traduci nouum adeo non sit. Licet autem recte se habeat ista distinctio, quod imperator etiam hanc nobilitandi facultatem aliis possit concedere, prout Elector Palatinus, Archi-Duces Austriae, Marchiones Lusatiae, aliique ex Priuilegio speciali, Comites Palatini ex Iure concesso hac facultate gaudeant (n), nullibi tamen statutum, quod nobilitas ex lege adquiratur, vel quod Dux aliquem adoptans, illi etiam dignitatem impertiatur, nisi auctoritas superioris accesserit. Solo materno genere nobilitatem ad posteros traduci, omnino est negandum (o).

SECT.

(m) Id quod legibus, argumentis, atque exemplis vberius demonstrauit, IO. PETRVS A LVDEWIG *de dignitate vxoris vom Kunckel-Adel* Dissert. II. Adde *Synt. Iur. Publ.*

(n) *Synt. Iur. Publ. c. XI. §. XIII*

(o) Id quod IO. IAC. BEVTTEL singulari dissertatione *an nobilitet venter* sub praesidio NICOLAI HIERONYMI GVNDLING habita Halae 1718. demonstrauit. Addatur CHR. GOTTL. RICCII *Landsässiger Adel P. II. c. II. § 5. sq. c. IV. §. 3.* et aliis locis.

## SECTIO III.

### DE

# ADOPTIONIBVS REGVM ET PRINCIPVM EXTERORVM.

## SVMMARIA.

§. I.

*Exempla adoptionum V. T. apud Ebraeos.*

§. II.

*Exempla apud Graecos.*

§. III.

*Apud illustres Romanos adoptionum exempla.*

§. IV.

*Iulius Caesar Tiberium adoptauit.*

§. V.

*Tiberii, Claudii, Neronis, imp. adoptiones.*

§. VI.

*Nerua Traianum adoptat.*

§. VII.

*An Traianus Hadrianum adoptauerit.*

§. VIII.

*Adrianus Aelium verum, et hoc defuncto, Antoninum; hic Marcum Antoninum et L. Verum adoptauit.*

§. IX.

*Elagabalus Alexandrum Seuerum, Vlpius Crinitus Aurelianum adoptat.*

§. X.

*Iustinus Thrax Iustinianum adoptat.*

§. XI.

*Michael imp. Basilium Macedonem adoptat.*

§. XII.

*Apud Barbaros etiam adoptandi mos inualuit, prout Micipsa Iugurtham adoptauit.*

§. XIII.

*Idem apud Mauros obtinuit.*

§. XIV.

*Varia inter Occidentales Reges exempla.*

§. XV.

*Aurelius, Gothorum Rex Veremundum adoptat.*

§. XVI.

*Sanctius Rex Nauarrae et Iacobus I. Rex Arragoniae sese inuicem adoptant.*

§. XVII.

*Guntramus Childebertum adoptat.*

§. XVIII.

*Sigebertus Dagoberti I. filius, Childebertum adoptat.*

§. XIX.

§. XIX.

*Carolus VI. Galliae Rex adoptat Henricum V. Angliae Regem.*

§. XX.

*Stephanus Angliae Rex Henricum adoptat.*

§. XXI.

*Maria Scotorum Regina ab Elisabetha Anglorum Regina petit adoptari.*

§. XXII.

*Boleslaus Pudicus Lescum Nigrum adoptat.*

§. XXIII.

*Arturus III. Britanniae Dux, Petrum adgnatum adoptat.*

§. XXIV.

*Io. Borromaeus sororis filium Vitellianum adoptat.*

§. XXV.

*Guidus Vbaldus, Dux Vrbinacensis, Friderici Feretrii Ducis filium adoptat.*

§. XXVI.

*Iulius Mazarinus Cardinalis Carolum Portanum adoptat.*

§. XXVII.

*Casimirus Carolum Ludouici Hungariae Regis Primogenitum in filium adoptat.*

§. XXVIII.

*Filiae quoque fuerunt adoptatae, prout Io. Casimirus, Rex Poloniae Annam Palatinam adoptat.*

§. XXIX.

*Adacarum Regina Alexandrum M. adoptat.*

§. XXX.

*Zoo Michaelem Paphlagonem adoptat.*

§. XXXI.

*Andronici Iunioris Vidua Syrgrannem adoptat.*

§. XXXII.

*Maria, Nicephori Botoniaci vidua Alexium Comnenum adoptat.*

§. XXXIII.

*Margaretha Danica Ericum Pomeranum adoptat.*

§. XXXIV.

*Ioanna Neapolitana Antonium Andegauensem Ducem adoptat.*

§. XXXV.

*Ioanna II. primo Alfonsum Arragoniae Regem, deinde Ludouicum Andegauensem adoptat.*

§. XXXVI.

*Carlotta Hierosolymitana Carolum II. Sabaudiae Ducem adoptat.*

§. XXXVII.

*Senatus Venetus Catharinam, Iacobi Lusignani vxorem adoptat, et Cypri regnum adquirit.*

§. XXXVIII.

*Belgae Foederati Mauritium Arausionensem adoptare in animo habuerunt.*

§. XXXIX.

*Roiautrudis Salomonem Regem adoptat.*

§. I.

Neque tamen solum iure et moribus Romanorum vel Germanorum adoptiones obtinuerunt, quin potius harum origo sit antiquissima, atque istae apud varias gentes fuerint vsitatae. ANTONIVS MATTHAEI (p) equidem adoptionem plerisque gentibus displicuisse, auctor est, in exemplum adlegans Batauos, Francosque, quod tamen non sufficit. Nec Franci ab eodem fuerunt alieni. Immo apud plerasque gentes fuerunt vsitatae. Initium facimus ab Hebraeis. Abrahamus suae gentis Princeps, dum filio adhuc careret, Lotum, Aranis, fratris sui filium, Sarae coniugis suae fratrem, adoptauit (q). Huc etiam referendum est exemplum Iacobi, nepotes ex Iosepho, Ephraimum et Manassem in filiorum locum suscipientis. Sic enim ad Iosephum: *Duo filii tui, qui nati sunt Tibi in terra Aegypti, antequam huc venirem ad Te, mei erunt. Ephraim et Manasse, sicut Ruben et Simeon, reputabuntur mihi. Reliquos autem, quos genueris post ipsos, Tui erunt, et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis* (r). Thermutis vnica Pharaonis haeres, et sine prole, licet diu nupta, Mosen, quem paruulum e Nilo extraxerat, adoptauit. Ipsa enim ad matrem: *accipe puerum istum et nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuam:* Suscepit mulier et nutriuit puerum adultumque tradidit filiae Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filii, vocauitque nomen eius Moses, dicens: *quia de aqua tuli eum.* Mardochai Estheram (s) consanguineam suam, vtroque parente orbam, in filiam adoptauit (t).

§. II.

(p) *Paroem. I. n. 14.*
(q) *lib. I. Antiqu. Iudaicarum c. VII.*
(r) *Genes. XLVIII, v. 5. 6.*
(s) *Exod. II, v. 9. 10.*
(t) *Esther. c. II, v. 7. 15.*

## §. II.

Apud Graecos illustre est exemplum Aegei Atheniensium Regis, quem ex Aethia, Pitthaei filia promiscuo concubitu progenuerat, eundemque, postquam virilem aetatem fuisset adeptus, Athenis adoptauit (u). Sic etiam Locrensium Rex, Aepulius, regno eiectus, ab Hercule in integrum fuit restitutus, eodemque ad Aetam mortuo, gratiam retulit, Hyllo, filiorum Herculis natu maximo adoptato, qui regni haeres, posteris suis id reliquit. Deinceps per regem (x) Scytharum, Rex Athaeas, cum bello Istrianorum peteretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petit, promittens in successionem eum regni Scythiae (y) adoptatum, cum tamen saltim deduceretur. Apud eosdem Graecos enim vsitatum fuisse, vt nothi ab iis, qui eos genuerant, in legitimos filios potuerint adoptari, ex lege Pericli, et narratione Suidae obseruauit Samuel Petitus (z). Vt taceam fabulas de filio Creusii, Erechtei, Regis Atheniensium filio, a Xipheo Comite; de Osiri, a Dionysio, Hammonis, Regis Lybiae filio adoptatis, quae fide saltim nituntur Berosi.

## §. III.

Apud Romanos illustres plura huius adoptionis occurrunt exempla. De Iulio Paulo ait Seneca (a): *Paulus circa illos nobilissimi Triumphi dies, quo vinctum ante currum egit Persen, duos filios in adoptionem dedit: quos sibi seruauerat, extulit. Quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisset: Non sine motu vacuum Pauli currum populus Romanus adspexit. Concionatus est tamen, et egit Diis gratias, quod com-*

 *pos*

(u) PLVTARCH. *Thes. p. 2.*
(x) STRABO *Lib. IX. p. 427.*
(y) IVST. *Lib. VIIII. c. II.*
(z) *Comment. ad L. Atticas Lib. II. Tit. IV.*
(a) *Consol. ad Marciam c. XIII.*

*pos voti factus esset.* Scipio Africanus cum liberos, praeter Corneliam matrem Gracchorum nullos haberet, Pauli Aemilii filium, qui Africanus iunior dictus est, adoptauit, eumque non modo nominis, sed etiam bonorum haeredem reliquit.

## §. IV.

Iulius Caesar cum praeter Iuliam, quae Pompeio nupserat, liberos nullos ab vxoribus quatuor suscepisset, sororis filium Octauium adoptauit, et ex asse haeredem testamento reliquit. Hic rursus cum liberos praeter Iuliam, quam ipse Vomicam suae gentis adpellabat, nullos genuisset, Caium et Lucium sororis filios, emptos, per aes et libram a patre Agrippa, domi; deinde iis sine prole sublatis, Tiberium adoptauit (b).

## §. V.

Sic etenim diuus Augustus non ante Tiberium adoptauit, quam is Germanicum adoptasset: vt protinus adoptione facta inciperet Germanicus Augusti nepos esse. Dubitauerat enim Augustus Germanicum sororis nepotem, et cunctis laudatum rei Romanae imponere, sed precibus vxoris euictus, Tiberio Germanicum: sibi Tiberium asciuit. Inde Suetonius (c): *Caio et Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa: coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. Nec quidquam postea pro patre familias egit, aut ius, quod adoptione amiserat, ex vlla parte retinuit. Nam neque donauit, neque manumisit: ne haereditatem quidem, aut legata recepit, vlla aliter, quam vt peculio referret accepta.* Quare imp. (d): *Sic etenim D. Augustus*

(b) *Bodinus de Republ. lib. I. c. IV. p. 40.*
(c) *Tiberio cap. XV.*
(d) *§. II.* h. t.

*gustus non ante Tiberium adoptauit, quam is Germanicum adoptasset, vt protinus adoptione facta inciperet Germanicus ei nepos esse.* Idem Augustus imp. diu cunctatus, an sibi successorem destinaret, Caligulam adoptandum Tiberio dedit (e). De eodem Tiberio dicit SVETONIVS (f): *quod insertus fuerit Liuiorum familiae, adoptato in eam auo materno. Caligula Caesar fratrem Tiberium die virilis togae adoptauit, appellauitque principem Iuuentutis* (g). Tiberius Claudius Caesar, licet adulto iamdum filio, e generis suis Neronem adoptauit (h). De Claudio dicit SVETONIVS (i): *quod fratre maiore in Iuliam familiam adoptato, Germanici cognomen assumserit, addita lege Curiata, qua in familiam Claudiam et nomen Neronis transiret* (k). Stimulauerat Claudium Pallas, hac potissimum vsus ratione: *consuleret Reipublicae Britannici pueritiam robore circumdaret. Sic apud Diuum Augustum, quanquam nepotibus subnixum, viguisse priuignos: a Tiberio, super propriam stirpem Germanicum assumtum. Se quoque accingeret iuuenis partem curarum capessiturus.* Nec solum Nero-

(e) SVETONIVS Caligula c. XV.
(f) SVET. Tiberio c. III.
(g) SVET. Caligul. c. IV.
(h) SVET. Claud. c. XXVII. Nerone c. VII. vid. ZACH. HVBERVM Diss. II. c. II. qui potius pro arrogatione habet.
(i) SVET. Claudio c. II.
(k) TACITVS Annal. XII. c. XXV. *C. Antistio M. Suilio Coss. adoptio in Domitium auctoritate Pallantis festinatur.* Pergit: *adnotabant periti nullam ante hac adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eosque ab Atto Clauso continuos durauisse. Caeterum actae Principi grates, quaesitiore in Domitium adulatione. Rogataque lex, qua in familiam Claudiam et Nomen Neronis transiret.* SVETON. Claud. c. XXXIX. *adsciturus in nomen familiae suae Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit, neminem vnquam per adoptionem familiae Claudiae insertum.*

ronem adoptauit, ſed etiam generum ſibi fecit, filia tamen prius adoptanda in aliam familiam tradita, ne ſororem fratri coniungere exiſtimaretur (l). Licet poſtea ſigna haud obſcura animi, poenitentis de Neronis adoptione, dederit (m). Idem tamen Nero ex hoc adoptionis iure imperium ſibi vindicauit (n). Sergius Sulpitius Galba a nouerca ſua adoptatus, Liuii nomen et Ocellae cognomen aſſumpſit, mutato praenomine, atque etiam Lucium mox pro Seruio vsque ad tempus imperii vſurpauit (o). Hic vero, poſtquam amiſſa vxore Lepida, duobusque ex ea filiis mortuis, remanſerat in coelibatu, neque ſollicitari vlla conditione amplius poterat, deinceps tamen deſpectui eſſe, non tam ſenectam ſuam, quam orbitatem fuerat ratus, Piſonem Frugi Licinianum, nobilem, egregiumque Iuuenem, ac ſibi olim probatiſſimum, teſtamentoque in bona et nomen adſcitum, repente e media ſalutantium turba apprehendit: filiumque appellans, perduxit in caſtra, ac pro concione adoptauit (p).

## §. VI.

Circa initia Seculi Chriſtiani II. Nerua imp. inſtante morte, M. Vlpium Traianum abſentem, adoptauit, de quo XIPHILINVS (q): *Nerua, qui propter ſenectutem mini-*

(l) DIO CASSIVS Lib. LX. p. 686.
(m) SVET. *Nerone* c. XLIII.
(n) DIO CASSIVS Lib. XLI. ineunte. *Poſt Claudii mortem Britannicum optimo iure imperio ſuccedere oportebat, quod erat eius naturalis et legitimus filius quodque valebat viribus corporis et flore aetatis vigebat. Iure autem ciu. propter ius adoptionis imperium ad Neronem quoque pertinebat, ſed nullum ius profecto plus poteſt, quam arma.*
(o) SVETON. *Galba* c. IV.
(p) SVETON. *Galba* c. XVII. Solennem adoptionis actum deſcribit TACITVS *Hiſt.* Lib. I. c. XV.
(q) *Excerptis* lib. XLVIII. p. 770.

*nime honorabatur, sed contemptus erat, in capitolium conscendit, ibique magna voce; Quod felix faustumque sit, inquit, senatui, populoque Romano mihique ipsi, Marcum Vlpium, Neruam Traianum adopto, eundemque postea in senatu Caesarem designauit.* Hanc adoptionem multis laudibus euehit PLINIVS (r), scribens: *Talem esse oportuit, quem non bella ciuilia, nec armis oppressa respublica, sed pax et adoptio, et tandem exorata terris numina dedissent.* Porro, *imploratus adoptione et accitus es. Vt olim Duces magni a peregrinis externisque bellis ad opem patriae ferendam reuocari solebant, ita filius ac parens vno eodemque momento rem maximam inuicem praestitistis. Ille tibi imperium dedit, tu illi reddidisti:* Pergit: *Nulla adoptati cum eo, qui adoptabat, cognatio, nulla necessitudo, nisi quod vterque optimus erat, dignusque alter eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es, non vt prius alius atque alius in gratiam vxoris: adsciuit enim te filium non vitricus, sed princeps: eodemque animo diuus Nerua pater tuus factus est, quo erat omnium. Nec decet aliter filium adsumi, si adsumatur a Principe. An senatus populique Romani exercitus, prouincias, socios transmissurus vni, successorem e sinu vxoris accipias. Summaeque potestatis haeredem tantum intra domum tuam quaeras? non per totam ciuitatem circumferas oculos, et hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum, quem Diis simillimum inueneris? Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus, non enim seruulis tuis Dominum, vt possis esse contentus quasi necessario haerede, sed principem ciuibus daturus imperator. Superbum istud et regium, nisi adoptes eum, quem constet imperaturum fuisse, etiam si non adoptasses. Fecit hoc Nerua, nihil interesse arbitratus, genueris an elegeris: si perinde sine Iudicio adoptentur liberi, ac nascuntur, nisi tamen quod aequiore animo ferunt homines, quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male ele-*

(r) *Panegyric.* cap. V.

*elegit. Sedulo ergo vitauit hunc casum, nec Iudicium hominum, sed Deorum etiam in consilium adsumpsit. Itaque non cubiculo, sed in templo, nec ante genialem Torum, sed ante puluinar Iouis optimi maximi, adoptio peracta est: qua tandem non seruitus nostra, sed libertas et salus et securitas fundabatur. Sibi enim Dii gloriam illam vindicauerunt: horum opus, horum illud imperium, Nerua tantum minister fuit: vterque qui adoptaret, tam paruit, quam tu, qui adoptabaris. Adlata erat ex Pannonia laurea, id agentibus Diis, vt inuicti imperatoris exortum victoriae insigne decoraret: hanc imperator Nerua in gremio Iouis collocarat, quum repente solito maior et augustior, aduocata hominum concione Deorumque, te filium sibi, hoc est vnicum auxilium, fessis rebus adsumpsit. Inde quasi deposito imperio qua securitate, qua gloria laetus? nam quantulum refert, deponas, an partiaris imperium, nisi quod difficilius hoc est, non secus ac praesenti tibi immixus, tuis humeris se patriamque sustentans, tua iuuenta, tuo robore inualuit: statim consedit omnis tumultus. Non adoptionis opus istud fuit, sed adoptati: atque adeo temere fecerat Nerua, si adoptasset alium. Oblitine sumus, vt nuper post adoptionem non desierit seditio, sed coeperit? irritamentum istud irarum, et fax tumultus fuisset, nisi incidisset in te. An dubium est, vt dare posset imperium imperator, qui reuerentiam amiserat, auctoritate eius effectum esse, cui dabatur? Simul filius, simul Caesar, mox imperator, et consors tribuniciae potestatis, omnia pariter, et statim factus es, quae proxime parens verus tantum in alterum filium contulit.*

## §. VII.

Idem optimus imperator Aelium Adrianum adoptauit. De adoptionis vero modo adhuc disceptatur. Plotinae artibus hoc fuisse factum, SPARTIANVS (s) nos docet, qui ipsi de eadem spem fecerat. Post mortem demum Tra-

(s) in Vita c. IV.

Traiani Vto Iduum Augusti die legatus Syriae litteras adoptionis celebrari iussit. Tertio Iduum earundem, quando et natalem adoptionis celebrari iussit. Tertio Iduum earundem, quando et natalem imperii instituit celebrandum, excessus ei Traiani nunciatus est. Frequens sane opinio fuit Traiano id animi fuisse, vt Neratium Priscum, non Adrianum, successorem relinqueret, multis amicis in hoc consentientibus, vsque eo vt Prisco aliquando dixerit, *commendo tibi prouincias, si quid mihi Fatale contigerit.* Et multi quidem dicunt, Traianum in animo id habuisse, vt exemplo Alexandri Macedonis, sine certo successore moreretur: multi ad senatum eum orationem voluisse mittere, petiturum, vt si quid ei euenisset, principem Romanae reipublicae senatus daret, additis duntaxat nominibus, ex quibus optimum idem senatus eligeret. Nec desunt, qui factione Plotinae mortuo iam Traiano Adrianum in adoptionem adsertum esse prodideriut, supposito, qui pro Traiano fessa voce loqueretnr. DIO CASSIVS (t), cuius excerpta IO. XIPHILINVS dedit, ita scribit: *Hadrianus a Traiano adoptatus non est. Erat autem municeps eius, fueratque in eius curatione, ac cum eo vinculis propinquitatis et affinitatis coniunctus erat. Neptem enim eius in vxorem duxerat, degebatque cum eo omne tempus aetatis, ab eoque Parthico bello Syriae praefectus fuerat: a quo tamen nihil aliud praecipuum vnquam obtinuit. Neque enim principio consul factus est, sed eum defuncto Traiano sine liberis, Attianus, qui municeps eius erat, curatorque fuerat, et Plotina, quae amore ipsius capta erat, imperatorem designauerant, quod non procul abesset, quodque magnas copias haberet. Apronianus enim pater meus, qui Ciliciae praefuit, quique res eius omnes certo cognouit, mihi singula recensuit, atque illud inprimis, mortem Traiani per aliquot dies in occulto fuisse, vt adoptio procederet: idque ex litteris eius ad Se-*



(t) Lib. LXIX. sub initium.

*natum cognitum fuisse: quibus litteris non ipse, sed Plotina subscripsit: quod in alio factum fuerat nunquam.*

## §. VIII.

Frequentia adoptionis exempla sub Hadriano. Hic enim adoptauit Ceionium Commodum Verum, inuitis omnibus, eumque Aelium Verum Caesarem appellauit. Ob cuius adoptionem ludos Circenses dedit, et donatiuum populo ac militibus expendit (u). Hoc vberius explicat AELIVS SPARTIANVS *in vita Aelii Veri* scribens (x): *Ceionius Commodus, qui et Aelius Verus appellatus est, quem sibi Adrianus aeuo ingrauescente morbis tristioribus pressus, peragrato iam orbe terrarum adoptauit, nihil habet in sua vita memorabile, nisi quod tantum Caesar est appellatus: non testamento, vt antea solebat, neque eo modo, quo Traianus est adoptatus; sed eo prope genere, quo nostris temporibus a vestra clementia Maximianus atque Constantius Caesares dicti sunt; quasi quidam principum filii viri, et designati augustae maiestatis haeredes.* IDEM paullo post (y): *Adoptatus autem Aelius Verus ab Adriano eo tempore, quo iam* (vt superius diximus) *parum vigebat, et de successore necessario cogitabat, statimque praetor factus, et Pannoniis Dux et Rector impositus, mox consul creatus. Et quia erat deputatus imperio, iterum consul designatus est. Datum etiam populo congiarium causa eius adoptionis, collatumque militibus ter millies, circenses editi: neque quicquam praetermissum, quod posset laetitiam publicam frequentare. Tantumque apud Adrianum principem valuit, vt praeter adoptionis affectum, quo ei videbatur adiunctus, solus omnia, quae cuperet, etiam per litteras impetraret.* Mortuo Aelio Vero Caesare, Adrianns ingruente tristissima valetudine, adoptauit Arrium Antoninum, qui post-

(u) SPARTIANVS *Hadriano* c. XXIII.

(x) Cap II.

(y) SPARTIANVS *Aelio* Cap. III.

postea Pius dictus est; Sed ea demum lege, vt ille sibi duos adoptaret, Annium Verum et Marcum Antoninum (z) filiamque suam Vero, non Marco daret (a). Vberius haec exposuit IVLIVS CAPITOLINVS ita scribens (b): *Mortuo Aelio Vero, quem sibi Adrianus adoptauerat, et Caesarem nuncupauerat, dies senatus habebatur. Eo Arrius Antoninus soceri vestigia leuans venit, atque idcirco ab Adriano dicitur adoptatus, quae causa sola esse adoptionis nec potuit, omnino nec debuit, maxime quum et semper rempublicam bene egisset Antoninus, et in proconsulatu se sanctum grauemque praebuisset. Ergo quum eum Adrianus adoptare se velle publicasset, acceptum est spatium deliberandi, vtrum arrogari ab Adriano vellet. Adoptionis lex huiusmodi data est: vt quemadmodum Antoninus ab Adriano adoptabatur, ita sibi illi adoptaret M. Antoninum fratris vxoris suae filium et L. Verum, Aelii Veri, qui ab Adriano adoptatus fuerat, filium, qui postea Verus Antoninus est dictus. Adoptatus est V. Calend. Martias die, in senatu gratias agens, quod de se ita sensisset Adrianus. Factusque est patri et in imperio proconsulari et in tribunitia potestate collega.* Addit IVLIVS CAPITOLINVS (c): *His ita se habentibus, quum post obitum L. Caesaris Adrianus successorem imperii quaereret, nec idoneus, vtpote decem et octo annos agens, Marcus haberetur, amitae Marci virum Antoninum Pium Adrianus ea lege in adoptionem legit, vt sibi Marcum Pius adoptaret: ita tamen, vt et Marcus sibi Lucium Commodum adoptaret.*

## §. IX.

Cessauit aliquantisper hic adoptandi mos, vsque dum Seculo III. M. Aurelius Antoninus Elagabalus Alexandrum

 Se-

(z) SPARTIANVS *Hadriano* c. XXIV.
(a) SPART. Aelio vero c. VI.
(b) *Vita Antonini Pii* c. IV.
(c) *Vita M. Antonini* c. V.

Seuerum, Martiani ex Mammae filium, consobrinum suum adoptaret, licet illum postea a se amoueri iubet, dicens: se poenitere adoptionis, mandauitque ad Senatum, vt Caesaris ei nomen abrogaretur (d). Aurelianus nondum imperator ab Vlpio Crinito, qui se de Traiani genere referebat, Valeriani imperat. auctoritate fuit adrogatus, de quo FLAVIVS VOPISCVS (e): *Tunc enim Vlpius Crinitus publice apud Byzantium sedenti Valeriano in thermis egit gratias, dicens magnum de se Iudicium habitum, quod eidem Vicarium Aurelianum dedisset: quare eum statuit adrogare.* Quum igitur consedisset Valerianus Augustus in thermis apud Byzantium praesente exercitu, praesente etiam officio palatino, assidentibus, Memmio Fusco consule ordinario, Bebio Macro praefecto praetorii, Quinto Ancario praeside Orientis: assidentibus etiam a parte laeua Auulnio Saturnino Scythici limitis duce, Murentio ad Aegyptum destinato, Iulio Tryphone Orientalis limitis duce, et Meceo Brundusino praefecto annonae Orientis, et Vlpio Crinito duce Illyriciani limitis et Thracii, et Fuluio Boio duce Rhetici limitis. Postquam igitur a Valeriano imp. ipsi gratiae fuissent actae, quod Rempubl. a Gothorum potestate liberauerit, et agentibus gratias omnibus circumstantibus, Vlpius Crinitus sur-

rexit,

(d) LAMPRIDIVS *Heliogabalo* c. XIII. HERODIANVS lib. V. cap. VII. De eadem adoptione sic loquitur: *Quare Caesar declaratus Alexander consulque factus cum Antonino est, senatu scilicet per ridiculum decernente quid ille voluerat: hoc est, videri ipsum patrem, qui natus annos foret circiter quatuordecim: Alexandrum vero, filium, qui tum duodecimum attigisset.* DIO CASSIVS Lib. LXXIX. p. 714. *Bassianum consobrinum suum, introduxit in Senatum: quumque vtrinque Moesam et Soamidem stitisset, puerum adoptauit, seque quum esset eo multo minor natu, statim efferre, vt tanti pueri patrem coepit.*

(e) *Vita Aureliani* Cap. X.

rexit, atque hac oratione vſus eſt (f): *Apud maiores noſtros, Valeriane Auguſte quod et familiae meae amicum ac proprium fuit, ab optimis quibusque in filiorum locum fortiſſimi viri ſemper electi ſunt, vt vel ſenescentes familias, vel foedus matrimoniis iam caducos ſubſtituta foecunditas prolis ornaret. Hoc igitur quod Cocceius Nerua in Traiano adoptando, quod Vlpius Traianus in Adriano, et caeteri, deinceps propoſita ſuggeſtione fecerunt, iam in arrogando Aureliano, quem mihi vicarium iudicii tui auctoritate feciſti, cenſui eſſe referendum. Inde igitur vt lege agatur, ſitque Aurelianus haeres ſacrorum, nominis et bonorum totiusque iuris Vlpio Crinito iam conſulari viro, acturum te iudice conſularis.* Actae inde ſunt Crinito a Valeriano gratiae, et adoptio, vt ſolebat, impleta.

## §. X.

Iuſtinus Thrax imp. nepotem ſuum ex ſorore ſua, Biglenitza, Iuſtinianum adoptauit. Nihil quidem de hac adoptione PROCOPIVS (g), ſaltim dicens, quod tertio ante feſtum Paſchatos Die Caeſar fuerit conſalutatus. Aſt prolixius totum negotium narrat ZONARAS (h): *Poſtquam enim Proceres Iuſtinum eſſent deprecati, vt ſororis filium imperii parte dignaretur, Iuſtinus collectam purpuram manu protendens et oculorum blanditiis non nihil illis gratulatus, vobis optandum eſt, inquit, ne iunior aliquis hanc induat. Tandem cum ſe inualidiorem ſenio, et crucis vulnere debiliorem experiretur, quam vt amplius negotiorum molem ſatis ſuſtineret, ad procerum inſtantiam, Iuſtinianum cum iisdem Epiphanio, Archiepiſcopo Byzantino, ad ſe in cubiculum vocauit, et pauca de ſe deque ſucceſſore praefatus, eum ſibi filium eſſe ſolenni ritu adoptionis iusſit,*

(f) *Aureliano Cap. XIV.*

(g) *Hiſtoria arcana* p. 45. Idem etiam EVAGRIVS lib. IV. c. IX. ſaltim dicit, quod Iuſtinianus ipſum conſtituerit Collegam.

(h) Lib. XIII. *Annal.* p. 60.

*sit, et imperii participem; paratum deinde diadema suis manibus tollens innexuit fronti Iustiniani, in patris venerationem procumbentis, ipso sanctissimo die Paschatis, quae in decimam Vtam diem Aprilis inciderat, anno Domini quingentesimo septimo, aetatis Iustiniani quadragesimo quinto* (i). Hinc factum, quod in constitutionibus suis Iustinum saepius patrem vocet. De Iustino II. dicit Paulus Diaconus, quod Tiberium, comitem excubitorum sibi filium faciens, Caesarem appellauerit (k).

## §. XI.

Michael sub medium Seculi IX. Basilium Macedonem adoptauit, de quo MICHAEL GLYCAS (l): *Secundum haec Michaelus, quod sobolem ex se naturaliter procreatam nullam haberet, vti Scylitzes memoriae prodidit: nec publicam rem administrare per se satis idonee posset, Barda iam per arma rebus humanis exemto: Basilium filii loco adoptat, et Magistrorum dignitate ornatum, paulo post etiam diademate cingit.*

## §. XII.

Nec apud Romanos solum Graecosue hic adoptandi mos fuit vsitatus, verum etiam apud barbaras gentes. De Micipsa Numidiae Rege, et qua ratione Iugurtham adoptauerit, scribit SALLVSTIVS (m): *Igitur Rex, vbi eà quae fa-*

(i) FRANC. GVINETVS *Iustiniano* p. 6. HVB. GIPHANIVS *Iustiniano* p. 10.

(k) PAVL. DIACONVS *Hist. Miscellan.* Lib. XVI. c. XXXIII. XXXIV. ZONARAS *Annal.* lib. XIV. c. X. Αμοιρῶν μὲν τοι γονῆς οἰκείας ἔφθη τὸν κόμητα, τῶν ἐξκυβίτων τιβέριον ὑιοποιησάμενος, καὶ καίσαρα ἀνειπών. *Et quia liberos non habebat, iam antea Tiberium Excubitorum Comitem adoptatum, Caesarem appellarat.*

(l) *II. p. 324.*

(m) SALLVSTIVS *de B. I. c. X.*

*fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognouit, cum virtute, tum gratia viri permotus, flexit animum suum; Et Iugurtham beneficiis vincere aggressus est, statimque eum adoptauit, et testamento pariter cum filiis haeredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo et aetate confectus, cum sibi finem vitae adesse intelligeret, coram amicis, et cognatis, itemque. Atherbale, et Hiempsale filiis, dicitur huiusce modi verba cum Iugurtha habuisse. Paruum ego te, Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans, non minus me tibi, quam si genuissem, ob beneficia carum fore, neque ea res falsum me habuit. Nam vt alia magna et egregia tua omittam, nouissime rediens Numandia, meque regnumque meum gloria honorauisti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familiae renouatum est; postremo, quod difficillimum inter mortales est, gloria inuidiam vicisti. Nunc quoniam mihi natura finem vitae facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestorque, vti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas; neu malis alienos adiungere, quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus, neque thesauri, praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio et fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis, si mali imbecillum. Nam concordia res paruae crescunt, discordia maximae dilabuntur. Caeterum ante hos te Iugurtha, quia aetate, et sapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur. Vos autem Atherbal et Hiempsal, colite, obseruate talem hunc virum: imitamini Virtutem, et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar, quam genuisse; ad ea Iugurtha, tametsi Regem ficta locutum intelligebat, et ipse lon-*

*ſit, et imperii participem; paratum deinde diadema ſuis manibus tollens innexuit fronti Iuſtiniani, in patris venerationem procumbentis, ipſo ſanctiſſimo die Paſchatis, quae in decimam Vtam diem Aprilis inciderat, anno Domini quingenteſimo ſeptimo, aetatis Iuſtiniani quadrageſimo quinto* (i). Hinc factum, quod in conſtitutionibus ſuis Iuſtinum ſaepius patrem vocet. De Iuſtino II. dicit Paulus Diaconus, quod Tiberium, comitem excubitorum ſibi filium faciens, Caeſarem appellauerit (k).

## §. XI.

Michael ſub medium Seculi IX. Baſilium Macedonem adoptauit, de quo MICHAEL GLYCAS (l): *Secundum haec Michaelus, quod ſobolem ex ſe naturaliter procreatam nullam haberet, vti Scylitzes memoriae prodidit: nec publicam rem adminiſtrare per ſe ſatis idonee poſſet, Barda iam per arma rebus humanis exemto: Baſilium filii loco adoptat, et Magiſtrorum dignitate ornatum, paulo poſt etiam diademate cingit.*

## §. XII.

Nec apud Romanos ſolum Graecosue hic adoptandi mos fuit vſitatus, verum etiam apud barbaras gentes. De Micipſa Numidiae Rege, et qua ratione Iugurtham adoptauerit, ſcribit SALLVSTIVS (m): *Igitur Rex, vbi ea quae fa-*

(i) FRANC. GVINETVS *Iuſtiniano* p. 6. HVB. GIPHANIVS *Iuſtiniano* p. 10.

(k) PAVL. DIACONVS *Hiſt. Miſcellan.* Lib. XVI. c. XXXIII. XXXIV. ZONARAS *Annal.* lib. XIV. c. X. Αμοιρῶν μὲν τοι γονῆς οἰκείας ἔφθη τὸν κόμητα, τῶν ἐξκυβίτων τιβέριον ὑιοποιησάμενος, καὶ καίσαρα ἀνειπών. *Et quia liberos non habebat, iam antea Tiberium Excubitorum Comitem adoptatum, Caeſarem appellarat.*

(l) *II. p. 324.*

(m) SALLVSTIVS *de B. I. c. X.*

*fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognouit, cum virtute, tum gratia viri permotus, flexit animum suum; Et Iugurtham beneficiis vincere aggressus est, statimque eum adoptauit, et testamento pariter cum filiis haeredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo et aetate confectus, cum sibi finem vitae adesse intelligeret, coram amicis, et cognatis, itemque. Atherbale, et Hiempsale filiis, dicitur huiusce modi verba cum Iugurtha habuisse. Paruum ego te, Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi, existimans, non minus me tibi, quam si genuissem, ob beneficia carum fore, neque ea res falsum me habuit. Nam vt alia magna et egregia tua omittam, nouissime rediens Numandia, meque regnumque meum gloria honorauisti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familiae renouatum est; postremo, quod difficillimum inter mortales est, gloria inuidiam vicisti. Nunc quoniam mihi natura finem vitae facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestorque, vti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas; neu malis alienos adiungere, quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus, neque thesauri, praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio et fide pariuntur. Quis autem amicior, quam frater fratri? aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego regnum vobis trado firmum, si boni eritis, si mali imbecillum. Nam concordia res paruae crescunt, discordia maximae dilabuntur. Caeterum ante hos te Iugurtha, quia aetate, et sapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur. Vos autem Atherbal et Hiempsal, colite, obseruate talem hunc virum: imitamini Virtutem, et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar, quam genuisse; ad ea Iugurtha, tametsi Regem ficta locutum intelligebat, et ipse lon-*

*longe aliter animo agitabat; tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum conuenerant, vt inter se de negotiis cunctis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minimus ex illis erat, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Iugurthae, quia materno genere impar erat, despiciens.*

## §. XIII.

De Maurorum regno dicit IO. MARIANA (n): *Zaleima defuncto, Hamarus et Izit filii Vliti ex patrui adoptione, Maurorum late patens imperium, Asiae, Africae atque Hispaniae obtinuerunt, nouo exemplo inter Mauros, atque haud scio, an satis probabili, exaequata duorum potestate. Homarus intra primum imperii annum, ex morbo defunctus est, Izit solum rerum potitus.* Pergit ille paullo Post: *constat Izito imperatore in Asia defuncto, Iscanum eius fratrem in imperio successisse, ea lege vt Abubit Iziti filium successorem ipse, vt fecit, adoptaret.*

## §. XIV.

Idem adoptandi mos apud gentes etiam occidentales inualuit. De Theodorico, Gothorum Rege Herulorum Regem, de Amale Atharicum Regem, de Luitprando Pipinum de aliis alios adoptantibus, dictum fuit superius (o).

## §. XV.

Aurelius Gothorum in Hispania Rex, fratris sui Froilae, quem regnandi gratia impie occiderat, filius, Veremundum, quasi pro satisfactione fratricidii ad diluendam inuidiam eo facinore contractam a. DCCVI. in spem successionis adoptauit (p).

§. XVI.

(n) Lib. VII. c. III.
(o) Sect. super. §. XXI.
(p) IO. MARIANA *Hist. Hisp.* lib. VII. c. VI. *Veremundum occisi fratris*

## §. XVI.

Qua ratione Sanctius Rex Nauarrae et Iacobus I. Rex Arragoniae se inuicem adoptauerint, tradit BERNARDINVS GOMESIVS (q): *Quo audito, et de impedimento et morbis Sanctii factus certior Iacobus, ad eundem ire statuit: adductis secum primariis Arragoniae proceribus Athone Focio regiae aulae praefecto, Roderico Liciana, Guillermo Moncada, et Petro Perezio Iustitiae Aragonum praefecto, Blasco item Massa, non Alagone, quo agnomine deprauata fuit historia Regis, cum is Blascus Alagotum abesset, ac cum Abuzethio Rege, vt diximus, in Valentinum regnum esset profectus. Itaque Tudelam veniens, a Sanctio tot praepedito malis, neque extra, neque intra ciuitatem decenter excipi potuit: cum eum Iacobus in ipsomet cubiculo iacentem inuiserit. Sequenti vero die, cum ad eum Iacobus reuerteretur, Sanctius amoris summaeque beneuolentiae magnitudinem eiusque visendi cupiditatem, potiores causas, cur illum accersierit, esse praetexuit; quas felicissimus rerum eius successus, quo caeteros Hispaniae Reges virtute et fama adaequarat, mire augebant: ac vel maxime ob cognationem et propinquitatem, quae inter ipsos tanta intercedebat, vt quo cum arctiori affinitatis vinculo astringeretur, esset fere nullus, vno excepto Tibaldo ipsius ex sorore nepote: tametsi is ob ingrati animi vitium, et multorum acceptorum beneficiorum contemptum, in causa fuerat, vt de expellendo illo a spe regni, deque ipso potius ad eam vocando, cum senatu et populo Nauarrensi egerit. Quodque inuenerit nulla alia id posse via confici stabilius, quam mutua inter eos adoptione, cum mutuo quoque iure ad successionem regnorum: posseque ipsum meliore quam se conditione ascisci ad illam, vt qui cum senex valde esset, annos iam natus septuaginta octo, iuueni, qui vix vigesimum quintum attingebat, ne quaquam fieri posset superstes*

Ppp 2

tris filium, regni successorem adoptauit fructu nullo. RODORICVS SANCTIVS *Hist. Hisp.* ad ann. 771.

(q) *De Vita Iacobi I.* Lib. VIII. p. 448.

*perstes. Quae audiens Iacobus, quod eam de se concepisset opinionem et beneuolentiam ingentes ei gratias egit: Seque daturum operam, vt in amore, omnique grati animi officio responderet, significauit. De oblato vero adoptionis iure, cum suis breui se acturum, ac deliberaturum respondit. Quibus conuocatis, quae secum rex communicasset, aperuit, fuitque multus subinde, atque varius de praeposita adoptione inter eos sermo. Non etsi Iacobo valde expediebat adoptari se, ad stabiliendum ius olim a maioribus suis ad regnum Nauarrae acquisitum; tamen adoptare ipse regem nequaquam poterat, Alfonso filio vnico superstite, atque salutato Principe a proceribus, ciuitatibus, et oppidis totius regni Aragonum, ac etiam ab Ilerdensibus. Esse praeterea monstri simile, octuagenarium prope senem a Iuuene adoptari, et per iniquum, excluso haerede, alium vocari ad regni successionem. Haec cum inter se egissent, et tanquam rationi minime consentanea, dubia reliquissent; ea vtcunque Sanctio retulerunt per Blascum, Athonem Focium, et Rodericum Licianum. Quae intelligens Sanctius atque cum suis consiliariis, et Nauarrae primatibus communicans; tandem, cum non tam adoptari, quam iurari a Iacobo curaret, in ea semper sententia fuit, vt pacta fierent, tametsi per adoptionem nullum sibi ius esset ad successionem, nisi Iacobo et Alfonso sine liberis decedentibus. Vt primum igitur Nauarrensium decreta Iacobo fuere renunciata, adeo sibi illa vtilia et honorifica esse inuenit, atque Aragoniae regno profutura, vt approbantibus proceribus, modo successione potiretur; et Regi subsidio ac defensioni futurum, et quaecunque de his pacta et conditiones fierent, diligentissime se praestiturum promiserit. Alter ergo alterum adoptauit: praesentes vero vtriusque regni proceres, et ciuitatum procuratores fuerunt: qui magno consensu, omnia sese firma, rata ac perpetua habituros iureiurando affirmarunt. Quae adoptio a Regibus stipulata atque diplomate signo regio munito consignata, non contemnenda quidem fuit Regibus Aragoniis: propterea quod per eam non minimum ius fuerit ipsis ad*

*Nauarrae regnum acquisitum. Quid enim sibi voluit adoptio, quid a Rege, eiusque regni proceribus iuramento confirmata pactio, quam obeunti Regi Iacobum successorem relinqui? Quae pactio Hispano conscripta sermone, de verbo ad verbum refertur a Hieronymo Surita lib. III. de Annalibus Regum Aragoniae.* De eadem adoptione scribit MARIANA (r), dum de vtrisque loquitur: *Re constituta inter se Reges mutuo adoptarunt, vt altero decedente, alter in regnum eius succederet; Honestior ea species fore visa est: etsi iniquum erat, et ludibrio simile, a Iuuene qui iam prolem habebat, extrema senem aetate adoptari. Morbo is annisque grauis parum prouidebat animo.* Idem MARIANA (s), de foedere inter Theobaldum Nauarrae et Iacobum Arragoniae Regem scribens, ait: *Aragonio Regi ius adoptione Sanctii Regis quaesitum, integrum mansit.* Pergit MARIANA (t): *quae vt rata essent, et vt amplius Aragonium Regem sibi obstringeret, Sanctius soluta conuentu eum Agredam comitatus est: Vasconumque regnum defuncto patre Arragonii iuris integrum fore est pollicitus.*

## §. XVII.

In Franciae Regno adoptionem equidem prorsus non obtinere dicit LVDOVICVS CHARONDAS (u). Alii in hoc liberos adoptiuos, ne quidem succedere autumant (x). Verum adoptionem etiam apud Gallos fuisse vsitatam verbum docet, quod in Ripuariorum (y) legibus occurrit *adfa-*



(r) Lib. XII. c. XVI.
(s) Lib. XIII. c. IX.
(t) Lib. XIV. c. IV.
(u) Lib. XLIX. et ibi ECCARDVS.
(x) BODINVS *de Republica* Lib. IV. c. IV. FRANC. de BARRI *de Succ.* lib. X. Tit. III. n. 2. Licet ANT. MORNACIVS ad Tit. *de adoptionibus* dicat, exoleuisse apud Gallos adoptiones, nisi consentiant ii, quorum interest.
(y) *Obseru.* voce *Legitimatio.*

*fatim ire*, quod nihil aliud est, quam in haeredem accipere. Potissimum vero hoc docent exempla. Tale est Guntrami Francorum Regis, qui Aurelianis sedebat, qui, dum liberis carebat, in spem successionis, Childebertum ex fratre nepotem, amisso patre, bona regni parte a Chilperico spoliatum adoptauit (z). Licet autem mox inter eos, Theodorici Massiliensis Episcopi causa, graui dissensione orta, GVNTRAMVS adoptionem reuocauerit, (a). Sub finem tamen imperii Childeberto iterum conciliatus, cum triginta regnasset annos moriens, eum scripsit haeredem, eique per arma tradidit regnum (b). Idem GVNTRAMNVS pater adoptiuus dicitur Sigiberti et Chilperici Regum (c).

## §. XVIII.

Sub medium Seculi VII. Sigebertus Dagoberti I. filius, Austrasiorum Rex, Clodouaei II. frater, cum liberis esset

(z) GREGORIVS TVRONENSIS lib. V. c. XVIII. *Postmodo Guntchramnus, ad Childebertum nepotem suum legatos mittit, pacem petens, ac deprecans eum videre. Tunc ille cum proceribus suis ad eum venit: qui ad pontem, quem Petreum vocitant, coniuncti sunt consalutantes atque inuicem osculantes se. Guntchramnus Rex ait: Euenit impulsu peccatorum meorum, vt absque liberis remanerem: et ideo peto, vt hic nepos meus mihi sit filius. Et imponens eum super cathedram suam cunctum ei regnum tradidit, dicens: Vna nos parma protegat, vnaque hasta defendat. Quod si filios habuero, te nihilominus tanquam vnum ex his reputabo, vt illa cum eis, tecumque permaneat caritas, quam tibi hodie ego polliceor, teste Deo. Proceres vero Childeberti similiter pro eodem polliciti sunt.*

(a) GREGOR. TVRONENSIS lib. VI. c. XI.

(b) GREG. TVRON. lib. VII. c. XXXIII. AIMOINVS lib. III. cap. LXVIII. IDEM lib. III. c. LXXXIV. *Theoderico autem regnum Guntrami, quod Chilbertus iure adoptionis tenuerat, sorte obuenit.* Vide supra c. XV.

(c) GREGOR. TVRON. lib. VII. c. XIII.

esset destitutus, a Grimoaldo Magistro Equitum apud Austrasios eo adductus, fuisse dicitur, vt Childebertum eius filium adoptaret. Postea Dagobertus ipsi fuit procreatus. Mortuo tamen Sigeberto anno regni sui vndecimo, Grimoaldus Childebertum filium, Austrasiae regem salutat, eiusque causam non adoptionis modo iure, sed armis etiam tuetur, Dagobertumque attonsum ad amicos in Scotiam ablegat. Erchenboldus tamen, Magister Equitum, Francorum proelio Childebertum occidit, Grimoaldum captum Lutetium ad supplicium mittit (d). Hac de re scribit HADRIANVS VALESIVS (e): *Primum*, dicit, *Hic Grimoaldum Pippini filium praefectum palatii habebat: quem cum fidelem et in omnibus rebus morigerum principalium onerum adiutorem experiretur, Childebertum eius filium adoptauisse, regnique sui haeredem instituisse dicitur, cum exceptione, si nullum moriens filium reliquisset. Postea vero filium genuit, quem patris sui nomine Dagobertum appellauit, ac priore testamento rescisso, nutriendum Grimoaldo ipsi commisit, cuius potentia et auctoritate ab omnibus aduersariis rerumque nouarum molitoribus tutus, in solio regio post mortem suam collocaretur. Interea in morbum incidit Sigibertus, intelligens mortem sibi imminere, Grimoaldi fidei Dagobertum filium suum commendat; orat, vt paruulum Austriae Regem constituendum curet, sitque ei tutoris et parentis loco.* Postea vero de hac adoptione dubitat maxime, dum p. 188. sic scribit: *Vt ad adoptionem reuertar, non solum in vita Sigeberti iunioris Austrasiorum regis, sed etiam in Chronico suo Childebertum filium Grimoaldi maioris domus regiae a Rege Sigeberto adoptatum esse, refert Sigebertus. Quam ob rem et a vetere scriptore nescio quo, Childebertus adoptiuus cognominatur. Quamquam auctor gestorum Francorum, qui Carolo praefecto palatii in Francia dominante floruit, et reliqui veteres no-*

(d) SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad A. 652. *Sigebertus Rex Hildebertum filium Grimoaldi, maioris domus adoptat in filium et Regem.* Idem tradit PAVLVS AEMYLIVS *Hist. Franc.* lib. I. p. 33.

(e) *Rer. Franc.* Lib. XX. p. 186.

*nostri Historici, quorum nemo me fugit, nullam eius adoptionis mentionem faciunt. Neque admodum verisimile est, Sigibertum intra annum vicesimum in ipso flore adolescentiae testamentum fecisse, et in ea aetate qua plerique nondum vxores ducunt, de lumbis suis desperauisse, ac qui regni haeredem generare poterat, praefecti palatii sui filium adoptauisse. Concedamus tamen gratis, hoc fieri potuisse et Sigebertum Grimoaldi fidem et operam adoptione filii eius remunerari voluisse: vel potius Grimoaldum adolescenti incauto, simplici ac futurorum improuido persuasisse, vt Childebertum ipsius filium adoptaret. An Austrasiorum optimates passuri fuerunt regnum a stirpe Regia ad priuatam familiam transferri? non animaduersuri erant sceleri insidiisque viam aperiri, et post adoptionem Regi Iuueni cum vita spem liberorum veneno ereptum iri, vt ipso sublato praefecti filius Rex constitueretur? An denique rem tam ridiculam, tam praematuram, tam iniquam et suspectam, adeo inusitatam et nouam, adeo a moribus suis abhorrentem comprobaturi fuerunt, quae nisi a Francis congregatis confirmaretur, rata esse non poterat? Sed forsitan, quemadmodum ait Fredegarius, Grimoaldum plurimi diligebant, qui Pippinum dilexerant Grimoaldi patrem: reliqui potentiam hominis diuturnitate temporis ac adolescentia Principis auctam stabilitamque metuebant, nec quisquam e Proceribus Austrasiis eius consiliis aduersari audebat, aut valebat. Quasi vero non Otto quidam Sigeberti nutricius, vt alios omittam, post Pippini obitum cum ipsomet Grimoaldo per annos fere tres de praefectura palatii contenderit. Quod si Rex adolescens et valens de testamento cogitare potuit: si nemo eum ab adoptando Childeberto deterrere, nemo Grimoaldi scelesta consilia patefacere ac destruere voluit aut valuit: an Clodouaeus Neustriae et Burgundiae Rex passurus fuit hac adoptione fratris haereditate priuari, et paterno auitoque Austriae regno excludi? an aequo animo laturus fuit, se nullo suo merito praeteriri, et communi gentium iure fraudari, tantique regni fastigium in priuatos humeros ruere, quod fratre orbo moriente non ad alium quam ad ipsum aut liberos suos pertineret? Non Austriam cum copiis ingressurus, non fratri, non praefecto palatii bellum illaturus fuit? praeterea fierine potuit, vt cuius filium Sigebertus coelebs, vel saltem nondum pater adoptauerat, ei postea filium suum nutriendum educandumque committeret, eius ipsum fidei moriens commendaret, hoc*

*est*

*est homini ambitioso et perfido exponendum, necandum relegandumue traderet? Quippe dubitare debuit nemo, quin Grimoaldus, si qua ratione posset, filium suum alieno esset praepositurus, et ipsum praesertim iam a Rege adoptatum, potius quam regium Infantem, constituturus Regem. Sed de hac adoptione quisque quod volet, sentiat, nos caetera persequamur.*

## §. XIX.

Posteriori aetate singulare adoptionis exemplum reperimus, dum Carolus VI. Galliae Rex Trecis Campaniae Henricum V. Angliae Regem, data ipsi in matrimonium Catharina, filia, excluso Carolo Delphino, filium et haeredem in regno Galliae d. XXI. May MCDXX. declararet. Sic enim in dicto Trecensi Tractatu (f) fuit conclusum: *Premierement, que pour ce que par l'Alliance du Mariage fait pour le bien de la dite paix entre nostre dit Fils le Roy Henry, et nostre tres chiere et tres amée Fille Caterine, il est deuenu nostre Fils et de nostre tres chiere et tres amée Compagne la Reyne, iceluy nostre Fils nous aimera et honorera, et nostre dite Compagne comme Pere et Mere, et ainsi comme il appartient honorer tels et si grands Prince et Princesse, et devant toutes personnes temporelles du Monde.* Et porro: *Item est accordé, que nous durant nostre vie nommerons, appellerons, et escrirons nostre dit Fils le Roy Henry, en Langue Françoise par cette maniere: Nostre tres cher Fils Henry Roy d'Angleterre heritier de France: et en langue latine par cette maniere: Noster praecarissimus*

(f) Extat iste apud DV CHESNE *Hist. d'Angleterre lib. XVII. pag. 832. Chroniques de Monstrelet T. I. p 288.* DENIS SAVVAGE *Contin. de la Chronique de Flandres p. 292.* GODEFROI *Annotat. sur l'Histoire de Charles VI, p. 696.* apud DV MONT *T. II. P. II. p. 142.* et latino sermone apud LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Diplom. p. 325.*

*mus Filius Henricus Rex Angliae, haeres Franciae.* ANDREAS DV CHESNE (g) de his conditionibus sic loquitur: *Le lendemain, fut passé le contract de Mariage, mais souz des conditions extremement inhumaines. Car la Reyne ambitieuse et cruelle mere eut tant de pouvoir sur les volontez, et la foiblesse de l'esprit du Roy, son Mary, qu'à sa persuasion il donna la Couronne de France apres sa mort audit* Roy *d'Angleterre son gendre, et à ses hoirs, procréez de luy et de Madame Catarine sa fille, et declara le Dauphin Charles son fils et legitime heritier, indigne de luy succeder, contre la raison de la nature et des anciennes loix du Royaume.* Licet haec male habeant Gallos, et potissimum P. DANIEL, qui de eo sic iudicat (h): *Il n'y eut jamais de Traité, ou les nullitez fussent plus visibles, et ou la passion, se fut portée à de plus grands excés aux dépens même de ceux qu'elle faisoit agir. L'esprit du Roy étoit alors, et plus que jamais extremement affoibli: le Traité seul en est une preuve sensible, et montre qu'il n'agissoit plus que par le mouvement de la Reine et de Duc de Bourgogne aveuglez par leur haine enragée contre le Dauphin: Il ôtoit la Couronne à son Fils unique, chose qui n'est pas au pouvoir d'un Roy de France de qu'il ne depend pas de disposer de sa Succession; la coutume et les Loix fundamentales de l'Etat y-appellent indispensablement apres sa mort ses enfans mâles legitimes. Il privoit non seulement son fils de la Couronne, mais encore tous les Princes du Sang, qui au cas même, qu'il eût pu desheretier son fils auroient dû succeder à son defaut.*

## §. XX.

In Angliae regno Rex Stephanus, omni haerede viduatus, praeter solummodo Ducem Henricum, recognouit in conuentu Episcoporum et aliorum regni optimatima-

(g) c. l. vid. etiam LARREY *Hist. d'Angleterre Prem. Partie p. 820.*
(h) *Histoire de France T. II. p. 1000.*

matum, quod ius haereditarium Dux Henricus in regnum Angliae habebat: Et dux benigne concessit, vt Rex Stephanus, tota vita sua, si vellet, regnum pacifice possideret. Ita tamen confirmanda est pax, quod ipse Rex et Episcopi tum praesentes cum caeteris optimatibus regni iurarent, quod Dux post mortem Regis, si illum superuiueret, regnum sine contradictione aliqua obtineret. Et sic illud propheticum Martini attendatur, quod dicit: nocebit possidenti, ex impiis pietas, donec sese genitore induerit: manifestum est, Regem Stephanum Henricum instituisse haeredem, quem non genuit, dum ipsum adoptauit in filium et regni participem et postmodum successorem (i), HENRICVS etiam HVNDINDONIENSIS (k): *ipsum siquidem rex in filium suscepit adoptandum, et haeredem regni constituit* GERVASIVS (l): *Facto itaque in ciuitate Wintoniae conuentu publico, et Duce cum ingenti gaudio in episcopali sede suscepto, Rex Stephanus ipsum Ducem, cunctis viuentibus, adoptauit in filium, atque interposito omnium Iuramento, concessit et confirmauit ei totius Angliae principatum. Dux autem suscepit eum in locum genitoris, concedens ei omnibus diebus vitae suae nomen et rem regii culminis obtinere.*

## §. XXI.

Dum apud Anglos Elisabetha; apud Scotos Maria regnaret, haecque ratione cognationis in regno Anglorum haeres legitima, petebat haeres regni etiam Parlamentaria auctoritate designari, ad certissimam pacem et vnionem regnorum toties expetitam, fundandam. Haec si concederetur, se Elisabethae deuotissimam futuram, etiam (m) Gui-



(i) Verba sunt MATTHAEI PARISIENSIS ad a. 1153.
(k) Lib. VIII. p. 398. LARREY Prem. Partie p. 351.
(l) pag. 1375.
(m) CAMDENVS Ann. P. I. p. 67.

Guisiis auunculis neglectis pollicetur. Renuebant tamen Elisabetha, Anglique.

## §. XXII.

In Polonia, Bolislaus Pudicus Cracouiensium et Sendomiriensium princeps Lescum Nigrum suum per adoptionem nuncupat haeredem, de quo MARTINVS CROMERVS (n): *Successit Boleslao Pudico in principatu Cracouiensium Lescus niger, ex fratre ipsius patruele ortus, quem ipse sibi Boleslaus Successorem designarat, quique siue viuente adhuc illo, siue iam mortuo, Cracouiam cum vxore aduolarat, et funeri patris adoptiui iusta persoluerat.*

## §. XXIII.

Arturus III. Ioannis V. Britanniae Ducis frater, magnus equitum apud Gallos Magister, postquam Dynastiam Partenays ab vltimo possessore per testamentum fuisset adeptus, Carolo VI. Gallorum rege illud d. IX. Aprilis MCDXXIV. confirmante, ita tamen, vt ipse, eiusdemque haeredes masculi in eadem Dynastia succederent, atque his deficientibus, agnatus ipsius Petrus, ex familia Ducum Britanniae. Arturus igitur, postquam istius Dynastiae possessionem fuisset adeptus, dictum Petrum A. MCDXXXI. adoptabat, ipsumque, si sine mascula prole defungeretur, declarabat successorem, non in dicta Dynastia solum sed omnibus etiam terris suis atque possessionibus, ita tamen, vt primogeniti filiorum Ducis ratihabitione opus fuerit (o).

## §. XXIV.

Apud Italos occurrit singulare exemplum Ioannis Borromaei, Margarethae, sororis suae Iacobino Bonromano nu-

(n) Lib. X. ineunte. Adde Lib. IX. p. 560.

(o) LOBINEAV Lib. XVI. p. 474. ARGENTRE *Hist. de Bretagne* lib. X. p. 611.

nuptae, filium Vitallianum adoptantis, de quo IOSEPHVS RIPAMONTIVS (p): *Iam adoleuerat Iohannes aetatis robore simul, et apud Vice-comitem existimatione, quam post matris mortem auxit singulari merito per Beatricis materterae suae nuptias. Vxor ea Facini Canis fuerat, sicuti dictum est, et eo mortuo, magnarum opum haeres foemina Vicecomitum domum infra fortunam suam pene despectabat. Cumque conciliante Iohanne, Philippo Mariae innupsisset, principatum, de quo tunc ambigebatur, haud dubie firmauit in maritum fauore suo, et pecuniarum vi. Tantum momenti in nuptiis illis fuit, artifexque matrimonii Iohannes, imperio sic firmato potiebatur aula. Nescitur autem, quid causae fuerit, cur Ioannes ipse caelibem agere vitam voluerit, nulla penatibus inducta vxore, quod exstet. Libera fortasse thoro delectabatur, deditus ab ineunte aetate literarum studiis, et adulta iam Borromaei fratris prole, pluribus insistere munimentis domum videbat. Et Principis, amicorumque hortatu consilia nuptiarum interdum agitanti nonnulla, eligentique, vel differenti, aetas obrepserat ea, quae consultare iam prohiberet. Tunc incessit animo consilium adoptandi filium sororis, quam nomine Margaritam Iacobino Bonromano datam fuisse memoraui. Iacobini filius Vitallianus nomine, Patauii erat indole eximia: decesserat pater: cura matris adolescens erudiebatur. Consilia Ioannis in adoptando eo fortasse alia quaedam etiam fuere: manauit in Vulgus percrebuitque illud: velle Ioannem Borromaeum inserere stirpi suae Patauinum adolescentem, e sorore sua et Iacobino Bonromano natum, vt domum vtramque prima origine coniunctas, successionis longinquitate diuulsas, cognomine quoque degenerantes, necteret rursus et conglutinaret. Simul caritate in sororem, simul teneritudine erga maiores suos, fortuna quoque adolescentis moueri. Namque Iacobinus, Vitalliani pater, tantos fecerat sumptus, tantumque pecuniae prodegerat, vt valde impedita cuncta puero et matri esse appareret, nisi subsidium ex auunculi*



(p) *Hist. Mediolan.* L. XI. p. 794.

*culi fortuna pararetur. Hi sermones fere erant, et quaedam publica expectatio domum vtramque circumsteterat, cum Vitallianum et Margaritam missi in id homines deportauere Mediolanum. Paratae separatim instructaeque aedes stabant. Ibi Vitallianus et Margarita collocantur, circumdato omni ministerio ex maiore familia, nam statim tanquam vna domus habebantur. Non tamen festinari adoptionem placuit. Aliquamdiu Vitallianus, et consuetudine ciuium, et artibus honestis, imbuebatur: Principique et aulae, auunculus eum admouebat. Donatur inde ciuitate, et assumitur in nomen familiamque Borromaeorum, dato per Principem in id diplomate, cuius summa haec fuit: Donari ciuitate Vitallianum, concedique ei, vt posito Vitallianorum nomine, Borromaeus imposterum appelletur. Datae sunt litterae ad V. Idus Octobr. anno Salutis MCCCCXVI. Ex eo tempore Patauini Bonramani Borromaeorum tenuere nomen, cum antea, nunc Vitalliani a conditore Gentis Vitalliano rege, nunc Bonromani ex Ioanne primo, qui cognomentum illud seruata vrbe meruerat, promiscue nuncuparentur. Gaspar tantummodo et Anastasius, titulum indicantem parentis sui victoriam et perpetuo retinuere ipsi, et posteris transmisere, mansitque Bonromanorum ea appellatio propagatae per germanias stirpi, donec in Hetruria Lazarus ex piarum peregrinationum studio nomen adipisceretur, affine priori ex vetere gloria, et recenti pietate conflatum. Id nunc germanica domus in Hetruriam olim, inde Mediolanum transgressa, cum Patauina sua stirpe communicabat: ac deinceps Borromaei fuere, qui antea Vitalliani, siue Bonromani erant. Vitallianus in familiam nomenque Borromaeorum ita adscitus, expectabat maiorem quoque adoptionem, qua despondérat sibi auunculum eum, sed obseruabat vti patrem: vicissimque erat ipse loco filii, nisi quod adhuc ceremonia differebatur. Interea Iuuenis, neque petens quidquam, neque dissimulans quid optaret, cum designaretur ab omnibus veluti tantarum opum haeres, eleganti inuento lusit in illam fortunae suae expectationem, comiterque id*

*etiam*

*etiam accepisse auunculum ferunt. Instituit enim sibi vulgauitque tale quoddam emblema confidentem scilicet in fiscella Camelum velut oneri accipiendo: quae pars postea stemmatis fuit. Haud multo post secuta est adoptio, summa ciuium approbatione ob modestiam Iuuenis, probatosque etiam aerarii praefectura mores, quam paulo antea Princeps ei mandarat in experimentum. Decessere post adoptionem, continuatis prope funeribus, Ioannes et Margarita, felices interpretatione vulgi, quod mater filium vidisset in alienas adoptari opes, auunculus paterna Iura collocasset in sororis filio: illa paternae domui prolem suam, hic alienae proli commodando fortunas, cuncta tamen in eadem domo retinuissent, fuisse Ioanni proprium quoque filium inuenio, eumque Venturinum esse vocitatum, indicante nomine casum fortasse quendam, quo proles ea suscepta esset.*

## §. XXV.

Sic apud Italos habemus exemplum Guidi Vbaldi, Ducis Vrtinatensis, Friderici, Feretriae Ducis et Sfortiae filium adoptantis. Hic enim, postquam seu corporis et naturae vitio, seu, quod vulgo creditum est, artibus magicis ab Octauiano patruo (q) propter regni cupiditatem impeditam, quarum omnino ille artium experientissimus habebatur, nulla cum foemina coire vnquam in tota vita potuit, nunquam fuit ad rem vxoriam idoneus, postquam ex Elisabetha Gontzagia nullos filios haberet, Franciscum Mariam e sorore nepotem, a Ioanne, Praefecto vrbis, Iulii Pontificis fratre progenitum adoptauit. Hanc adoptionem Iulius II. Papa de Collegii sententia magno studio comprobauit (r). Mortuo etiam Guido Vbaldo dictus filius adoptiuus successit (s).

§. XXVI.

(q) Verba sunt P. BEMBI DE GVIDO *Vbaldo* p. 613.
(r) BEMBVS *Hist. Veneta* lib. VII. ineunte.
(s) BEMBVS *de Guido Vbaldo* p. 544. et 606.

## §. XXVI.

In recentiori Historia reperitur exemplum Iulii, Cardinalis Mazarini, qui Armandum Carolum Portanum, Caroli Portani, Ducis Meillieracensis filium desponsata eidem nepte sua, Hortensia Manciniana d. XXVIII. Februarii Ann. MDCLXI. testamento in filium adoptauit, de quo BENIAMIN PRIOLVS (t): *Hinc Portanum, Meillieriaci filium vnicum, in sanguinis Iura adoptione promouit, reuocato obsoleto more, desponsata illi nepte, imponens nomen et sua insignia viro, non infra iustorum liberorum caritatem ob merita accepto.* Ludouicus XIV. etiam diplomate suo ad Acta Parlamenti relato, d. V. Augusti MDCLXI. illud confirmauit.

## §. XXVII.

A. MCCCXXXVI. Casimirus Carolum Ludouici Hungariae Regis primogenitum adoptauit in filium, de quo ANTON. BONFINIVS (u): *In sequenti anno Casimirus Polonorum Rex, Ludouici Auunculus, ad Carolum rediit, honorificentissimum secum et Procerum et Antistitum comitatum adduxit. Rex hunc in frequentissimo optimatum Pontificumque suorum concilio excepit, vt affinem suum pro dignitate reciperet. In celeberrimo vtrorumque Principum conuentu, Casimirus publice, Ludouico ex sorore nepoti, et Caroli filio primogenito, orbitatem causatus, Poloniae regnum legauit, adoptauit in filium, et omnes qui aderant, pontifices optimatesque, nouissimae voluntatis suae testes esse iussit,*

(t) *Hist. Gall.* Lib. XI. c. XI. LARREY *Hist. de Louis XIV. T. III. p. 237. il prit soin par le mariage de sa chère nièce, la jeune Hortense Mancini, qu'il maria avec Armand de la Porte, fils du Maréchal de la Meillerage, et qu'il adopta sous le nom de Duc Mazarin, en lui laissant le Duché de ce nom avec douze cents mille livres de rente, et des tressors immenses en argent, en meubles et en joyaux.*

(u) Dec. II. lib. IX. fi 1.

*sit, id ipsum caeteri, qui aderant, Poloni vltro confirmarunt, ac super ea re solenne priuilegium factum est. Carolus tanta beneficentia praeter opinionem affectus, nullum gratiarum ac liberalitatis officium in Casimirum et caeteros Polonorum Principes praetermisit.* De Ludouico Hungariae Rege IDEM scribit (u): *Vt regno consuleret, Sigismundum adoptasse dicitur, quem Augustali genere et excellentissima indole esse intelligebat: iacturam et liberorum resarcire hoc modo placuit, nec ab re quidem, quando Princeps ille prudentissimus, Pannonicae saluti neque commodius, neque honorificentius consulere potuit.*

## §. XXVIII.

Filiae quoque fuerunt adoptatae, prout Io. Casimirus Rex Poloniae, Annam, Comitem Palatinam, Eduardi Comitis Palatini ex Anna Gontzagia filiam, Friderici V. neptem pro filia vnica Poloniae adoptauit, prout ex Auctore status Franciae declarauit KVLPISIVS (x). Haec anno MDCLXIII. in manus Henrici Iulii Borbonii Principis Condaei conuenit (y).

## §. XXIX.

Nec a viris illustribus solum, sed etiam foeminis arrogationes adoptionesque fuerunt peractae. De Adacarum Regina dicit ARRIANVS (z): *Haec Alexandro M. Cariam cum exercitu ingresso obuiam profecta, Alinda ei tradit eumque sibi in filium adoptat. Alexander Alinda ei custodienda reliquit, et filii nomen non aspernatur.*

§. XXX.

(u) *C. I. lib. X. p. 251.*
(x) § XXXVIII.
(y) IOANNIS *App. ad Parei Hist. Palat. p. 539.*
(z) *De exped. Alexand. lib. I p. 49.*

## §. XXX.

Zoe, Graecorum Augusta, Michaelis Paphlagonis coniux, decumbente marito, Michaelem Calaphatem adoptat, ea conditione, vt eum matris ac dominae loco semper haberet (a).

## §. XXXI.

De Andronici Iunioris Imp. vidua, quam grauidam reliquerat maritus, dicit NICEPHORVS GREGORIVS (b), quod Syrgiannem adoptauerit, eique vitam atque animam commiserit.

## §. XXXII.

Exeunte Seculo XII. Maria, Nicephori Botoniatae, Imp. Graecorum vidua Alexium Comnenum adoptat, de quo filia ipsius ANNA COMNENA (c) sic scribit: *adeo tuta licet et tecta fraterno tamen discrimine commouebatur pietas: et parum putabat bonorum bonorumque florere copia, nisi propriae felicitatis vsuram extendere in fratrem communicando posset. Igitur factum est, vt Isaacio bonum, quod sibi diuinitus contingerat ad Germani commodum conferente, consilium Augusta ceperit, familiaribus eius, vt id ei suaderent, ab Isaacio exoratis, Alexii in filium adoptandi. Cum igitur ambo condicta die in Palatio adessent, Augusta legitimis omnibus adhibitis iuris cautionibus ac formulis olim ad eam rem statutis rite Alexium adoptat.*

## §. XXXIII.

Nobilissimum exemplum est Margarethae, trium regnorum Septentrionalium Reginae, quae Ericum, Pomeraniae Ducem, sororis suae Ingelburgis nepotem, anno

(a) ZONARAS *Ann. III. p. 239.*
(b) *Lib. IX. c. X. Lib. X. c. V.*
(c) *Alexiados Lib. II. p. 44.*

anno MCCCLXXXVI. adoptauit, de quo CHYTRAEVS (d): *Margaritha annos triginta septem post patris Waldomari mortem, sapienter et feliciter Daniam cum senatu regni gubernauit, et Norwegiam, succedens filio Olao, Sueciam, capto rege illius Alberto, Coronae Daniae coniunxit. Postea consensu Procerum, qui ex sanguine Regum Daniae antiquorum successorem expetebant sororis suae Ingelburgis, Henrico Duci Megapolitano nuptae, ex filia Maria nepotem, Ericum, patre Wartislao VII. Pomeraniae Duce, Bogislai V. filio, Wartislai IV. ad quem Rugiae principatus primum peruenit, nepote prognatus, adoptauit. Margarithae defunctae successit, et diuturnis ac difficilibus bellis, cum Sleswicensibus praecipue ducibus, cum foederatis Ansae ciuitatibus, et Suecis rebellantibus gestis, tandem pertaesus molestiarum*



(d) *Saxonia* lib. II. P. III. Sequitur eundem ALBERTVS KRANTZIVS *Dan.* lib. VIII. c. I. *Suec.* lib. V. c. XXXV. *Norweg.* lib. VI. c. IX. IO. IS. PONTANVS *Rerum Danicarum* lib. IX. ineunte, vbi de Margaretha: *erat ei ex filia sororis Ingelburgae, quam nupsisse Henrico Megapolitano antea meminimus, abnepos Ericus, patre Vartislao, Bohemiae Duce, natus, hunc sibi filii loco habitum, postea quoque in regni consortem adoptauit: Spemque Danis fecit, se ita cum Noruagis acturam, vt et illi, non nisi se et ipsis volentibus, regni principem assumerent. Nec diu cunctati Scani codicillos ei inaugurales misere, in quibus professi sunt, se eam Daniae Reginam agnoscere, nec Regem absque eius nutu assensuque electuros. Datae hae literae in ecclesia Lundensi die S. Laurentii praesentibus, Archiepiscopo, Episcopis, Equitibus Daniaeque nobilibus permultis.* Qua ratione ipsum et descendentes in Norwegia fecit declarare successorem, Idem docet p. 515. *et in Dania atque Suecia regni consortem declarauerit p. 616.* AENEAS SYLVIVS de Statu Europae c. XXV. *Margarita clarissima mulier tribus imperans regnis ad senectutem vsque magnifice ac religiose subditos gubernauit: demum senio confecta, cum tantum per se ferre nequiret imperium, Henricum Pomeraniae Ducem quatuor et decem annos natum sibi filium adoptauit, regnaque illi commisit, et Philippam regis Angliae filiam dedit vxorem, errauit tamen in nomine.*

*gubernationis relictis regnis, in Pomeraniam rediit, vbi amplius viginti annos adhuc superstes in ocio et quiete vixit, et MCDLIX. primum decessit.*

## §. XXXIV.

In regno Neapolitano Iohanna I. Regina Ludouicum Andegauensem Ducem, Iohannis Franciae Regis alterum filium auctore Clemente VII. Antipapa A. MCCCLXXX. absentem per procuratores filium sibi adoptauit. Haec enim postquam ab Vrbano VI. Papa, eo quod ista Antipapae Clementi VII. faueret, fuisset deposita, vna cum ipso Clemente in Galliam secessit. Ibi Ioanna magno honore excepta fuit, cum ab aliis, tum vero maxime ab Ludouico Ioannis Andiouini secundo filio, cuius rei causa illa, cum se absque liberis esse cerneret, et sciret, Vrbanum magis indies consilia de Carolo Dyrrachino in Regnum accersendo, tractare, adoptauit eum in filium, et Neapolitano Regno donauit: vt id nempe prorsum obitum possideret. Atque huius donationis confecta tunc fuere diplomata, eaque Clementis Pontificis auctoritate, eodem anno confirmata: quae proinde origo prior fuit Iuris illius, quod secunda Andiouinae domus linea afferuit, se in Neapolitanum Regnum habere (e). Extant adoptionis Tabulae (f) huius tenoris: *Iohanna, Dei gratia Hierusalem et Si-*

(e) Verba sunt PANDVLPHI COLLENVTII *Hist. Neapol.* lib. V. p. 361. Idem confirmat BERNARD DE GIRARD *Sommaire Histoire d'Anjou* p. 15. addens: *Au contraire Clement afin que ceste femme de la quelle il recevoit beaucoup de secours ne fut ruinée luy persuada d'appeller Louys Duc d'Anjou à son secours, et de l'adopter en l'esperance de Royaume*

(f) Apud LVNIGIVM *Cod. Diplom. Italiae* T. II. p. 1142. LEIBNITIVM *Cod. Iur. Gent. Diplom.* p. 237. *Recueil des Traités de Paix* Tom. I. p. 334.

Siciliae Regina, Ducatus Apuliae et Principatus Capuae, Prouinciae et Forcalquerii, ac Pedemontii Comitissa etc. Sane praefatum Dominum Ludouicum, Ducem Andegauensem, in nostrum legitimum filium adoptauimus, recepimus, admisimus, instituimus, et etiam ordinauimus, adoptamus, recipimus, admittimus, instituimus, et etiam ordinamus per praesentes: statuentes et ordinantes, quod ipse Dominus Ludouicus noster legitimus filius omnibus et singulis priuilegiis, libertatibus, iuribus, immunitatibus, iustitiis, dominationibus, nobilitatibus, dignitatibus, honoribus, praeeminentiis et praerogatiuis gaudeat et vtatur, quibus filii legitimi adoptiui vti et gaudere possunt et debent quomodocunque et qualitercunque, tam de iure communi, quam de quocunque iure alio speciali. Quem dictum legitimum filium vberibus maternis et intimis prosequi cupientes affectibus, quem inter nostra praecordia, praerogatiua dilectionis internae merito debemus amplecti, ex causis superius designatis et aliis, vtilitatem, defensionem et tranquillitatem Romanae ecclesiae praelibatae, nostri status regii, regni, terrarum et subditorum nostrorum pacifici manutentionem ac protectionem, et alias Rempubl. concernentibus, quas in nostro rectae considerationis examine veras, euidentes, necessarias atque iustas scimus, habemus, tenemus et reputamus, ipsum eundem Dominum Ludouicum Ducem legitimum filium nostrum adoptiuum, licet absentem, tanquam praesentem, petentem et requirentem per Procuratores et Nuncios supra dictos Procuratorio nomine et pro parte ipsius Domini Ludouici, legitimi filii nostri, de auctoritate et beneplacito praefati Domini nostri Papae Clementis, et vigore suarum literarum praescriptarum, nostraeque reginalis plenitudine potestatis; etiam de consilio et consensu praedictis, deliberationeque diligenti prouida et matura, cum personis supradictis aliisque multis fidelibus nostris, praehabita et praemissa, pro euidenti et communi vtilitate regni, terrarum, Vasallorum, et Subditorum nostrorum, ac prouisione supra scriptorum, ex nostra certa scientia, libero proposito,

*praeuisae et certioratae, non inductae per aliquem vel aliquos fraude, deceptione, dolo, circumuentione, vi vel metu, sed de mera, libera ac spontanea voluntate ac proprio motu, nostris illisque melioribus, modo et forma, quibus tam de iure, quam consuetudine ac alias possumus et valemus in futurum Regem Siciliae, haeredem et successorem nostrum post obitum tamen nostrum, et eo deficiente, Ludouicum ipsius Domini Ludouici nostri legitimi filii natum et eodem Ludouico nato sublato de medio, quemcunque alium legitimum filium et naturalem dicti Domini Ludouici Ducis, legitimi filii nostri, inter eos ordine geniturae seruato, in regno, terris, locis et dominiis Prouinciae, Forcalquerii, et Pedemontis, nec non in omnibus et singulis terris, locis, et dominiis eorundem ad nos et antecessores nostros, pertinentibus et spectantibus pertinereque et spectare debentibus et valentibus, quomodocunque et qualitercunque tenore praesentium nominamus, pronuntiamus, declaramus, facimus, instituimus et ordinamus, ac pro futuro Rege, successore, et haerede nostro post decessum nostrum in regno, Comitatibus, terris, locis, et dominiis nostris omnibus et singulis supra scriptis ordinamus, habemus, tractamus, tenemus, et reputamus; habebimus, tenebimus, tractabimus et reputabimus, et ac si noster esset legitimus filius naturalis haberi, teneri omnibus vasallis, subditis nostris et quibuscunque aliis personis, cuiuscunque status seu conditionis existant tractari ac reputari volumus et mandamus* Accedebat eiusdem Reginae instrumentum, in quo Ludouicum, filium adoptiuum Calabriae Ducis titulo ac iuribus gratiose condecorauit, (g) in quo: *Cum nos ex certis causis defensionem et honorem Sanctae Romanae ecclesiae, sanctissimi in Christo patris et Domini nostri, Domini Clementis, diuina prouidente Clementia Papae VII. eiusdem Ecclesiae vere sponsi, nec non exaltationem fidei orthodoxae ad exterminium schismatis, nunc proh dolor! vigentis in Ecclesia sancta Dei, et ipsum fauentium, nec minus manutentionem et protectionem status nostrae regiae*

(g) Extat apud LVNIGIVM l. c. p. 1143.

giae Maiestatis, regni, terrarum et subditorum nostrorum pacifici, et tranquilli, ac aliis rempublicam concernentibus; quas in nostro rectae considerationis examine iugiter deductas scimus et approbamus iustas et veras ad illustrem Principem Dominum Ludouicum, Regis quondam Francorum filium et Serenissimi Principis, Domini Caroli, Regis Francorum Germanum, Ducem Andegauensem et Turonensem, comitemque Cenomanensem, nobis de propinquo nexu sanguinis coniunctum, magnanimitate, strenuitate, et potentia, ac aliis praeclaris ineffabilibus titulis multipliciter praedotatum nostrae mentis aciem dirigentes; ipsum, inquam, Dominum Ludouicum vigore literarum Apostolicarum et auctoritate nostra regia, ex nostra scientia, libero proposito, praeuisae et certioratae non inductae per aliquem vel aliquos fraude, deceptione, dolo, circumuentione, vi vel metu, sed de mera ac libera et spontanea voluntate, ac proprio motu nostris, illisque meliori modo et forma, quibus tam de iure, quam consuetudine, ac alias voluimus et potuimus, in nostrum legitimum filium adoptauerimus, receperimus, admiserimus, et ordinauerimus: quem etiam pro nostro legitimo filio babemus, tenemus, tractamus et reputamus: babebimus, tenebimus, tractabimus et reputabimus, ac pro tali ab omnibus haberi, tractari, reputari, volumus, et teneri, volentes praedictarum literarum Apostolicarum vigore, et nostra auctoritate Reginali statuentes et ordinantes, quod ipse Dominus Ludouicus, noster legitimus filius omnibus et singulis priuilegiis, libertatibus, iuribus, immunitatibus, iusticiis, dominationibus, praeeminentiis et praerogatiuis gaudeat et vtatur, quibus filii legitimi adoptiui, vti et gaudere possunt et debent, quomodocunque et qualitercunque, tam de iure communi, quam de quocunque alio iure speciali. Praeterea nos ipsum Dominum Ludouicum Ducem Andegauensem nostrum legitimum filium adoptiuum vberrimis ac maternis prosequentes affectibus, ex causis superius designatis, vigore aliarum literarum Apostolicarum nobis directarum ac nostrae reginalis auctoritatis plenitudine in Regem futurum regni terrarum,

*rum, locorum, et dominiorum citra Pharum, nec non Comitatuum Prouinciae, Forcalquerii et Pedimontis, ac terrarum, locorum, et dominiorum eorundem ad nos et antecessores nostros pertinentium et spectantium, pertinere et spectare valentium, et debentium, ipsum et eius posteros illis melioribus modo et forma, quibus tam de consuetudine, quam de iure, et alias potuimus, et valuimus, adhibitis solennitatibus omnibus et singulis in subscriptis necessariis, seu quomodolibet opportunius, quas hic etiam habemus pro expressatis, ex nostra certa scientia, libero proposito, praeuise et certificate non per aliquem, vel per aliquos inductae fraude, deceptione, dolo, circumuentione, vi, vel metu: sed de mera, libera, et spontanea voluntate, ac motu proprio nostris nominauerimus, declarauerimus, fecerimus, instituerimus et ordinauerimus, in haeredem et successorem nostrum legitimum post decessum nostrum, quem pro tali ab omnibus haberi, teneri, reputari volumus et tractari, prout praemissa omnia et singula in certis nostris literis per Notarios infra scriptos de mandato nostro receptis confectis, publicatis et signatis, nostrique magni sigilli reginalis munimine roboratis plenius continentur, et latius describuntur.* Singularis est Clementis VII. Papae confirmatio d. XI. Kl. Augusti CXXXVIII. insecuta (h) huius tenoris: *Clemens Episcopus Seruus seruorum Dei, charissimo filio Luodouico, Duci Andegauensi salutem et Apostolicam benedictionem etc. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, vt cum regnum et terra citra Pharum praedicta iure directi Dominii ad praefatam Romanam Ecclesiam spectare noscantur, dictique Comitatus Prouinciae Forcalquerii et Pedimontis ab imperio teneantur in feudum, ipsumque imperium vacet ad praesens, nominationi, pronunciationi, declarationi, factioni, institutioni, ordinationibus, translationi, et donationi praedictis ac omnibus et singulis aliis in eodem instrumento contentis, quoad Regnum et terram, auctoritate Apostolica et quoad Comitatus Prouinciae, Forcalquerii et Pedimontis, praedicta tam ex superioritate, quam ad ipsum imperium habere dignoscimur, quam ex potestate, qua eodem vacante imperio, imperatori succedimus, ac etiam eadem auctoritate Apostolica robur confirmationis adiicere cum suppletione defectuum, si qui forsan interuenerint in praemissis, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque, qui adoptionem praedictam per alias nostras literas confirmauimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, nominationem, pronunciationem, de-*

(h) Apud LVNIGIVM p. 1146.

*declarationem, institutionem, ordinationem, translationem et donationem praedictas, ac omnia et singula alia in praedicto instrumento contenta eas quomodolibet concernentia, rata, et grata habentes illa, quod Regnum auctoritate Apostolica, et quoad Comitatus ex superioritate et potestate praedictis, nec non illius plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum et Dominus dominantium nobis licet immeritis in personam B. Petri concessit, de fratrum nostrorum consilio et assensu ex certa scientia confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes quemcunque defectum, si quis forsan interuenerit in eisdem etc.* De hoc negotio sic scribit (i) IO. MARIANA: *Carolus Dirrachii Princeps (nam alteram Caroli patrui filiam Margaritam nomine coniugem habebat) ex Hungaria euocatur, odio Reginae ob Andreassum Hungari fratrem ab ea necatum: et spe iniecta regni Neapolitani, si eius ductu impotentis foeminae atque impudicae libidines et scelera essent procurata. In maxima fortuna minime licentia esse debet. Principum peccata cunctorum oculis patent, fama atque fortuna paribus. Othonem illa Brunsuicum post Andreassum, Ludouicum Tarentinum, Iacobum Balearem, quos deinceps maritos habuerat, quartis nuptiis sibi adiunxerat, ex Gallia modo aduersus ingruentem tempestatem praesidia aduocare constituit. Ludouicus Andegauensis in filium haeredemque adoptatur.*

## §. XXXV.

In eodem Regno Iohanna II., eo quod impatientis libidinis esset, dicta Lupa (k), cum anno MCCCCXX. apud Al-

(i) *lib. XVIII. cap III.*

(k) BODINVS *de Republica lib. I. c. IV.* De ipsius impudicitia testatur PAVLVS IOVIVS *Vita magni Sfortiae cap. XXIII.* scribens: *Incredibile quidem dictu est, quantos aestus receperit Reginae animus, cum insanis amoribus perditissime deseruiret. Nam Alopo, Vrbanus Aurilia, atque eo praetextu legationis in Germaniam ablegato Caracciolus successerant. His adsciscebatur Sfortia, procacibus reginae oculis ad amorem pellectus.* Hinc etiam eodem teste Martinus Papa: *Ioannam regiae maiestatis nomen perpetuis stupris dedecorantem, regno exturbandam susceperat.*

Alphonsum Arragoniae Regem Antonium Caraffam, cui a malitia cognomen fuit, oratorem suum haberet, solicitauit is Garziam, vt Regem suum hortaretur, ad Ioannam, quae iam septem annos post Ladislai mortem regnum tenuerat, aduersus Ludouicum defendendam, illiusque tutelam suscipiendam: sese apud eam e contrario operam daturum, vt Alfonsum adoptaret, et regni Neapolitani haeredem institueret. Iamque diu isthaec consilia inter sese bini legati tractauerant, et tandem clam Pontifice, Plumbinum inde in Corsicam ad Aragonicum exercitum ambo peruenerunt, et Regi negotium proposuerunt. Quoniam vero Ludouicus et Alfonsus consobrini erant, et iam antea quoque inter illos conuenerat, ne hic illum in Neapolitana expeditione impediret, diu fuit de ea re deliberatum. Sed tandem, quaecunque causa eum mouerit, propositam conditionem Alfonsus certe suscepit: voluitque, vt authenticis literis Regina illa omnia confirmaret, et sibi, antequam in Regnum veniret, Nouam atque Oui arces traderet (l). Vberius vero negotium proponit IO. MARIANA (m) scribens:

(l) Verba sunt PANDVLPHI COLLENVTII *Hist. Neapol. lib. V. p. 398.*

(m) *Hist. Hispan. lib. XX. c. XI.* adstipulatur THOMAS FAZELLVS *de rebus Siculis post.* Decadis *lib. IX. p. 540. Sub quod tempus Ioanna Regina Neapolitana Ladislai soror, eum sibi filium assentiente Ioanne 24. Romano Pont. adoptauit. Nam Ladislao eo, qui omnium postremus e praeclara Dyrrachina familia Neapolitanum regnum obtinuit, mortuo, Ioanna soror consensu Martini quinti Romani Pontificis ei successit. Haec cum a Ludouico Andegauensi Duce, qui rex postea fuit appellatus, graui bello premeretur, quod ad se deferri Neapolitanum regnum volebat, auxilium ab Alfonso implorauit, atque ad eum Malitiam Carafam misit, qui Alfonsum oraret, vti cum viginti rostratarum nauium classe, et vnica mirae magnitudinis oneraria, quibus Corsicam per id tempus oppugnabat, Neapolim quam primum proficisceretur. Quo autem fa-*

bens: *Ioannam Reginam Neapolitanam Ludouicus Andegauensis intra Neapolim obsidebat. Belli causae, ducta ex antiquo cum ea regia inimicitia Reginae ipsius non satis tectae libidines, quas Iacobus vir cum sanare non posset, in Galliam abierat: vbi aliquanto post tempore, principali vita abdicata, atque in cucullati sacerdotis morem detonsus, Franciscanis monachis sese adiunxit. Ludouici adiutor praecipuus Sfortia magni nominis ea tempestate Dux Braccii obtrectatione in quem erat Regina propensior. Prope res erat confecta, cum Alfonsus Aragonius Rex eo nomine V. excellenti virtutum indole, recensque Sardinia domita, pacataque clarissimus, in auxilium est euocatus, regni Neapolitani spe obiecta, ex adoptione Reginae, quoniam alia prole carebat, occasionem ille amplificandi imperii, quae vltro offerebatur, non praetermisit. Aragonia classe e Sardinia missa, Neapolitana obsidio dissipata est. Operae praemium fuit, in conuentu Principum adoptionis tabulae recitatae ad VIIum decimum Kal. Octobris quam Romanus Pontifex aliquanto post tempore ratam habuit.* Dum vero Alfonsus ille matrem adoptiuam regno spoliare et in Cataloniam vellet abducere (n): *illa Alfonsi adoptionem, quasi ingrati et audacis rescindit Nolae ad vndecimum Kalend. Iulii MCCCLXXX. Ludouicum Andegauensem, tertium eo nomine, secundi filium, Roma euocatum, in eius locum substituit, ac Calabriae Ducem renunciat: qui principatus regni destinatis haeredibus dari consueuit, substituto fratre Renato, confirmante Martino*



*facilius in eam rem regis animus incendi posset, Malitiae Regina ipsa mandauerat, vt illi spem in amplissimum Neapolitanum regnum succedendi proponeret. Tanti itaque regni potiundi occasione oblata, Alfonsus a Corsicano ad Neapolitanum bellum omnem animum cogitationemque conuertit.*

(n) PANDVLPHVS COLLENVTIVS *lib. V. p. 405. itaque Alfonsus ab illis instigatus, et sua sponte quoque permotus, decreuit prius id aduersus Reginam tentare, quod illam in sese machinari iam arbitraretur, eaque capta Regnum vniuersum occupare.*

*Pontifice* (o). Ipsae adoptionis tabulae, dum materiam hanc plurimum illustrent, dignae sunt, quae hic adducantur, quae tales sunt (p): *Iohanna Dei gratia Hierusalem, et Siciliae Regina, Ducatus Apuliae et Principatus Capuae, Prouinciae et Forcalquerii, ac Pedemontis Comitissa etc. Sane praefatum Dominum Ludouicum Ducem Andegauensem in nostrum legitimum filium adoptauimus, recepimus, admisimus, instituimus, et etiam ordinauimus; adoptamus, recipimus, admittimus, instituimus, et etiam ordinamus per praesentes: statuentes et ordinantes, quod ipse Dominus Ludouicus noster legitimus filius omnibus et singulis Priuilegiis, libertatibus, iuribus, immunitatibus Iustitiis, Dominationibus, Nobilitatibus, Dignitatibus, Honoribus, Praeeminentiis et Praerogatiuis gaudeat et vtatur, quibus filii legitimi adoptiui vti et gaudere possunt et debent quomodocumque et qualitercumque, tam de iure communi quam de quocumque iure alio speciali. Quem dictum legitimum filium vberibus maternis et intimis prosequi cupientes affectibus, quem inter nostra praecordia praerogatiua dilectionis internae merito debemus amplecti, ex causis superius designatis et aliis, vtilitatem, defensionem, et tranquillitatem Romanae Ecclesiae praelibatae, nostri status Regii, Regni, Terrarum et subditorum nostrorum pacifici manutentionem ac protectionem, et alias rempublicam concernenti-*

(o) PANDVLPHVS COLLENVTIVS *lib. V. p. 409. Dum haec ita geruntur, Sfortiae opera effectum est, apud Reginam, vt Ludouicus Andegauensis, qui adhuc Romae erat, in regnum reuocaretur: quaecumque is Auersam rediisset, honorifice exceptus, et omnibus iuribus regni, quae prius in Alfonsum collata fuerunt, donatus est: illum enim ceu ingratum Regina abdicauit, non sine iurisconsultorum suorum consilio, datisque ad Christianos Principes litteris, significauit, quamobrem Ludouicum adoptare, Alfonsum autem prioribus adoptionis iuribus spoliare cogeretur.* Adde THOMAM FAZELLVM *de rebus Siculis Poster. Dec. Lib. IX. p. 541.*

(p) Extant apud LEIBNITIVM *Cod. Diplom.* p. 237. du MONT. T. II. P. I. p. 152.

*tibus, quas in nostro rectae considerationis examine veras, euidentes, necessarias atque iustas scimus, habemus, et reputamus, ipsum eumdem Dominum Ludouicum Ducem legitimum filium nostrum adoptiuum, licet absentem, tanquam praesentem, petentem et requirentem per Procuratores et Nuntios supra dictos Procuratorio nomine et pro parte ipsius Domini Ludouici legitimi filii nostri, de auctoritateque et bene placito praefati Domini nostri Papae Clementis, et vigore suarum Litterarum praescriptarum, nostraeque Reginalis plenitudine potestatis; etiam de consilio et consensu praedictis, deliberationeque diligenti, prouida et matura, cum personis supradictis et aliis multis fidelibus nostris praehabita et praemissa, pro euidenti et communi vtilitate Regni, Terrarum, Vasallorum et subditorum nostrorum, ac prouisione supra scriptorum, ex nostra certa scientia, libero proposito, prouisae, et certioratae, non inductae per aliquem vel aliquas fraude, deceptione, dolo, circumuentione, vi vel metu, sed de mera, libera ac spontanea voluntate, ac proprio motu, nostris, illisque melioribus, modo et forma, quibus tam de iure, quam consuetudine ac alias possumus et valemus in futurum Regem Siciliae Haeredem et Successorem nostrum (post obitum tamen nostrum) et eo deficiente, Ludouicum ipsius Domini Ludouici nostri legitimi filii natum, et eodem Ludouico nato sublato de medio, quemcumque alium legitimum filium et naturalem dicti Domini Ludouici Ducis legitimi filii nostri, inter eos ordine geniturae seruato, in Regno, Terris, Locis, et Dominiis citra Farum, ac in comitatibus Prouinciae, Forcalquerii et Pedemontis, nec non in omnibus et singulis Terris, Locis et Dominiis eorundem ad nos et Antecessores nostros pertinentibus et spectantibus pertinereque et spectare debentibus, et valentibus quomodocunque et qualitercumque, tenore praesentium nominamus, pronuntiamus, declaramus, facimus, instituimus, et ordinamus, ac pro futuro Rege successore et Haerede nostro, post decessum nostrum, in Regno, Comitatibus, Terris, Locis Dominiis nostris omnibus et singulis supra scriptis ordinamus, habemus, tractamus, tenemus et reputabimus et ac si noster esset legitimus filius naturalis, haberi, teneri omnibus Vasallis, subditis nostris et quibuscumque aliis Personis cuiuscumque status seu conditionis existant, tractari ac reputari volumus et mandamus. Et amplius praesentium tenore fatemur, attestamur, et ad notitiam vniuersorum deducimus, quod praefatus Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster Dominus Clemens Papa VII. clausulam de successione Regni Siciliae loquentem*

*tem in Infeudatione facta clarae memoriae Domino Carolo I. ipsius Regni Regi, qua cauetur, quod nullus in dicto Regno succedere possit, nisi sit de descendentibus a Dicto Domino Carolo (omnibus aliis in dicta infeudatione contentis in sua firmitate manentibus) de nostro pleno assensu pariter et consensu, expresse per suas Apostolicas litteras superius descriptas reuocauit, et viribus vacuauit: ipsamque dictae clausulae reuocationem, et eiusdem iurium vacuationem factas, sic et prout in ipsis Apostolicis Litteris continetur, ex nunc etiam, quantum in nobis est, approbamus, ratificamus, et ratas et gratas habemus, ipsisque assentimur, eisdem praestantes nostrum beneplacitum, voluntatem pariter et consensum, vt ex causis superius expressatis praedicta omnia et singula post nostrum obitum, vti praedictum est, suum plenum sortiantur effectum. Dantes nihilominus, et etiam transferentes tenore praesentium in eundem Dominum Ludouicum legitimum filium nostrum et eius posteros ac praedictos suos Procuratores, et Nuntios, praesentes, recipientes et stipulantes, nomine dicti Domini Ludouici, et pro ipso ac suis posteris ex nunc in casu obitus nostri praedicti, Regnum, Comitatus, Terras, Loca et Dominia praedicta, ac omnia et singula iura competentia quomodolibet in Regno, Comitatibus, Terris, Locis et Dominiis antefatis; insuper declaramus, ordinamus, et volumus, de auctoritate et beneplacito praefati Domini nostri Papae, ac etiam nostra Reginali auctoritate ad eundem Dominum Ludouicum nostrum legitimum filium, seu Ludouicum, eiusdem Domini Ludouici filii nostri natum, ac eorum posteros, Regnum, Terras, Loca et Dominia citra Farum; Comitatus Prouinciae, Forcalqueriique et Pedemontis, Terras, Loca et Dominia eorundem ad nos, et Praedecessores nostros quomodocumque pertinentia et spectantia, et pertinere ac spectare valentia et debentia spectare, et pertinere debere, post obitum tamen nostrum etc. Datum et actum in castro nostro Oui prope Neapolim, anno a Natiuitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo, Indictione tertia, die penultima mensis Iunii, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Papae praedicti anno secundo; praesentibus viris Magnificis, Iacobo Magno Regni nostri Siciliae Camerario Minerbini, et Antonio Casertano Comitibus; nec non Ludouico de Constantio Milite Neapolitano, Locum tenente eiusdem Magni Camerarii, Consiliariis, et Magistro Angelucio de Furno de Rauello, fidelibus nostris dilectis, Testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.*

Ex hoc capite, ob adoptionem Alfonsi Hispaniarum Regis, Hispa-

Hispanorum praetensiones in Regnum Neapolitanum, Gallorum vero ex Andinorum adoptione fuerunt subortae (q).

## §. XXXVI.

Anno MCDLXXXV. Carlotta Hierosolymarum, Cypri et Armeniae Regina (r), Ioannis II. Regis filia primum Iohanni Portugallico, Conimbriae Duci, altera vice Ludouico Sabaudo nupta, postquam a fratre notho, Iacobo, auxilio Soldani Aegyptii regno fuerat pulsa, Carolum II. Ducem Sabaudiae, Iohannis I. Regis Cypri ex filia Anna nepotem, adoptauit, atque ius suum in Cypri regnum ad istum successoresque Sabaudiae Duces per donationem inter viuos transtulit (s). Licet haec ad donationum potius quam adoptionum exempla sint referenda. Exinde tamen iura et praetensiones Sabaudicae in dictum Regnum Cypri.

§. XXXVII.

(q) SPENERVS *Op. Herald.* lib. I. c. XXXVIII. §. XVIII.

(r) GVICHENON *Hist. de Savoye* T. I. p. 557. *Pendant que ces choses se faisoient en Piemont, Jean Roy de Chypre mourut: Charlotte à l'instant, comme sa Fille vnique et heritiere, fut couronnée Reyne de Cypre, de Jerusalem et d'Armenie, le premier jour de Septembre 1458. en l'Eglise de Nicosie, du consentement de tous les grands du Royaume et suivant les Assises de Chypre, qui portent, qu'à defaut de masles legitimes, les Filles succedent au Royaume; mais il y eut vn mauvais augure de cette solemnité; parce qu'au retour de l'Eglise la Haquenée sur laquelle estoit la Reyne s'estant mise en fougue la Couronne Royale tomba de la teste de Charlotte.*

(s) MEZZERAI *Hist. de France* T. III. p. 364. Carolum a Carolotta fuisse adoptatum, male etiam ad a. MCCCLXXXVII. refert, cum hoc anno MCCCLXXXI. fuerit factum. GVICHENON vero T. II. p. 537. 577. nihil de adoptione, saltim de donatione dicit, ipsas etiam donationis tabulas *dans les Preuves* p. 401. exhibet.

## §. XXXVII.

Ista vero Carolotta a fratre suo notho, Iacobo Lusignano, auxilio Soldani, Regis Aegypti Regno pellebatur (t). Iacobus iste viduam relinquebat Catharinam, Marci Cornarii summi senatoris Veneti filiam (u). Hanc antequam in

(t) GVICHENON T. I. p. 538. *Jean Roy de Chypre son Beau Pere, de Marie Patras sa concubine, avoit eu vn Bastard appellé Jaques, homme d'un esprit inquiet et remuant, vitieux et impie.* Idem p. 539. *Ainsi le Soudan, qui auparavant estoit bien persuadé des raisons et du droit de Charlotte, se laissa emporter aux remonstrances de Mahomet et aux importunités de ses ministres, et contre toutes les Loix du Monde et sans aucun pouvoir legitime declara publiquement que le Bastard Jaques estoit le veritable Roy de Chypre; en exigeant de lui vn execrable serment.*

(u) P. BEMBVS *Hist. Veneta* lib. I. pag. 20. *Auxerat curam, quod intelligebant Ferdinandum Regem Neapolis in Federici filii sui nuptias Regina pellecta, occupandae insulae occasionem quaerere. Ea erat Catharina Venetiis oriunda, e gente Corneliorum clara atque illustri, quam Marcus Cornelius pater Iacobo Lusiniano regi pecunia dotis nomine auri ad libras mille.* PETR. IVSTINIANI *Hist. Veneta* lib. IX. p. 169. *Nam quod ad Cypri rem nunciarunt Oratores, per eos dies Iacobum Regem morbo conflictatum ex humanis migrasse, proinde Carlottae nomine postulari, quae in Rhodum e Cypro a fratre pulsa transierat, vt quando Regnum illi tanquam sorori haereditario iure legitime spectaret, vt Venetus vellet, vt amici regis olim filiam, et Aloysii Sabaudiae Ducis vxorem, a fratre illicito thoro nato Regno pulsam, auxiliis iuuare, atque in paternum principatum restituere. Ad ea Venetus imperator veteri Lusignanae Domus cum Veneto Senatu amicitia memorata recentique Petrini, Ioannis, Iacobique regum foedere, ac societate exposita, omnia dicere, quae saluo gentium iure merito praestari possent, se publico nomine Carlotae libenter concessurum: verum id minime retinendum, quod eam ignorare nequaquam existimat, Catharinam defuncti Regis coniugem Veneti Senatus per ADOPTIONEM filiam esse, haeredemque cum posthuma prole iam praegnantem ab illo ex testamento ante mortem institutam ei in asserendo regno Venetos non posse iusta ex causa*

sa

in matrimonium duxisset, Senatus Venetus A. MCDLXX. vt ad capessendas tantas dignitates eam magis dignam redderet, in filiam reipublicae primum adoptauit, atque tunc dicto Regi, tanquam Reipubl. filiam, publica interposita fide, in matrimonium collocauit, quae etiam adoptio Venetis profuit ad Cypri regnum adquirendum. Iacobus enim Cypri Rex vltimus paullo post anno MDLXXIV. ventris profluuio moriens, reliquit vxorem praegnantem, scriptis tabulis, quibus illam regni haeredem, nascitura cum sobole, instituerat, sub Veneti tamen Senatus tutela. Post patris itaque mortem natus filius anno vertente natali suo die cum obiisset, statuit post haec senatus, quum suspicio incidisset, aliquos rerum nouarum cupidos in Cypri insula esse, qui ad occupandum regnum occultas, nefariasque Reginae insidias molirentur, vt ad tutiorem Insulae statum, Regina in patriam reuocaretur, Cyprus in Reip. fidem reciperetur. Missus eo statim est Franc Priolus classis imperator, qui, regno validis praesidiis firmato, populorum animos in Veneti Senatus fide et beneuolentia confirmaret, et vt Regina maiori cum dignitate in patriam reduceretur, Georgius Cornelius, eius frater, vir alti animi, Senatus iussu in

*sa deesse, idque se imprimis curaturum, vt Regia soboles Veneto procreata sanguine suam retineret dignitatem. Iret igitur, et a Cypriis rebus Carlota abstineret, quas ipse pro maiestate Veneti imperii ab omni iniuria in qualibet fortuna esset vendicaturus.* M. ANTONIVS SABELLICVS *Hist. Veneta* Dec. III. lib. IX. p. 934. seqq. Iacobum Cypri Regem decumbentem sic inducit loquentem: *amantissimam igitur coniugem iam grauidam cum posthuma sobole haeredem instituo: Ea, vt scis, Marci Cornarii filia est, quam Venetus senatus in FILIAM prius OPTATAM mihi matrimonio locauit. Si igitur, quod vehementer vereor, vita decessero: et coniugem ipsam, et regnum Veneto nomini commendo.*

in Cyprum nauigauit, sororemque allocutus, cum ea non minus prudenter, quam magnanime egit, vt regia sede relicta, in patriam ipsa, postquam maritum, et filium immatura morte abreptos amisisset, secum accederet, vbi ab omni tuta periculo, libera, felixque regalem vitam duceret. Quandoquidem Venetus Senatus, non minus illam in patria quam si in Regno maneret, Reginam, filiaeque loco omni tempore eam esset habiturus. Fratris igitur blandientis consilium puella sequuta, cui tamdiu refragata fuerat, quum regiae potestatis assueta, priuatae fortunae statum despiceret, fratrique lachrymans dixisse fertur: se inuitam nolentemque Regno excedere. Itaque Senatus Venetus magis ab illo, quam a se ipsa Cypri Regnum accepisse gloriari poterit. E Cypro igitur illa in patriam multis Regni proceribus comitata nauigauit, vrbemque ei appropinquanti Barbadicus Princeps, senatusque fere omnis Bucentauro, aliisque minoribus ingenti numero nauigiis obuiam processere: exceptaque est Regina summo honore et ad Estenses aedes per mediam vrbem triumphanti similis deuecta (x).

## §. XXXVIII.

Simile exemplum apud foederatorum Belgarum Remp. qui

(x) Verba sunt P. IVSTINIANI *Hist. Veneta* lib. X. p. 192. Plures Auctores indicat KVLPISIVS §. XL. ita scribens: *praeter rerum Venetarum scriptores proprios, Petrum Iustiniani, M. Antonium Sabellicum, Petrum Bembum et Paulum Parutam descripserunt Author Chronici Sabaudici, lingua Gallica adornati (Chronique de Savoye continuée iusqu'à l'an. 1601.)* et qui ex Cypri domo Regia origines iactat, EVSTACHIVS LVSIGNANVS, in *descriptione Insulae Cypri, HISTORIA, a Ioannis II. imperio, ad cessionem vsque regni Senatui Veneto factam, decurrente, auctore fide digno, honesto, veritatisque studioso, quique semper Iacobo regi a latere, omnibusque actionibus ipse praesens fuerit, se habere testatur.*

qui in animo habuerunt Mauritium Arausionensem Principem adoptandi, de quo LEO ab AITZEMA (y): d'Intentie en kort begryp was, dat Hollandt hem soude aennemen als een Kindt van staet; ende hem geben een goedt onderhoudt ende goede Raets-Lieden. Et alio loco (z): Om een Wegh te vinden, wierdt ghedagt op het expedient van t'Jaer festigh doen door den Köning van Engelandt, hier Zynde en vervolghens door de Princesse Royale sullende reysen naer Engelandt, deselbe Saecke wierdt hardt aengebonden: en waer op volgde l'expedient van aen te nemen den Heere Prince voor een Kindt van Staat. Dit wierde alsoo oock gheraeden aen haer hoogheyt de Princesse Douariere.

## §. XXXIX.

In Britanniae minoris Ducatu Salomonem I. Regem facta cum Normannis circa medium Seculi noni pace, Roiantrudis, quae Regiae stirpis erat, à Iudicäel Rege descendens, multas que terras in dioecesi S. Macloüii possidens, post mortem mariti atque filii sui adoptauit, qui etiam ipsi haeres successit, de quo LOBINEAV (a): *Quelques mois apres que Salomon eut fait la paix avec les Normans, une Dame du haute naissance nommée Roiantdrek qui descendoit du Roi Judicäel et qui possedoit de grandes terres dans le Diöecese de S. Malo, apres la mort de son mari et de son fils, fit donation de tous ses biens à ce Prince, et l'adopta pour son fils, lui faissant aussi adopter pour ses soeurs les filles qu'elle avoit eues de son mariage. L'on à vû ci-dessus, que Salomon*



(y) Sacken van Staaten Oorlog. Tom. V. p. 787.

(z) p. 790.

(a) *Hist. de Bretagne* Tom. I. p. 63.

*avoit droit par sa naissance à la Couronne de Bretagne: il estoit par consequent du sang de Iudicäel; et l'on peut regarder cette donation comme vne substitution faite, pour empescher, que les biens de cette Dame, ne tombassent par le mariage de ses filles en des familles etrangeres. Salomon avoit deux fils et vne fille de la Princesse Venbriz. Il crut que ç'en estoit assez pour le bien de l'Estat et pour continuer le sceptre dans sa famille, du moins on ne lit pas, qu'il se soit remarié.* Extat Charta adoptionis apud dictum LOBINEAV (b), in qua: *cum enim legaliter liceat vnicuique nobilium de rebus suis propriis, siue de hereditate propria facere quidquid voluerit, aut cuilibet personae commendare, aut quemlibet in filium super eam adoptare; idcirco Roiant-dreb Lowenanni filia, post mortem filii mei Ewen orbatam ac destitutam auxilio filiorum meorum me cernens, adii venerabilem principem Salomonem, ipsumque quasi proprium filium et ex carne mea genitum super totam haereditatem recepi, tam super hoc quod in propria potestate nunc teneo, id est Seminiaca plebs, et quod habeo in plebe Motoriae, et quod in plebe Maelcat, quam super illud, quod iure haereditario mihi debetur, ita vt ille post mortem meam inde habeat potestatem donandi, vendendi, possidendi, commutandi, tam ipse, quam filii eius post se à generatione in generationem. Et quamdiu vixero, ipse me custodiat ac defendat super hoc, quod teneo, et post mortem meam, totum recipiat, nisi quantum illi placuerit filiabus meis, id est, sororibus eius dare.* Factum hoc est in pago transsyluam in plebe nuncupante Bicloen regnante Karolo Rege etc.

CAPVT

(b) *Preuves p. 19.*

# CAPVT VI.

## DE

# LEGITIMATIONE FILIORVM NATVRALIVM ILLVSTRIBVS NATORVM.

## SVMMARIA.

§. I.

*Legitimatio fit vel per subsequens matrimonium vel per rescriptum superioris. Prioris duo adducuntur exempla.*

§. II.

*Legitimati per subsequens matrimonium iura habent legitimorum et patri succedunt.*

§. III.

*Quae successio quoque intuitu feudorum competit.*

§. IV.

*Imo in feudis regalibus huiusmodi legitimati admittuntur.*

§. V.

*An succedant liberi per subsequens matrim. patre in mortis articulo constituto legitimati.*

§. VI.

*Ius primogeniturae tribui potest legitimato per subsequens matr.*

§. VII.

*Minime tamen hoc locum habet, si pater cum alia nuptias contrahit hisque morte dissolutis demum concubinam ducit.*

§. VIII.

*Excluduntur a successione in prouincias legitimati per rescriptum principis.*

§. IX.

*Quod magis illustratur.*

§. X.

*In genere quoque per rescriptum legitimati excluduntur in feudis.*

§. XI.

*Interdum tamen haec rescripta expresse diriguntur ad feuda.*

§. XII.

*Ordinum consensus interdum ad legitimationem requisitus.*

§. XIII.

*Olim Reges filios suos naturales per papam legitimari faciebant, quod Philippi Augusti Gall. Reg. et*

§. XIV.

*Sanctii R. Castellae exemplo patet.*

§. XV.

*Ludouicus Bauarus imp. legitimauit Iohannis Brab. ducis bastardum Iohannem.*

§. XVI.

*Litterae imperatoriae super hac datae legitimatione.*

§. XVII.

*Prouinciae ordines legitimationi interdum contradixerunt.*

§. XVIII.

*De legitimatione Galliae principum.*

§. XIX.

*Quid de legitimatione filiorum naturalium Ludouici XIV. post eius mortem fuerit actum.*

§. I.

Alter patriam adquirendi potestatem modus est liberorum naturalium legitimatio, quae aeque inter priuatos atque illustres obtinet et duplex est vel per subsequens matrimonium, vel per Rescriptum superioris. Prioris exemplum nobis exhibet IO. MARIANA (c) ita scribens: *Ludouicus Medinae Celinae Comes, misso Francisco Barbastrio Vasconum regnum Annae vxori debitum affirmabat, Caroli Vianae Principis filiae Vitium natalium subsecuto cum matre coniugio, veniaque Pontificum procuratum: de quibus rebus publicae tabulae proferebantur, verae an conuictae non constat, magna sane confidentia animi, maiori quam pro viribus conatu.* Singulare exemplum de Roberto Stuarto III. Rege Scotiae ita tradit IMHOFIVS (d): *Vxorem habuit Euphemiam Comitis Rossensis Hugonis filiam, quae cum illo multos annos suauissime transigens Dauidem et Walterum et filiam Euphemiam illi peperit; illorum priorem comitatu Erneuallis siue Stratherniae, alterum Atholiae Comitatu donauit. Verum, auctior illi proles ex filia Adami Mori Elisabetha fuit, quam nulla matrimonii lege sibi vinctam, diu ante Euphemiam, Leslaeo referente, habuit in deliciis, quamque Gifardo viro nobili in Lothiana curauit collocandam. Haec enim illi tres filios et duas gnatas edidit, quarum altera clandestinum cum Iohanne Dumbarro Georgii Comitis Mar-*

(c) lib. XXIV. c. V.

(d) *Genealog. M. Britanniae* p. 44.

*Marchensis fratre, iniuit matrimonium, quo nomine iste comitatu Morauiae postea a Rege donatus fuit: His* BVCHANANVS *accenset* Aegydiam, *Wilhelmo Duglassio, Achibaldi Gallouidiani reguli notho, ob insignes eius virtutes elocatam. Defunctis autem sub idem tempus Euphemia regina, nec non Giffardo, Elisabethae marito, Rex siue veteri motus consuetudine, siue vt filios ex Mora susceptos LEGITIMOS redderet, matrimonio eam sibi iunxit, hosque diuitiis et honoribus amplificauit. Namque Iohanni natu maximo, heredi suo trium ordinum assensu constituto, Carictae Comitatum, aliaque summi honoris munera abunde contulit. Robertum Fifensi et Mentethio Comitatibus ornauit. Alexandrum autem natu minimum Buchaniae Comitatu ac Dominio Baidzenochtae donauit. Hos tres caeteris natu maiores, tametsi extra matrimonium susceptos, ad Reginam dignitatem, reiectis Euphemiae vxoris filiis, euehendos publico trium regni ordinum edicto sancierat, quod illorum matre post Euphemiae mortem in vxorem accepta, illos ita demum legitimo partu fuisse editos diceret, quae res magni inter liberos odii fomitem subministrauit, parricidiisque ansam postea praebuit.*

## §. II.

Huius etiam legitimationis per subsequens matrimonium ratio est facilis, quod mediante coniugio, naturales liberi plenum adgnationis ius habeant, non minus, ac si legitime fuerint nati (e). Hoc non solum iuri diuino est conueniens, sed etiam Canonico ac ciuili. De priori testatur THOMAS CRAGIVS (f), ita scribens: *Hoc ex iure diuino originem traxisse videtur; Cum expresse Dominus iusserit, si quis vitium virgini Israeliticae intulerit, vt eam in vxorem ducat. Quod frustra praecepisset, si ex illo congressu, Liberi,* *nati*

(e) Nou. XII. fin.

(f) *De Feudis* lib. II. *Dieg.* XIII. f. 228.

*nati non succederent, aut essent illegitimi. Tanta enim est Vis matrimonii subsequentis, vt de priore delicto inquiri non sinat, et illud omnia tollat et purget.* Iure ciuili idem obtinet (g), potissimum IVSTINIANVS imp. decernit (h): *Legitimum ius praebentes illis, qui erant primitus naturales, circa quorum successionem non laborauimus, semel enim eos efficientes legitimos domus habere etiam successiones illas, quas habent hi, qui ab initio legitimi sunt.* Praesumit enim lex, ex actu et matrimonio subsecuto, vsque a principio, affectionem erga concubinam constantem, honestum et maritali non fuisse absimilem (i). Sic etiam Canones (k) matrimonii fauorem trahunt ad ante natos, eo quod matrimonium omnia antecedentia vitia purget, et turpitudinis caussam auferat.

## §. III.

Licet vero per subsequens legitimati matrimonium in allodiis succedant; Maior tamen dubitatio est, an idem quoad feuda locum habeat. Si generalitatem textus feudalis consideremus, negandum illud omnino erit, dum ius Feudale (l) decernat: *naturales filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur.* Sic etiam IVS SAXONICVM et ALEMANNICVM statuit (m) *Die nicht ehlich gebohren, sollen Lehn-Rechts darben.* Plerique Dd. Feudales (n) adserunt dictum textum saltim agere de

(g) l. *cum quis* 10. 11. et Auth. *quod ius* C. *de Natur. liberis.*
(h) Nou. 89. c. 8.
(i) l. 10. C. *de natur. liberis.*
(k) c. *tanta* 6. *qui filii sint legitimi.*
(l) II. F. 26. c. *naturales.*
(m) c. l.
(n) B. SCHENCK lib. III. Tit. IV. p. 187. ROSENTHAL c. VII. Concl. XVIII. SCHRADER p. VII. c. V. n. 21. HOPING *de Iure Insignium* c. VII. n. 161. seqq. TIRAQVELLVS *de Nobilitate* cap.

de legitimatis per Rescriptum Principis, dum tales quoad omnes effectus habeantur pro legitimis. Itemque in Camera sit receptum (o). Attamen inter priuatos leges et mores cuiuslibet Curiae Feudalis sunt inspiciendi, dum in Ducatu Magdeburgensi atque Brunsuicensi etiam tales legitimati excludantur (p).

## §. IV.

Verum de eo adhuc disputatur, quid obtineat inter illustres, atque an filii per subsequens matrimonium legitimati etiam in feuda titulata atque dignitatis possint succede-

cap. XV. n. 21. *de iure Primogenit.* Quaest. XXXIV. per totum. *Conf. Argent.* Vol. I. XLIX. n. 89. HARTMANNVS PISTORIS Lib. II. *Quaest.* XLI. SCHVRF. Cent. II. Conf. LVI. n. 4. B. PARENS c. IX. §. III. n. 12. STRYCK *de Success. ab intestato* Dissert. I. cap. III. §. XXVII. MYLER ab EHRENBACH *Gamologia* cap. XXII. THOMASIVS *Iurist. Händel* P. III. p. 210. VITRIARIVS *Inst. Iur. Publ.* lib. III. Tit. II. p. 120. ITTER *de Feudis Imperii* c. XIV. §. 2.

(o) MYNSINGER Cent. V. *Obser.* XLII. n. 2. GAILIVS lib. II. *Obs.* CXLI. n. 2.

(p) HARTM. PISTORIS c. l. KNICHEN. *de Vest. Pact.* P. I. c. I. n. 78. seqq. LVNIG. *Corp. Iur. Feud.* P. II. p. 1418. STRYCK de success. ab intest Diss. I. c. III. §. XXVII. Idem obtinet in Pomerania. Sic enim Fridericus III. El. Brandenb. in Constitutione sua de Feudis Pomeraniae Tit. XXV. *Als auch allbereit in dem Landtags-Abschiede de ann. 1654. die Constitution bestätiget worden, welche anno 1633. den 28. April, wegen der Legitimirten gemacht, vermöge welcher dieselbigen, ob sie gleich per subsequens matrimonium legitimirt, in diesen Pommerischen Landen nicht Lehnfähig sind, noch ad successionem Feudalem admittiret werden sollen, so hat es hierbey ferner keinen Zweiffel.* LVNIG. *Corp. Iur. Feudalis* Tom II. p. 1117. In Geldria vero tales legitimatos admitti tradit FRIDER. a SANDE Tit. III. c. I. §. I. n. 3.

dere? Obtinet illud moribus Hispaniae, quod legitimatus non solum vere et naturaliter et in omnibus et per omnia aequiparetur filio legitimo, sed etiam talis legitimatus succedat in Maioratu (q). De Gallis idem testatur TIRAQVELLVS (r); Iureconsulti Itali idem adfirmant (s). Apud Scotos idem obtinere, testatur THOMAS CRAGIVS (t), secus apud Anglos (u). Apud Belgas, teste CHRISTINAEO (x), legitimati per subsequens matrimonium habent plenam potestatem arma ferendi gentilitia integra, quia iura suitatis habent. Idem etiam de Germania adserunt Doctores Feudales (y). Limitatur tamen praedicta sententia, nisi de contraria voluntate patris constet (z); Se-

(q) PELVEZ A MERES *de Maioratu Hispaniae.* Parte prima *Quaest.* LVIII. n. 31. 32. Idem magis adhuc firmat HERMENEGILDVS de ROXAS de *Incompatibilitate Regnorum ac Maioratuum* P. I. cap. IV. LVDOV. MOLINA *de Primog Hispan.* lib. III. c. III. n. 31. IO. TORRE *de Success. in Maioratibus* P. I. c. XXIX. n. 75. seqq. Resp. IV. n. 166. seqq.

(r) *de Primogenitura* Quaest. XXXIV. n. 54.

(s) ANDREAS de ISERNIA ad d. c. Naturales.

(t) *De feudis* lib. II. Dieg. XIII. fol. 228.

(u) CHRISTINAEVS *de Nobilitate* P. II. p. 43. CAR. MOLINAEVS ad Cap. *tanta qui filii sint legitimi.*

(x) c. l.

(y) ROSENTHAL *de Feudis* c. VI. Concl. XVIII. n. 10. RVMELINVS ad A. B. D. VI. §. XII. KNIPSCHILD *de Fidei Comm.* Famil. c. VIII. n. 337. HERMES *Fasc. Iur. Publ.* c. XXXII. n. 56. SCHÜTZ Vol. I. *Coll. Iur. Publ.* D. VIII. §. XII. XI. MYLER ab EHRENBACH *Gamologia* c. XXIV. n. 21. ITTER *de Feudis Imperii* cap. XIV. §. 2. LVDEWIG ad A. B. T. II. p. 673. Licet dissentiant MENOCHIVS Vol. I. Cons. XVI. n. 8. KNICHEN lib. II. *Polit.* P. I. c. III. §. 6. ANDLER Addend. *ad Iurispr. Publ. et Priv.* p. 719. seqq.

(z) ROXAS c. l. n. 18.

Secundo, nisi tenor primaeuae Institutionis regni vel prouinciae repugnet, nec tertio pacta familiae obstent, vel si Princeps aut Comes ex vili persona prognatum, mediante coniugio natalibus restituat, atque infimae conditionis concubinam in vxorem ducat, filii enim ex tam vili consortio prognati, in Curia Domini comparere haut possunt, cum matris vilitas dignitati filii officiat, nec tale matrimonium omnem maculam abstergat, et liberos imperio indignos efficiat (a), prout in capite de matrimonio inaequali dictum fuit vberius. Exinde videmus, matrimonium Erici XIV. cum Catharina lictoris vel prout alii volunt decurionis filia merito fuisse reiectum, et filium ex ea ante matrimonium natum, a successione fuisse exclusum. Mentem autem Erico fuisse, filium ad successionem legitimandi, docet IO. LOCCENIVS (b): *Ad diem IV. Iulii rex Ericus cum concubina sua Catharina, vili et humili loco nata, quippe quae lictoris, vt quidam volunt, vt alii, decurionis inter praesidiarios milites, filia erat, nuptias faciebat; vel spe legitimandi ipsam et filium ante nuptias ex ea natum, et successorem suum faciendi, vel ex desperatione nuptiarum Elisabethae Anglorum Reginae, Scotae, Landgrauii Hassiae filiae et Lotharingae, quas frustra ambiuerat, vel vt fratribus suis aegre faceret.* THVANVS (c) etiam ita loquitur: *Ericus Rex cum prauis consultoribus vsus huc vsque multa crudeliter, plura imprudenter patrasset, omnium offensione in se conuersa, ad scelerum cumulum accedere voluit et matrimonii infamiam, quod cum Catharina humili loco nata concubina, ex qua duos liberos sustulerat contractum IV. Non. Iunias sollemni ritu Holmiae in templo publice celebrauit, Catharinae etiam regalis corona imposita.* Cessat etiam le-



(a) B. SCHENCK C. I. MYLER ab EHRENB, *Gamologia* cap. XXIV, §. III. seqq.

(b) *Hist. Suec.* lib. VII. p. 376

(c) lib. XLIII. p. 525.

**legitimationis effectus, si matrimonium fuerit incestuosum vel alias vitiosum.**

## §. V.

De hoc tamen dubium superest, an filius legitimatus a patre illustri in mortis articulo constituto per matrimonium, in feuda dignitatis succedat, adeo, vt adgnatos excludat? Sunt, qui negant, quoniam talis legitimatio in fraudem adgnatorum facta esse praesumatur, ideo sit inualida. Ast, contrarium potius esse videtur. Legitimatio enim per subsequens matrimonium tribuit ius suitatis et succedendi, ista autem siue a patre in viridi sanitate, siue in articulo mortis constituto fiat, perinde est. Licet enim adgnatis, aliisque successoribus exinde praeiudicium adferatur, neque tamen hoc in fraudem fit illorum, quin potius pater legitimando filium per matrimonium et sibi, et matri et filiis consulat. Idemque non solum communi Dd. adserto confirmatur (d), sed etiam exemplis quale adducit THOMAS CRAGIVS (e), scribens: *Memini ante triginta quatuor annos, Robertum, Magistrum de Sempill patrem Roberti, nunc Principis illius familiae, cum ex concubinatu Ioannae Hammiltoniae, hunc ipsum filium suscepisset, et ei impense faueret, in articulo mortis cum sibi decedendum videret, ad aedem sacram se in lectica deferri curasse, ibique nuptiis solenniter peractis, cum domum rediisset, octauo post die fatis concessisse. Ex quo subsequente matrimonio, licet in lecto aegritudinis in quo decessit, solenniter peracto, filius ante susceptus, non minus in haereditate successit, quam si ex legitimo matrimonio natus fuisset.* Ex eadem ratione Manfredus Friderici II. filius naturalis in vtriusque Siciliae regno successionem adfectabat, quod ipsius

(d) TORRE c. l. n. 85. ROSENTHAL c. VII. Concl. XVIII. n. 3. MYLERI ab EHRENBACH *Gamologia c. XXIV. §. IV.*

(e) de *Feudis Exeg. XIII.* f. 230. 231.

ipsius mater patri decumbenti fuerit copulata, de quo supra fuit dictum (f).

§. VI.

Porro quaeritur? An filius primogenitus Principis imperii legitimatus per subsequens matrimonium, initum cum muliere aeque nobili, praeferendus sit filio legitimo et naturali secundo genito ex eadem vxore, in successione feudi titulati, ac in iure primogeniturae? Quod omnino est adfirmandum, cum talis primogenitus iam ante natiuitatem fratris sui naturalis et legitimi per matrimonium factus fuerit legitimus, legitimationis autem effectus, et ius suitatis et patriae potestatis (g) tribuit. Huius autem effectus est ius succedendi in bona patris defuncti. Immo, hic prior filius causa est, quare pater concubinam, quam maritali affectione in consortio habuit, et ex qua natus erat, duxit in vxorem, et ex ea alios filios suscepit (h).

§. VII.

Alia tamen est quaestio: an primogenitus filius naturalis succedat et excludat a successione Ducatus et Iuris primogeniturae secundo genitum, natum ex vxore legitima, si ea mortua, pater filium primogenitum, per concubinae matris connubium legitimet. Hoc casu potiora succedendi iura erunt secundogeniti, ea ex ratione, quod prior filius tempore natiuitatis secundogeniti nondum fuerit legitimus, ideoque ad successionem nondum habilis, dum filius legitimatus demum a tempore contracti matrimonii, succedendi ius obtinuerit, ideoque hoc respectu filius secundogenitus habuit ius quaesitum ad obti-



(f) *P. III. cap. VI.*
(g) *Nou. LXXIV. c. 12.*
(h) ROXAS *c. l. n. 51.*

tinendam primogenituram eiusue annexa fucceffionis iura in Ducatu aut Comitatu (i).

## §. VIII.

Secus eft de legitimatis per Refcriptum Principis fine contracto matrimonio, qui a fucceffione in Regna et clientelas omnino excluduntur et adgnatis, vel qui alias ex pacto funt fucceffiuri, fucceffionem relinquere tenentur (k). De iure Feudali fatis eft certum, etiam de iure Alemannico et Saxonico (l), quod excludantur, quibus ftatutum: *die nit elich geboren find, die fullen alle Lehnrechtes darben.* Ex ea quidem ratione, quoniam fimul atque nati funt, a lege fpernuntur et dignitatibus indigni iudicantur, cum non a fonte illuftri et generofo decidant, fed e fanguine putrido et degeneri procedant. Idem etiam in Gallia obtinere, teftatur LVDOVICVS CHARONDAS (m) ita fcribens: *La legitimation par Lettres du Roy, ne regarde que les honneurs et droits univerfels, dont les legitimes fubjets et citoyens du Royaume font capables, et non les droits particuleurs introduits par les couftumes, et icelles ne peuvent avoir effect au prejudice des droits acquis aux vrais et legitimes hereditiers. D'avantage, en hayne du concubinage, reprouvé entre les Chreftiens, et de la fornication que mesmes les Philofophes reprennent la baftardife eft odieufe, portant ne faut eftendre la grace que le Roy luy faict, pour luy donner lieu aux termes de les couftumes.*

§. IX.

(i) GAILIVS *lib. II. Obf. CXLI. n. 3.* MYLER *c. XXIV. §. V.* ITTER *c. XIV. §. III.* LVDEWIG ad A. B. licet contrarium teneat ROXAS *c. I. n. 51. 64.*

(k) *II. F. 26.*

(l) *Cap. I.*

(m) *lib. X. Resp. du droit Francois n. 55.*

## §. IX.

Licet enim summi imperantes ex plenitudine potestatis omnia agant, legitimis tamen in Regno vel prouinciis successoribus, per legitimationem filiorum naturalium ius adimere, iisdemque praeiudicium adferre nequeunt. Belle in rem agit PETRVS GVDELINVS (n), dum ita scribit: *Ego arbitror; non posse principem cuiusquam Ius tollere, nisi summa Reipublicae necessitas id postulet. Nec dici potest, pacto inuestiturae fuisse comprehensos, qui sic legitimantur: Nam pactum istud semper stricte accipiendum est. Vnde non censentur, ad feudi successionem vocati, nisi nati ex eo concubitu, qui iure approbatus est, vel qui sequentibus nuptiis confirmatur.* Hoc tanto magis circa successionem Regnorum et Principatuum obtinet, prout FRANCISCVS de MACEDO (o) tradit: *Et si quis expresse legitimatus et habilitatus esset a Regibus ad successionem Regni, nihil hoc ei prodesset, quia neque Rex per se, neque Papa ex consensu Regis potest legitimare aliquem illegitimum, etsi filium Regis, ad succedendum in Regno, dum extat aliquis consanguineus eiusdem Regis legitimus, cui ex iure debeatur successio.* Et hoc bene decretum est, vt illegitimi non possint in Regna succedere, dum populi in institutione Regnorum noluerunt, vt ius haereditarium succedendi ad illegitimos veniret, cum excludantur ab aliis haereditatibus minoribus (p). Alia enim est ratio legitimationis per subsequens matrimonium, quae iusto connubii nititur fundamento, quod iuris est naturalis, alia ratio legitimationis per

(n) *de Feudis P. III. c. V. n. 6.*

(o) *de Iure succedendi in Regno Lusitaniae Illat. 2. §. 2. n. 22. p. 18.*

(p) Vide vberius MYLERVM ab EHRENBACH *Gamologia c. XXV. XXVI.* ROSENTHAL *c. VII. Concl. XIX. n. 6. lit. f.* SIXTINVS *de Regalibus lib. I. c. III. n. 34. seqq.* ITTER *de Feudis Imperii c. XIV. §. V.* licet contrarium adserat SCHÜTZ *Vol. I. Coll. Publ. D. VIII. §. XI.*

per Principis Rescriptum, quod aliis de Iure successuris nullum adferre poterit praeiudicium. Et licet non desint, qui legitimatum per Rescriptum, si legitimatio etiam ad effectum successionis fuerit directa, admitti velint, vix tamen illud procedet (q), cum dominus nihil in praeiudicium adgnatorum possit decernere, nec vnicum adduci poterit haereditariae successionis exemplum eiusmodi legitimatorum.

## §. X.

Et licet legitimatio per Rescriptum Principis Iura tribuit Legitimatorum, excluduntur tamen bona feudalia. Exemplum videmus in Friderici II. imp. legitimatione apud PETRVM de VINEIS (r): *dignum esse decreuimus et consentaneum rationi, vt ii, quos interdum legitimis actibus defectus natalium impedit, legitimationis honore per principem reparentur: et si quando super his imperialis fauor fidelium suorum supplicatione requiritur, liberaliter largiatur. Inde est quod cum magister T. de Curis, clericus, fidelis noster, pro legitimatione P. S. et M. filiorum suorum, quos ipse dudum in sacris ordinibus constitutus, ex B. de eadem terra muliere soluta, se asserit genuisse, Maiestati nostrae humiliter supplicauit: nos supplicationibus suis benignius inclinati, praedictis N. de plenitudine potestatis nostrae ex certa scientia eos spurios esse scientes, legitimauimus, et omnia iura legitima restituimus; vt tanquam legitimi et legitimo thoro nati, in bonis paternis et maternis, qui FEVDALIA non existunt, succedent, et ad omnes actus publicos et ciuiles honores, si casus se ingesserit, admittantur: et in omnibus aliis suam libere prosequi valeant actionem, obiectione prolis illicitae in*

(q) ROSENTHAL *c. VII. Concl. XIX. n. 12. 24.* GAIL. *II. Obs. CXLII. n. 12.* MENOCHIVS *Cons. CCII. n. 155. Cons. CLXXXI, n. 24.* KNIPSCHILD *de Fideicomm. Fam. c. VIII. n. 342. seqq.* ITTER *c. XIV. §. VII.*

(r) *lib. II. c. XVI.*

*in posterum quiescenti, et lege aliqua non obstante, et ea praecipuae, quae legitimari spurios nisi ex certa scientia non permittit: ita tamen, quod vicesimam partem prouentuum omnium bonorum, quae praedictae legitimationis beneficio ad legitimos eosdem prouenerint, singulis annis reddant curiae nostrae in recognitionem gratiae, quam eis super hoc duximus indulgendam.*

## §. XI.

Licet autem in dicto Caesaris Rescripto, circa effectus legitimationis et successionis, bona feudalia excludantur, legitimatio tamen etiam ad successionem feudalem certo modo poterit dirigi. Testatur de eo GLOSSA FEVDALIS (s): *Hoc autem, quod de naturalibus dicitur, ita intelligo: nisi fiant ita legitimi, ut in feudo succedant; et hoc sit nominatim dictum ab Imperatore; Et sic ex Rescripto licebit, quod alias non liceret:* vt C. de prec. Imp. off. L. quoties. *Et ita accidit Mutinae in causa cuiusdam Hugolini contra Passapontes: vt ferebatur.* Eadem ratione Rupertus Imp. Gerlacum Grans a. MCDVIII. ad successionem etiam haereditatis et bonorum feudalium legitimauit, his verbis: *Tibi ex vberioris dono gratiae concedentes, vt defectu praefato non obstante, omnibus legitimis actibus, publicis et priuatis, officiis, iuribus et honoribus ex nunc et in antea, vti praeesse, perfrui ac potiri, nec non in bonis quibuscunque Parentum, Agnatorum, Cognatorum et quocunque aliorum etiamsi feudalia sint ex testamento et ab intestato succedere valeas atque possis. Et insuper feudorum mediocrium te reddimus capacem, quae de voluntate dominorum a quibus deriuantur poteris obtinere. Non obstantibus legibus, statutis, constitutionibus, obseruantiis, consuetudinibus Feudorum, vsibus scriptis non scriptis, et praesertim Capitulo* Naturales *in Rubrica.* Si de feudo controuersia fuerit, collatione X. in li-

(s) *ad II. F. 26.*

libro feudorum, *aliisque iuribus generalibus, prouincialibus aut municipalibus quibusc. Quibus omnibus etiam si de ipsis aut aliquo eorum fieri deberet mentio specialis in hac parte, tenore praesentium derogamus.* Idem imp. A. MCDIX. in vernaculo sermone Rudolphi von Zeissenheim concubinae, postea in vxorem ductae, ex ea genitis liberis ius succedendi concessit, *zu merer Sicherheit Rittermessig, Lehenbar und Schilds und Wapens Genosse geschepfet und gemacht; schepfen und machen sie also etc. dass sie etc. Mannlehn, Burglehn und Erbleben empfenglich sin etc. als andere des Geschlechts von Z. die eelich geboren und von Vater und Mutter Rittermessig Schildes und Wapens Genoss sint etc.* (t). Licet bene notandum, quod in ante dicto Ruperti Diplomate legitimatio saltim ad feuda mediocria, fuerit directa, quae de voluntate dominorum, a quibus deriuantur, poterunt obtinere. Ideoque nec in filiorum legitimorum praeiudicium nec inter illustres procedit.

## §. XII.

Licet autem legitimatio per Principis ius succedendi in Regna, Prouincias et feuda minime tribuat, per ordinum tamen consensum successione consequi possunt illegitimi. Exemplum praebet Antonius a Burgundia, Philippi Boni Burgundiae Ducis filius naturalis Dynasta de la Roche, A. V. Eques, qui ab Imp. Friderico III. et summo Pontifice et a patre, Philippo Bono natalibus fuit restitutus, et ab eo solenni Belgicorum ordinum consensu Burgundis ac Belgis Princeps futurus constitutus, si filius legitimus vnicus Carolus Audax sine legitimis liberis e mundo discessisset, ob quam rem, et magnitudinem rerum gestarum dictus le grand Bastard.

§. XIII.

(t) Haec exempla SCHILTERO debemus *Comment. ad Ius Feud. Aleman. c. XL.*

## §. XIII.

Olim quidem Reges filios suos naturales per Papam faciebant legitimari, de quo GESTA PHILIPPI AVGVSTI (u): *Huius autem Philippi prima vxor Ysabellis filia Balduini Comitis Hanoniae, quae in Ecclesia beati Dionysii sibi est nuptialiter coniuncta, et regali diademate coronata, vbi etiam simul Rex ibidem Philippus secundo sibi regale diadema imposuit, quo ante Remis fuerat coronatus, de hac suscepit Ludouicum Octauum, patrem sancti Ludouici Regis, Ysabelle vero Regina mortua, et in Ecclesia beatae Mariae Parisiis sepulta, Rex Philippus aliam duxit vxorem nomine Ingeburgem Frumici Regis Danorum sororem, quam postea per nequam consilium dimisit, et aliam superduxit nomine Mariam filiam Ducis Boëmiae, quam contra Deum quinque annis tenuit, de qua duos pueros suscepit, quos postea Innocentius tertius legitimauit, scilicet Philippum Comitem Boloniae et Clarimontis, qui in Ecclesia beati Dionysii requiescit et Mariam vxorem Ducis de Lovem, hac autem Maria post quinque annos dimissa primam scilicet Ingeburgem in gratiam recepit nuptialem.* In *litteris vero legitimationis Papae: de sua posteritate prouide cogitans postulauit, vt eos legitimare per fauorem sedis Apostolicae curaremus. Vt tam honori regiae dignitatis, quam vtilitati, et necessitati, regni Franciae, prouide consultamus, praedictos puerum et puellam de speciali gratia legitimationis titulo de communi fratrum nostrorum consilio decoramus, vt nullus eis in naturalibus defectus obsistat* (x). Et in aliis: *Insuper cum Rex ipse superiorem in temporalibus minime recognoscat, sine iuris alterius laesione, in eo se iurisdictioni nostrae subiicere potuit, et subiecit; in quo forsitan videretur aliquibus quod per seipsum, non tanquam pater cum Filiis, sed tanquam princeps cum subditis potuerit dispensare* (y).

Xxx 2 §. XIV.

(u) Apud LEIBNITIVM *T. V. p. 258.*
(x) BALVTZIVS *Collect. Concil. Galliae p. 684.*
(y) *c. l. p. 675.*

§. XIV.

Teftatur de eo etiam THOMAS WALSINGHAMVS (z): *Eo tempore* (A. MCCCII.) *Papa legitimauit filios Sanctii Regis Caftellae, cuius primogenitus Ferrandus obtinuit regnum patris.*

§. XV.

Potiffimum vero imp. Germanicorum Principum Comitumue liberos legitimarunt. Ioannis II. Brabantiae Ducis Baftardum Ioannem Ludouicus Bauarus imp. legitimauit, de quo CHRISTOPH BVTKENS (a): *Iean Baftard de Brabant dit Gortygen ou Cordekin, né durant le mariage du Duc Iean fon pere d'Ifabeau de Gortygin: fut legitimé par l'Empereur Louis de Bauiere, par lettres données à Francfort le XXVII. d'Aouft de l'an MCCCXLIV. ausquels il eft qualifié noble homme Iean Gortygin Sire des Glimes, laquelle terre vrayfemblablement les Ducs fon pere ou frere lui auront donné. Touts ceux qui jusques ores ont fait mention de ce Siegneur l'ont conftitué fils Baftard du Duc Iean III. en quoy il fe font mespris grandement, car incontinent aprés le trespas du Duc Iean II. fçavoir eft encor en l'an MCCCXII. Willaume de Caffel clerc du Duc dreffa en latin un cathalogue des hommes Feudals du Duc Iean III. par ordre d'Alphabeth continué jusques en l'an MCCCL. enquel foubs la lettre au feuillet foixante troifiesme verfe l'on trouve Iean Cordekin Chevalier frere naturel du Duc tient la maifon, Seigneurie Village et hommages de Glimes, avec fix bonnieres de terre, Item une bonniere de terre à Meilen.*

§. XVI.

Eiusdem imp. Litterae legitimationis tales funt (b): *Ludouicus Dei gratia Romanorum Imperator femper Auguftus, no-*

(z) *Eduardo I. p. 80.*
(a) *Trophées de Brabant T. I. p. 370.*
(b) Extant apud LÜNICIVM *Cod. Germ. Diplom. Tom. II. p. 1237.*

*nobili viro Ioanni Gortygin Domino in Glymes suo et Imperii fideli dilecto, gratiam suam et omne bonum. Licet primaeuus tuae natiuitatis ortus, qui non es de legitimo matrimonio procreatus, sed de Patre tuo Ioanne Duce Brabantiae coniugato et matre tua Elysabeth Gortygin soluta, a quibuslibet actibus legitimis et ciuilibus honoribus te excludat; quia tamen bonae conuersationis habes testimonium et virtutis, vt erga te clementia clareat Augustalis, cum nasci ex illicito coitu non sit culpa geniti, sed potius generantis, venia quoque digni sunt, qui vitio elaborant alieno; te legitimamus, et restituimus ad omnes singulos et singulas honores, honestates, dignitates, actus legitimos et ciuiles: tollentes et auferentes a te quemlibet illegitimitatis maculam atque notam: ita quod succedere valeas, et haeres ex testamento et ab intestato existere parentibus tuis, aut quibuscumque aliis, seu alii, et quod omnia eorum bona et iura capere valeas ac habere vt legitimis, quae in te rite cadere possent, si a legitima fuisses origine procreatus; tecum in his et aliis omnibus super dicto defectu ex certa scientia dispensantes, non obstante aliqua lege, iure vel statuto generali vel speciali, et specialiter illa lege, quae spurios nisi ex certa scientia legitimari prohibet, et quibuscumque aliis, quarum in praemissis fieri deberet mentio specialis, quibus omnibus quo ad praemissa de plenitudine Imperatoriae potestatis ex certa scientia derogamus. In cuius rei testimonium praesentes conscribi, et nostrae et Maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Franckenfurt XXVII. die mensis Augusti anno Domini MCCCXLIV Regni nostri anno XXX. Imperii vero XVII.*

## §. XVII.

Hinc etiam, dum Patres Illustres filios naturales successionis capaces declararent, Senatus vel ordines contradixerunt. Sic Carolo Emanueli, Sabaudiae Duci, dum Comitem de Raconis ex linea obliqua Bastardi ortum successionis capacem declararet, Sabaudiae Senatus contradicebat eoque Ducem adigebat, vt litteras reuocaret, de quo SAMVEL GVICHENON (c): *Il est bien vray que Raconis avoit obtenu de S. A. des Patentes, par lesquelles luy et sa posterité mascu-*



(c) *Histor. de Savoye T. I. p. 712.*

*masculine estoient declarés Princes du sang, et successibles à la Couronne, aprez l'extinction de la Branche de Nemours (faveur qui relevoit cette famille extraordinairement) les Patentes presentées au senat de Savoye il en refusa l'enterniment, et en envoya les motifs à S. A. qui aboutissoient à 2. points, l'un, que quoyque cette branche de Raconis portât, le nom de Savoye, elle n'en descendoit toutefois qu'en ligne oblique, par le moyen de Louys Bastard d'Achaye Seig. de Raconis; l'autre que S. A. le declarant Prince du Sang, devoit apprehender, que ceux de cette branche, comme Yssus des Princes d'Achaye, et de la Morée, qui estoient les Aisnés de cette Royale Maison, n'en pretendissent la Couronne à l'exclusion mesme de S. A. et des Ducs de Nemours, le deffaut de leur naissance se trouvant couvert par les Patentes: De sorte que S. A vaincue de ces raisons, revoqua ce Privilege, ne laissant pas neantmoins de caresser le Comte Raconis à l'ordinaire; mais ce sage Courtisan, qui en demandant cette grace au Souverain n'avoit point eu d'autres pensées que de demeurer dans les termes de son priuilege jugeant bien que son Altesse pourroit en avoir conçeu quelque sorte de soupçon, se retira en une de ses maisons, et venoit souvent à la Cour, où il fut pourtant toujours consideré comme auparavant.*

## §. XVIII.

De Galliae Regibus dicit CAROLVS LOYSEAV (d) quod etiam filios suos, quantum ad successionem, post sanguinis Principes legitiment, dum ait: *Les enfans naturels de nos Roys, ou des Princes du sang, dont la branche est parvenue à la couronne, et leurs descendans, ont soustenu, que comme les descendans, des legitimes, aussi qu'eux sont Princes naturels du Royaume.* Et porro (e): *Les Roys legitiment leurs bastards en tout, et par tout, fors pour la succession du Royaume, et*

(d) *Cap. VII. n. 86.*
(e) c. l. apud LIMNAEVM *Notitia Regni Franciae p. 938.*

*et ce par lettres expresses, qui portent clause, qu'ils marcheront immediatement aprés les Princes du sang: lettres qu'ils font verifier au Parlement, de sorte qu'il ne faut nullement douter, que les enfans naturels des Roys, et touts leurs descendans legitimes d'iceux, n'ayent le tittre et rang de Prince.* Formula litterarum, quibus Henricus IV. Galliae R. Caesarem Vindocinensem filium sibi ex Gabrielide d'Estrees MDXCV. natum legitimat, quaeue varia de legitimatorum iuribus continentur haec est (f) his verbis: *C'est Henri par la grace de Dieu Roi de France et de Navarre: A tous présens et à venir, salut. Nous estimons pouvoir veritablement dire avoir autant que nul de nos prédecesseurs travaillé pour la conservation, le bien et le repos de cet Etat; lequel de desolé qu'il étoit et proche d'une quasi inévitable ruïne quand il est tombé entre nos mains, l'on a vû que Nous l'avons rélevé, et par la grace de Dieu tantôt rétabli en son ancienne force et dignité, n'ayant à ce épargné non-seulement nôtre labeur, mais nôtre sang et nôtre vie que Nous avons souvent prodigalement exposée aux occasions qui s'en sont offertes, tant que nulle espece de peine et de peril ne Nous a été inexperimenté, et neanmoins avec tant de zéle et d'Affection envers cette couronne, que tout Nous a été facile et supportable: ce qui Nous a fait esperer que cette vertu et force sera hereditaire à tous les Nôtres; et tout ce qui proviendra de Nous naîtra et croîtra avec cette même intention envers cet Etat; C'est pourquoi Nous avons d'autant plus desiré d'avoir lignée et en laisser après Nous à ce Roïaume; et puis que Dieu n'a pas encore permis que Nous en ayons en légitime mariage, pour être la Reine nôtre Epouse depuis dix ans séparée de Nous, Nous avons voulu, en attendant qu'il Nous veüille donner des enfans qui puissent légitimement succeder à cette Couronne, rechercher d'en avoir d'ailleurs en quelque lieu digne et honorable, qui soient obliger d'y servir comme il s'en est vû d'autres de cette qualité, qui ont trés bien merité de cet Etat, et y ont fait de grands et notables services. Pour cette occasion ayant reconnu les grandes graces et perfections tant de l'esprit que du corps qui se trouvent en la personne de nôtre chere et bien amée la Dame Gabrielle d'Estrées, Nous l'avons puis quelques années*

(f) Extant apud LÜNIGIUM *Scriptis Selectis p. 990.*

*nées recherchée à cet effet, comme le sujet que nous avons jugé et connu le plus digne de nôtre amitié: ce que Nous avons estimé pouvoir faire avec moins de scrupule et charge de conscience, que Nous sçavons que le mariage qu'elle avoit auparavant contracté avec le Sieur de Liancourt étoit nul et sans avoir jamais eu aucun effet, comme il s'est justifié par le Jugement de la separation et nullité dudit mariage qui s'en est dû depuis ensuivi; et s'étant laditeDame apres nons longues poursuites, et ce que Nous y avons apporté de nôtre autorité condescenduë á Nous obéir et complaire, et ayant plû á Dieu Nous donner puis n'agueres en elle un fils, qui a jusqu'à present porté le nom de Cesar Monsieur, outre la charité naturelle et affection paternelle que Nous lui portons, tant pour être extrait de Nous, que pour les singulieres graces que Dieu et la nature lui ont départies en sa premiere enfance, qui font esperer qu'elles lui augmenteront avec l'âge et provenant de telle tige, qui produira un jour beaucoup de fruit á cet Etat, Nous avons resolu en l'avoüant et reconnoissant notre Fils naturel, lui accorder et faire expedier nos Lettres de Légitimation, cette grace lui etant d'aut ant plus necessaire, que le défaut en sa progeniture l'excluant de toute pretention en la succession, non seulement de cette Couronne et de ce qui en depend, mais aussi de celle de nôtre Royaume de Navarre, et de tous nos autres biens et revenus de nôtre autre patrimoine tant échûs que ceux qui pourront échoir, il demeureroit en très mauvaise condition, s'il n'étoit par ladite Légitimation rendu capable de recevoir tous les dons et bienfaits qui lui seront faits tant par Nous que par autres, comme c'est bien nôtre intention de lui en départir autant qu'il en convient pour soûtenir l'honneur et la dignité de la Maison dont il est issu. Pour ces causes, ayant sur ce que dessus eu l'avis des Princes de nôtre Sang et autres Princes, des Officiers de la Couronne et autres des principaux de nôtre Conseil, avons de nôtre certaine science, pleine puissance et autorité Royale avoüé, dit et declaré, avoüons, disons et declarons par ces Presentes signées de nôtre main, ledit Cesar nôtre Fils naturel, et il ce lui légitimé et legitimons, et de ce titre et honneur de légitimation décoré et décorons par ces dites Presentes: Voulons et octroyons que dorenavant en tous actes et honneurs tant en Iugement que hors, il soit tenu, censé et réputé légitime, et qu'il puisse quand il sera en âge, ou autre pour lui pendant sa minorité, aquerir en celui nôtre Royaume tels biens, meubles et immeubles que bon lui semblera, et d'iceux ordonner et disposer, soit per Testament, Codicile*

*et*

*et Ordonnance de dernière volonté, Donation faite entre-vifs ou autrement, ainsi qu'il lui plaira, et qu'il puisse aussi apprehender et recueillir tous les dons, bienfaits et gratifications qui lui pourront être faites par Nous et tous autres, dont Nous l'avons rendu et rendons capable par ces dites Presentes; ensemble de pouvoir tenir telles Charges, Etats, Dignités et Offices, desquelles il pourra tant par Nous que nos successeurs Rois être honoré, l'ayant à ce habilité et dispensé, habilitons et dispensons par cesdites Presentes, sans que de tout ce que dessus il lui puisse être fait, mis ou donné aucun empêchement pour quelque cause et occasion que ce soit, dérogeant de nôtre grace speciale à toutes Ordonnances qui pourroient être à ce contraires. Si donnons en mandement à nôtre Cour de Parlement et Chambre de nos Comptes à Paris, faire lire, publier et enregistrer lesdites Presentes selon leur forme et teneur, et du contenu en icelles faire joüir et user ledit Cesar Monsieur, pleinement et paisiblement nonobstant comme dessus; et afin que ce soit chose ferme et stable à toûjours Nous avons fait mettre nôtre scel à cesdites Presentes, sauf en autres choses nôtre droit et l'autri en toutes. Donné à Paris au mois de Ieanvier l'an de grace mil cinq cens quatre vingt quinze, et de nôtre Regne le sixième. Ainsi signé, Henri. Et sur le replis, Par le Roi, Forget. Et à côté, Visa. Et scellées sur lacs de soye rouge et verte, en cire verte, du grand scel.*

## §. XIX.

Quae circa legitimatos Galliae filios post mortem Ludouici XIV. Gallorum Regis exorta fuerit controuersia omnibus constat. Iste enim Rex mense Iulio MDCCXIV. Edictum promulgauerat, per quod filios suos naturales, Ludouicum Augustum Borbonium, Ducem de Maine et Ludouicum Alexandrum, Comitem de Thoulouse, antea iam dum legitimatos, extinctis tamen omnibus legitimis ex Borboniis tanquam successionis capaces declarauerat, his verbis (g): *S'il arrivoit qu'il ne restat pas un seul Prince légitime du sang et de la*

(g) Extat apud LAMBERTI T. IX. p. 693. Insertum etiam videmus p. 695. litteras Hispani cuiusdam ad Gallum de hoc negotio, vbi potissimum materia de liberorum naturalium apud Gallos successione ventilatur.

*la Maison de Bourbon; Nous croïons qui en ce cas l'honneur d'y succeder seroit dû à nosdits Enfans legitimez.* Idemque d. XXIII. Maii MDCCXV. vlterius declarauit. Defuncto Rege, Principes regii et Borbonii sanguinis, qui tunc erant Ludouicus Henricus Borbonius, Princeps de Condé, Carolus Bourbonius, Comes de Charollois, et Ludouicus Armandus Borbonius Princeps de Conty per libellum supplicem d. XXII. Augusti MDCCVI. a nouo Rege Ludouico XV. petebant, vt Edictum mensis Iulii A. MDCCXIV. vna cum eiusdem declaratione d. XXIII. Maii MDCCXV. reuocaretur, et annullaretur. Contra hunc libellum Principes Legitimati d. XV. Nouembr. MDCCXVI. publicabant: Memoire Instructif sur la Requête presentée au Roi contre les Princes Legitimez. In hoc scripto demonstrare conabantur, quod Principes sanguinis nullum ius habeant reuocationem Edicti et eiusdem declarationis petendi, cum nullum exinde ipsis oriatur praeiudicium, dum legitimatis nullum succedendi ius competat, nisi extinctis plane legitimis, et horum progenie. *Secundo*, quod Rex defunctus potestate sua minime fuerit abusus, dum legitimatis Titulum et Praerogatiuas Principum sanguinis concesserit, eo quod priores Reges iamdum talia fecerint, id quod per diuersa demonstrant exempla. *Tertio*, quod Rex minime contra Leges fundamentales egerit, Principes legitimatos in defectum legitimorum habiles declarando; Hanc in causam ex linea Merouingica et Carolingica diuersa adducunt exempla, licet inter haec non desint legitimorum, quos pro illegitimis adlegent. *Quarto*, quod dictus Rex per Edictum de A. MDCCXIV. nihil egerit contra Ius Gentium, nihil contra populi sui Interesse, nec quidpiam fecerit, quod potestatem suam excedat. Hoc Scriptum d. IX. Decembr. MDCCXVI. insecutum fuit *Second Memoire sur la Requête presentée au Roi contre les Princes Legitimez.* In eodem deducunt, nullam esse Legem scriptam, quae a successione Coronae Principes legitimatos in defectum legitimorum excludet.

dat. *Deinde* in linea Merouingica et Capetingica secundum mores antiquos, semper legitimatos admissos fuisse ad Coronam. Et licet in linea Capetingica nullum exemplum possit adlegari, quod legitimatus ad successionem fuisset admissus, rationem subesse, quod legitimi semper suffecerint. Edicta vero Regia non debere reuocari, eo quod semper habita fuerint sancta (h). Contra haec scripta prodibat *Memoire des Princes du sang*. In eo primo probare contendunt, quod ipsorum omnino intersit, vt dictum Edictum de A. MDCCXIV. reuocaretur. Dum Ludouicus XIV. A. MDCXCIV. Principibus legitimatis locum post Principes legitimos adsignauerit, insuper primo Parlamenti Praesidi Harlaeo mandauerit: *Qu' en leur accordant ces Lettres, il vouloit en même temps conserver aux Princes du Sang, tous les honneurs, qui leur étoient dûs, et qu'il y eût toûjours une distinction convenable entr'eux, et les Princes legitimez.* Prouocant deinde ad Edictum de A. MDCCXI. quo Principibus sanguinis concessum *qu'Eux et leurs Enfans et Descendans mâles, qui posséderoient des Pairies, representeroient les anciens Pairs aux sacres des Rois, au defaut des Princes du Sang, et qu'ils pourroient donner à chacun de leurs Enfans mâles un Duché, Pairie, pour en joüir du vivant de leur Pere.* Hac igitur ex ratione multum ipsorum interesse, ne legitimati ipsis in iuribus,



(h) Ex parte legitimatorum etiam alia scripta prodierunt, vtpote *Reflexions sur la pretention de Messieurs les Ducs de Bourbon, Comte de Charollois, et Prince de Conty, contre Messieurs les Ducs du Maine, et Comte de Thoulouse. Examen de la pretendue Loi fondamentale de l'Etat, qui exclut les Princes legitimez de la succession à la Couronne. Lettre de M - - à un homme de qualité qui lui a demandé son sentiment sur la Lettre d'un Espagnol à un François, sur les Réponses, qui on y a faites, et sur la Requête des Princes. Reponse d'un solitaire à une Lettre qu'on de ses Parens lui avoit écrite sur l'affaire des Princes du Sang, dont il lui demandoit son sentiment. Seconde lettre de M - - à un homme, de qualité, et une Apologie de l'Edit de 1714. et de la Declaration de 1715.*

dignitate, sessione et iure succedendi aequipararentur. Immo accidere posse, vt si Princeps sanguinis in minori adhuc aetate constitutus ad coronam vocetur, et reliqui sanguinis Principes sint minores, vt talis Princeps legitimatus, si ad successionem habilis fuerit declaratus, Regimen et tutelam suscipere deberet, quod plane sit inconueniens. Nec minus illud, quod tales legitimati participent de honoribus et iure succedendi cum legitimis. Immo Principes legitimatos et horum filios, ex ea ratione praetendere praecedentiam prae filiabus Principum sanguinis, ex ea ratione, quod sint capaces iuris succedendi. Immo totius interesse nationis et contra leges esse Regni Francorum, cui, extincta familia Regia, ius competat Regem eligendi, et sibi per silentium praeiudicari. Immo, hanc ipsam declarationem varia secum adferre incommoda. Quod si enim ad Ludouici XIV. exemplum, alius Rex aeque liberos suos ad Coronae successionem vocaret, dubium oriri, quinam, extinctis Principibus Sanguinis, sint praeferendi: Legitimatos ab vno successorum Ludouici XIV. ad hoc ipsum exemplum posse prouocare, dum hic legitimatis suis sedem in Parlamento adsignauerit, prae Ducibus Vindocinensibus, de Henrico IV. legitimatis. Dum e contrario Ludouici XIV. legitimati ad temporis prioritatem possint prouocare. Hanc controuersiam, casu existente, non nisi armis posse decidi, maxime si ipsa Natio Ius sibi tunc competens exerceat et Regem eligat. Progrediuntur ad secundam Propositionem, quod Ludouicus XIV. de successione Coronae non potuerit disponere, nec titulum Principis sanguinis concedere. Hoc vt confirmet, demonstrant, quod Lex Fundamentalis Regni Gallicani in eo consistat, quod secundum ordinem linearum, omnes masculi ex legitimo thoro nati iure sanguinis et suitatis vocentur ad successionem. Hanc vero legem nullum Regem, qui saltim Regni sit vsufructuarius atque Administrator, posse immutare. Demonstrant illud ex

scri-

ſcriptoribus. Inter hos HIERONYMVS BIGNONIVS ſic ſcribit: *Le Caractere eſſentiel de la Couronne de France eſt cette transmiſſion de la Couronne dans le canal du Sang Royal, et eſt vn Arrêz du Ciel au-deſſus de toutes les Puiſſances de la terre.* Pergit ille dicens: *nôtre Loi eſt d'autant plus excellente, que nous n'en connoiſſons pas l'origine; que ce n'eſt pas vne Loi écrite, mais née avec nous; que nous n'avons pas inventée, mais l'avons puiſée de la Nature même, qui nous l'à ainſi appriſe, et donné cet inſtinct.* Inde per varia exempla demonſtrant, Regum diſpoſitiones contra leges regni factas, contradicente Parlamento, factas fuiſſe irritas. Id quod potiſſimum ex facto Henrici IV. Regis declarant, qui licet per Edictum de menſe Aprili MDCX. Duces Vindocinenſes ſtatim poſt Principes ſanguinis, prae minoribus Regni Paribus collocauerit, ſtatim tamen poſt ipſius mortem, Pares anteriores priſtinam ſedem receperint. Tertia Propoſitio in eo conſiſtit, quod filii naturales, licet facti fuerint legitimi, nullum ius ſuccedendi habeant ad coronam, eo quod Iuri Naturae, Gentium et Regni Gallicani repugnet. Quarta propoſitio eſt, quod exempla illegitimorum qui ſucceſſerint, adducta haut fideliter fuerint adlegata, nec ad caſum praeſentem poſſint adplicari. Ad probandam hanc propoſitionem quatuor faciunt obſeruationes. Prima eſt, quod etiamſi exempla per Principes legitimatos adducta, omnia ſint vera, ipſis tamen haut ſint proficua, cum in ſecunda et tertia parte huius ſcripti ſatis fuerit demonſtratum, quod ſi etiam leges fundamentales quandoque fuerint interuerſae nihil tamen de valore ipſarum deceſſerit. Secunda, quod regulae, quas nunc in matrimoniis obſeruemur, minime poſſint inſeruire ad decidendum de validitate earum, quae in primis Monarchiae ſeculis fuerunt contracta, dum diuortia et repudia tunc fuerint frequentia, et liberum marito fuerit alteram ducendi, atque natos ex priori coniugio fuiſſe legitimos. Tertia eſt, quod ex Hiſtoricis pateat, veteres Reges Francorum coniuges ſuas non ſtatim adpellaſſe Reginas, ſed concubinas, licet vxores fue-

rint legitimae et liberi ex iisdem legitimi; eas vero, quas hodie vocant maitresses, pellicis et amicae nomine venisse. Quarto, quod in dubio liberi potius praesumantur esse quam bastardi, maxime si ad tempora anteriora prouocetur. Exinde concludunt, filios, quos legitimati pro illegitimis adlegent, qui successerint, omnes fuisse legitimos, id quod per exempla declarant. Quinta propositio est, quod Rex reuocare posset Edictum mensis Iulii de A. MDCCXIV. et Declarationem de A. MDCCXV. vel per magnum Iustitiae Tribunal *son lit de Iustice* vel per Edictum. Id quod per diuersa exempla declarant, non solum, quod Regum Edicta etiam Registris Parlamenti illata per summum Tribunal Regni possint reuocari, sed etiam tale Tribunal Rege adhuc Minorenni institui. Contra hoc scriptum prodierunt *Reflexions Politiques et Historiques sur l'Affaire des Princes*, in quo ad singula respondent. Inde Franciae Pares d. XXII. Februarii MDCCXVII. Regi libellum exhibuerunt, in eodem petentes, vt Rex dictum Edictum de A. MDCCXIV. eiusdem Declarationem de A. MDCCXV. atque Declarationem d. V. Maii MDCXCIV. in qua locus legitimatis immediate post Principes sanguinis fuit adsignatus, velit reuocare, eo quod iste a Iure succedendi dependeat. Principes legitimati iterum libellum Regi exhibuerunt, petentes, vt rex vellet hanc causam ad Maiorennitatem vsque differre, et si ipsi placuerit, eandem in minori adhuc aetate decidere, vt super iure succedendi nullam pronuntiet sententiam, antequam status Generales Regni legitime congregati deliberauerint, quod nationi intersit circa dispositionem Regis defuncti, super iure succedendi in Regnum atque an proficuum sit reuocationem petere, ad quod scriptum principes sanguinis d. XVI. Maii 1717. respondent. Tandem vero hodiernus Rex Ludouicus XV. in minore adhuc aetate constitutus per Edictum Parisiis mense Iulio MDCCXVII. Edictum de A. MDCCXIV. eiusdem Declarationem de A. MDCCXV. reuocauit in perpetuum, ita tamen, vt dicti Principes legitimati iisdem honoribus et praero-

gatiuis gaudeant, quae ipsis per Edictum de A. MDCCXIV. fuerunt adsignata, et in quorum sint possessione atque tali ratione haec controuersia fuit sopita (i). Demum A. 1723. in pristinos honores atque praerogatiuas, quae per Edictum de A. MDCXCIV. concessae, fuerunt instituti, ita tamen vt a successione excluderentur, de quo sequens extat Relatio (k): *Der Herzog von Maine und der Graff von Thoulouse wurden um diese Zeit endlich in alle ihre Ehren und praerogativen, die ihn 1694. von Weiland König Ludewig XIV. zugestanden waren, restituiret, und zwar folgendergestalt: Diese beyden Printzen sollen in Zukunfft alle Praerogativen der Printzen von Geblüt, so lange sie leben, geniessen, folgende Puncte jedoch ausgenommen:* 1) *Dass sie von dem Successions-Recht, nach Abgang des Hauses Bourbon, excludiret seyn sollen* 2) *Ist ihnen nicht permittiret, über das Parquet im Parlament zu gehen, wie die Printzen von Geblüt thun; hingegen sollen sie haben le Salut du Bonnet, das ist; dass der erste Praesident vor ihnen sein Bonnet oder Müntze abnimbt, wobey jedoch dieser Unterscheid zu observiren, dass, wenn der erste Parlaments-Praesident das Bonnet vor den würcklichen Printzen von Geblüt abnimmt, und zu ihnen sagt: Monsieur votre Avis, und dadurch ihre Meynung zu wissen begehret, soll er hingegen obige zwey Printzen mit hinzusetzung ihres Nahmens: Monsieur le Duc du Maine votre Avis, Monsieur le Comte de Thoulouse votre Avis, gleichwie solche Benennung ohne Salut bey denen Hertzogen und Pairs gebräuchlich fragen.* 3) *So sollen auch der Duc du Maine und Graff von Thoulouse bey keinen so genanden Lit in Royal erscheinen und bey publiquen Ceremonien nicht völlig in gleicher Linie mit dem Printzen von Geblüt stehen oder sitzen.* 4) *Der Printz von Dombes und der Graff von Eu, des Duc du Maine Söhne, haben keinen andern Rang als der von dem König Heinrich dem IV. gezeugte natürliche Sohn der Herzog von Vendome gehabt, das ist, über alle Ducs und Pairs*

(i) Scripta in hac caussa coniunctim prodierunt a la Haye 1717. 4. Reperiuntur etiam inter LVNIGII *Scripta Selecta* p. 964. seqq. Edictum Ludouici XI. Regis extat in *Electis Iuris Publici* T. XI. p. 517.

(k) Kern-Chronic ad A. 1723. p. 78.

*Pairs, ihre Kinder aber geniessen den Rang der Ducs und Pairs, wie ihre Pairie im Parlament registriret ist.*

*Zur Erläuterung desjenigen, was izo gemeldet, dienet, dass unter dem Nahmen Festin Royal, oder Königl: Festin, ein solches verstanden werde, wenn der König bey Gelegenheit einer Mariage oder andern wichtigen Begebenheiten mit denen Printzen und Prinzessinnen, sowohl von seiner Familie, als vom Königl. Geblüte speisset, und ist solches eine Ehre, so sonst nur allein diejenigen geniessen, welche von seiner Familie sind, und Enfans de France, oder Kinder von Franckreich genennet werden, und jezo allein der Hertzog und die Hertzogin von Orleans sind. Parquet wird genennet derjenige viereckigte Platz in Parlament, welcher gerade gegen über ist, wo der König sitzet, und welchen vormahls niemand betreten dürffen, sondern ein jeder ist gehalten gewesen, um selbigen herum nach seiner Stelle zu gehen, bis zur Zeit des Weltberühmten Printzen von Condé, welcher, weil er sehr mit dem Podagra incommodirt war, sich hinter selbigen nicht konte hintragen, und dahero über diesen Platz muste an seinen Ort bringen lassen, welches man anfänglich von keiner Folge zu seyn geglaubet, dahero man ihm auch solche Freyheit mehr in Ansehung und Vergeltung seiner grossen Dienste, als aus einem Recht wegen seiner Geburth gelassen, bis nachhero durch die Folge der Zeit die übrigen Printzen von Geblüt sich dieser Freyheit gleichfals bedienet, u. dadurch vor allen anderen Parlaments-Gliedern genugsam distinguiret. Wegen des sogenanden Salut du Bonnet oder Begrüssung des ersten Praesidentens ist zu mercken, dass, als der Herzog von Orleans dazumahl ins Parlament kam, und des verstorbenen König Ludwigs des XIV. Testament annullirte, die Herzoge und Pairs wegen des gleichfals praetendirten Salut du Bonnet in ihrer Faveur decidiren wollen, alleine es hat Mr. de Novion sofort darauf geantwortet, dass solches nicht eher, als bis nach erfolgter Majorennitaet des Königs geschehen könte, welches, wie es scheinet, nunmehro durch das Reglement wegen des Duc du Maine und Graffen von Toulouse erfolget, Krafft dessen diesen beyden allein der Salut du Bonnet gleich denen Printzen von Geblüt zwar zugestanden, zuvor aber keinen Duc und Pair eingeräumt, auch künfftig nicht ferner einräumen wird. Indessen vernimmt mann, dass weder der Duc du Maine noch der Graff von Thoulouse mit diesem Reglement zufrieden gewesen, und soll der lextere deswegen ein wohlgefastes Schreiben an den König haben abgeben lassen.*

FINIS.

